

MISSALE CARTUSIENSE

MISSALE
CARTUSIENSE

R. PATRIS D. ANDREÆ
PRIORIS CARTUSIÆ
ET TOTIUS ORDINIS MINISTRI GENERALIS
STUDIO ET CURA EDITUM

TYPIS MAIORIS CARTUSIÆ

1981

TABELLA TEMPORARIA CELEBRATIONUM MOBILIIUM

ANNO DOMINI	LITTERAE DOMINICALES	DOMINICA PRIMA PER ANNUM	HEBDOMADAE PER ANNUM ANTE SEPTUAG.	SEPTUAGESIMA	DIES CINERUM	PASCHA	ASCENSIO	PENTECOSTES	CORPUS CHRISTI	HEBDOMADAE PER ANNUM POST T. P.	ADVENTUS
1981	d	11 ianuarii	-5	15 februarii	4 martii	19 aprilis	28 maii	7 iunii	18 iunii	7-31	29 novembris
1982	c	10 ianuarii	-4	7 februarii	24 februarii	11 aprilis	20 maii	30 maii	10 iunii	6-31	28 novembris
1983	b	9 ianuarii	-3	30 ianuarii	16 februarii	3 aprilis	12 maii	22 maii	2 iunii	5-31	27 novembris
1984	A g	8 ianuarii	-6	19 februarii	7 martii	22 aprilis	31 maii	10 iunii	21 iunii	7-31	2 decembris
1985	f	13 ianuarii	-3	3 februarii	20 februarii	7 aprilis	16 maii	26 maii	6 iunii	5-31	1 decembris
1986	e	12 ianuarii	-2	26 ianuarii	12 februarii	30 martii	8 maii	18 maii	29 maii	4-31	30 novembris
1987	d	11 ianuarii	-5	15 februarii	4 martii	19 aprilis	28 maii	7 iunii	18 iunii	7-31	29 novembris
1988	c b	10 ianuarii	-3	31 ianuarii	17 februarii	3 aprilis	12 maii	22 maii	2 iunii	5-31	27 novembris
1989	A	8 ianuarii	-2	22 ianuarii	8 februarii	26 martii	4 maii	14 maii	25 maii	3-31	3 decembris
1990	g	7 ianuarii	-5	11 februarii	28 februarii	15 aprilis	24 maii	3 iunii	14 iunii	6-31	2 decembris
1991	f	13 ianuarii	-2	27 ianuarii	13 februarii	31 martii	9 maii	19 maii	30 maii	4-31	1 decembris
1992	e d	12 ianuarii	-5	16 februarii	4 martii	19 aprilis	28 maii	7 iunii	18 iunii	7-31	29 novembris
1993	c	10 ianuarii	-4	7 februarii	24 februarii	11 aprilis	20 maii	30 maii	10 iunii	6-31	28 novembris
1994	b	9 ianuarii	-3	30 ianuarii	16 februarii	3 aprilis	12 maii	22 maii	2 iunii	5-31	27 novembris
1995	A	8 ianuarii	-5	12 februarii	1 martii	16 aprilis	25 maii	4 iunii	15 iunii	6-31	3 decembris
1996	g f	7 ianuarii	-4	4 februarii	21 februarii	7 aprilis	16 maii	26 maii	6 iunii	5-31	1 decembris
1997	e	12 ianuarii	-2	26 ianuarii	12 februarii	30 martii	8 maii	18 maii	29 maii	4-31	30 novembris
1998	d	11 ianuarii	-4	8 februarii	25 februarii	12 aprilis	21 maii	31 maii	11 iunii	6-31	29 novembris
1999	c	10 ianuarii	-3	31 ianuarii	17 februarii	4 aprilis	13 maii	23 maii	3 iunii	5-31	28 novembris
2000	b A	9 ianuarii	-5	20 februarii	8 martii	23 aprilis	1 iunii	11 iunii	22 iunii	7-31	3 decembris
2001	g	7 ianuarii	-5	11 februarii	28 februarii	15 aprilis	24 maii	3 iunii	14 iunii	6-31	2 decembris
2002	f	13 ianuarii	-2	27 ianuarii	13 februarii	31 martii	9 maii	19 maii	30 maii	4-31	1 decembris
2003	e	12 ianuarii	-5	16 februarii	5 martii	20 aprilis	29 maii	8 iunii	19 iunii	7-31	30 novembris
2004	d c	11 ianuarii	-4	8 februarii	25 februarii	11 aprilis	20 maii	30 maii	10 iunii	6-31	28 novembris
2005	b	9 ianuarii	-2	23 ianuarii	9 februarii	27 martii	5 maii	15 maii	26 maii	4-31	27 novembris
2006	A	8 ianuarii	-5	12 februarii	1 martii	16 aprilis	25 maii	4 iunii	15 iunii	6-31	3 decembris
2007	g	7 ianuarii	-4	4 februarii	21 februarii	8 aprilis	17 maii	27 maii	7 iunii	5-31	2 decembris
2008	f e	13 ianuarii	1	20 ianuarii	6 februarii	23 martii	1 maii	11 maii	22 maii	3-31	30 novembris
2009	d	11 ianuarii	-4	8 februarii	25 februarii	12 aprilis	21 maii	31 maii	11 iunii	6-31	29 novembris
2010	c	10 ianuarii	-3	31 ianuarii	17 februarii	4 aprilis	13 maii	23 maii	3 iunii	5-31	28 novembris
2011	b	9 ianuarii	-6	20 februarii	9 martii	24 aprilis	2 iunii	12 iunii	23 iunii	8-31	27 novembris
2012	A g	8 ianuarii	-4	5 februarii	22 februarii	8 aprilis	17 maii	27 maii	7 iunii	5-31	2 decembris
2013	f	13 ianuarii	-2	27 ianuarii	13 februarii	31 martii	9 maii	19 maii	30 maii	4-31	1 decembris
2014	e	12 ianuarii	-5	16 februarii	5 martii	20 aprilis	29 maii	8 iunii	19 iunii	7-31	30 novembris
2015	d	11 ianuarii	-3	1 februarii	18 februarii	5 aprilis	14 maii	24 maii	4 iunii	5-31	29 novembris

VI

CALENDARIUM CARTUSIENSE

IANUARIUS

A Cal.	1	SANCTA DEI GENETRIX MARIA	Sollemnitas
b IV	2	Basilius Magnus, Gregorius Naz. et Gregorius Nys., Doct. Past.	121ect.
c III	3	B. Ayraldus, Mon. Past.	3 leci.
d Prid.	4	S. Nomen Iesu	121ect.
e Non.	5		
f Vili	6	EPIPHANIA DOMINI	Sollemnitas
g VII	7		
A VI	8		
b V	9		
c IV	10	Paulus Eremita, Mon.	3 lect.
d m	n		
e Prid.	12		
f Idib.	13	Baptisma Domini	121ect.
g XIX	14	B. Odo, Mon.	3 lect.
A XVIII	15		
b XVII	16		
c XVI	17	Antonius, Mon.	121ect.
d XV	18		
e XIV	19		
f XIII	20		
g XII	21	Agnes, V. Mart.	121ect.
A XI	22	Vincentius, Mart.	12 lect.
b X	23		
c IX	24	Franciscus de Sales, Doct. Past.	3 lect.
d Vili	25	Conversio S. Pauli, Ap.	121ect.
e VII	26	<i>Timotheus et Titus, Past.</i>	Memoria
f VI	27		
g V	28	Thomas de Aquino, Doct. Past.	3 lect.
A IV	29		
b III	30		
c Prid.	31	<i>Ioannes Bosco, Past.</i>	Memoria

FEBRUARIUS

d Cal.	1		
e IV	2	PRÆSENTATIO DOMINI	Sollemnitas
f III	3		
g Prid.	4		
A Non.	5	Agatha, V. Mart.	3 lect.
b Vili	6	<i>Paulus Mihi et Soc., Mart.</i>	Memoria
c VII	7		
d VI	8		
e V	9		
f IV	10	<i>Scholastici V. Mon.</i>	Memoria

g III	11		
A Pr id	12		
b Idib.	13		
c XVI	14	<i>Cyrillus et Methodius, Past.</i>	Memoria
d XV	15		
e XIV	16		
f XIII	17		
g XII	18		
A XI	19		
b X	20		
c IX	21		
d Vili	22	Cathedra S. Petri, Ap.	3 leci.
e VII	23	Polycarpus, Mart. Past.	3 lect.
f VI*	24		
g V	25		
AIV	26		
b III	27		
c Prid,	28		

* Anno bissextili mensis februarius est dierum 29, et bis dicitur sexto Calendas martii, id est die 24 et 25, et Littera Dominicalis mutatur in præcedentem; ita ut si in Ianuario Littera Dominicalis fuerit A, mutetur in præcedentem quæ est g ; et tunc littera f bis servit, nempe diebus 24 et 25. Et item pro ceteris litteris.

MARTIUS

d Gai.	1		
e VI	2		
f V	3		
g IV	4		
AHI	5		
b Prid.	6		
c Non.7		<i>Perpetua et Felicitas, Mart.</i>	Memoria
d Vili	8		
e VII	9		
f VI	10		
g V	11		
AIV	12		
b III	13		
c Prid.	14		
d Idib.	15		
e XVII	16		
f XVI	17		
g XV	18		
A XIV19		IOSEPH, SPONSUS B. V. M.	Sollemnitas
b XIII	20		

VUI

Calendarium

c XII	21		
d XI	22		
e X	23		
f IX	24		
g Vili	25	ANNUNTIATIO DOMINI	Sollemnitas
A VII	26		
b VI	27		
c V	28		
d IV	29		
e III	30		
f Prid.	31		

APRILIS

g Gai.	1		
A IV	2		
b III	3		
c Prid.	4		
d Non.	5		
e Vili	6		
f VII	7	<i>Ioannes Baptista de la Salle, Past.</i>	Memoria
g VI	8		
A V	9		
b IV	10		
c III	11	B. Lanuinus, Mon.	121ct.
d Prid.	12		
e Idib.	13		
f XVIII	14		
g XVII	15		
A XVI	16		
b XV	17		
c XIV	18		
d XIII	19		
e XII	20		
f XI	21		
g X	22	Hugo Gratianopolitanus, Past.	12 lect.
A IX	23		
b Vili	24		
c VII	25	Marcus, Evangelista, Ap.	12 lect.
d VI	26		
e V	27		
f IV	28		
g III	29	Catharina Senensis, Doct V.	12 lect.
A Prid.	30		

Calendarium

I

X

MAIUS

b Cal	1		
c VI	2	Athanasius, Doct. Past.	3 lect.
d V	3	Philippus et Iacobus, Ap.	12 lect.
e IV	4	Ioannes, Augustinus, Robertus et Soc., Mari. Mon.	12 lect.
f III	5		
g Prid.	6		
A Non.	7		
b Vili	8		
c VII	9	B. Nicolaus Albergati, Mon. Past	12 lect.
d VI	10		
e V	11		
f IV	12		
g HI	13		
A Prid.	14	Matthias, Ap.	12 lect.
b Idib.	15		
c XVII	16		
d XVI	17		
e XV	18		
f XIV	19		
g XIII	20		
A XII	21		
b XI	22		
c X	23		
d IX	24		
e Vili	25		
f VII	26	<i>Philippus Neri, Past.</i>	Memoria
g VI	27		
A V	28		
b IV	29		
c III	30		
d Prid.	31	Visitatio B. V. Mariae	12 lect.

IUNIUS

e Cal.	1	<i>Iustinus, Mari.</i>	Memoria
f IV	2		
g III	3	<i>Carolus Lwanga et Soc., Mari.</i>	Memoria
A Prid.	4		
b Non.	5	<i>Bonifatius, Mari.</i>	Memoria
c Vili	6		
d VII	7		
e VI	8		
f V	9		
g IV	10		
A III	11	Barnabas, Ap.	

X

Calendarium

b Prid.	12		
c Idib.	13	<i>Antonius de Padova, Doct. Past.</i>	Memoria
d XVIII	14		
e XVII	15		
f XVI	16		
g XV	17		
A XIV	18		
b XIII	19	Romualdus, Mon.	3 lect.
c XII	20		
d XI	21	<i>Aloisius Gonzaga, Sanctus</i>	Memoria
e X	22		
f IX	23		
g Vili	24	NATIVITAS S. IOANNIS BAPTÍSTÆ	Sollemnitas
A VII	25	B. Ioannes Hispanos, Mon.	12 lect.
b VI	26	Anthelmus, Mon. Past.	12 lect.
c V	27	<i>Irenæus, Mari. Pas í.</i>	Memoria
d IV	28		
e III	29	PETRUS ET PAULUS, AP.	Sollemnitas
f Prid.	30		

IULIUS

g Gai.	1		
A VI	2		
b V	3	Thomas, Ap.	12 lect.
c IV	4		
d III	5		
e Prid.	6		
f Non.	7		
g Vili	8		
A VII	9		
b VI	10		
c V	11	Benedictus, Mon.	12 lect.
d IV	12		
e III	13		
f Prid.	14	B. Bonifatius, Mon. Past.	3 lect.
g Idib.	15	Bonaventura, Doct. Past.	3 lect.
A XVII	16		
b XVI	17		
c XV	18		
d XIV	19		
e XIII	20		
f XII	21		
g XI	22	Maria Magdalena, Sancta	12 lect.
A X	23	Ioannes Cassianus, Mon.	3 lect.
b IX	24		

c Vili	25	Iacobus, Ap.	12 lecti.
d VII	26	<i>Ioachim et Anna, Parentes B. V. Mariae, Sancti</i>	Memoria
e VI	27		
f V	28		
g IV	29	<i>Martha, Sancta</i>	Memoria
A III	30		
b Prid.	31	Ignatius de Loyola, Past.	3 lect.

AUGUSTUS

c Cal.	1	<i>Alfonsus M. de Liguori, Doct. Past.</i>	Memoria
d IV	2		
e III	3		
f Prid.	4	<i>Ioannes M. Vianney, Past.</i>	Memoria
g Non.	5	B. Guillelmus Horn, Mari. Mon.	3 lect.
A Vili	6	Transfiguratio Domini	12 lect.
b VII	7		
c VI	8	Dominicus, Past.	3 lect.
d V	9		
e IV	10	Laurentium Mart.	12 lect.
f III	11	<i>Clara, V. Mon.</i>	Memoria
g Prid.	12		
A Idib.	13		
b XIX	14		
c XVIII	15	ASSUMPTIO B. V. MARIE	Sollemnitas
d XVII	16		
e XVI	17		
f XV	18		
g XIV	19		
A XIII	20	Bernardus, Doct. Mon.	12 lect.
b XII	21	<i>Pius X, Past.</i>	Memoria
c XI	22	<i>Maria Virgo Regina</i>	Memoria
d X	23		
e IX	24	Bartholomaeus, Ap.	12 lect.
f Vili	25		
g VII	26		
A VI	27	<i>Monica, Sancta</i>	Memoria
b V	28	Augustinus, Doct. Past.	12 lect.
c IV	29	Passio S. Ioannis Baptistæ, Mart.	3 lect.
d III	30		
e Prid.	31		

SEPTEMBER

f Cal.	1		
g IV	2		

XII

Calendarium

A III	3	Gregorius Magnus, Doct. Past.	12 lecti.
b Prid.	4		
c Non.	5		
d Vili	6		
Q VII	7	Stephanus, Mon. Past.	3 lect.
f VI	8	NATIVITAS B. V. MARIÆ	Sollemnitas
g V	9		
A IV	10		
b III	11		
c Prid.	12		
d Idib.	13		
e XVIII	14	Exaltatio S. Crucis	12 lect.
f XVII	15		
g XVI	16	Cornelius P., et Cyprianus Ep., Mart.	12 lect.
A XV	17		
b XIV	18		
c XIII	19		
d XII	20		
e XI	21	Matthaeus, Ap. et Evangelista	12 lect.
f X	22		
g IX	23		
A Vili	24		
b VII	25		
c VI	26	Cosmas et Damianus, Mart.	3 lect.
d V	27	<i>Vincentius de Pani, Past.</i>	Memoria
e IV	28		
f III	29	MICHAEL ET OMNES ANGELI	Sollemnitas
g Prid.	30	Hieronymus, Doct. Mon.	12 lect.

OCTOBER

A Cal.	1	Teresia a Iesu Infante, V. Mon.	3 lect.
b VI	2		
c V	3		
d IV	4	Franciscus Assisiensis, Sanctus	3 lect.
e III	5		
f Prid.	6	S.PATER NOSTER BRUNO, MON.	Sollemnitas
g Non.	7	<i>B. Virgo Maria a Rosario</i>	Memoria
A Vili	8	Artoldus, Mon. Past.	3 lect.
b VII	9		
c VI	10		
d V	11		
e IV	12		
f III	13		
g Prid.	14		
A Idib.	15	Teresia de Avila, Doct. V. Mon.	12 lect.

b XVII	16		
c XVI	17	Ignatius Antiochenus, Mart. Past.	3 lect.
d XV	18	Lucas, Evangelista, Ap.	12 lect.
e XIV	19		
f XIII	20	Rossolina, V. Mon.	12 lect.
g XII	21	Hilarion, Mon.	3 lect.
A XI	22		
b X	23		
c IX	24		
d Vili	25		
e VII	26		
f VI	27		
g V	28	Simon et Iudas, Ap.	12 lect.
A IV	29		
b III	30		
c Prid.	31		

NOVEMBER

d Cal.	1	OMNES SANCTI	Sollemnitas
e IV	2	<i>Commemoratio omnium fidelium defunctorum</i>	
f III	3		
g Prid.	4	<i>Carolus Borromeo, Past.</i>	Memoria
A Non.	5		
b Vili	6		
c VII	7		
d VI	8		
e V	9	Dedicatio Basilicae Lateranensis	12 lect.
f IV	10	Leo Magnus, Doct. Past.	3 lect.
g III	11	Martinus, Mon. Past.	12 lect.
A Prid.	12	<i>Iosaphat, Mart. Past.</i>	Memoria
b Idib.	13	<i>Commemoratio Fratrum nostrorum defunctorum</i>	
c XVIII	14		
d XVII	15		
e XVI	16		
f XV	17	Hugo Lincolniensis, Mon. Past.	12 lect.
g XIV	18		
A XIII	19		
b XII	20		
c XI	21	Præsentatio B.V. Mariae	12 lect.
d X	22	Cæcilia, V. Mart.	3 lect.
e IX	23		
f Vili	24		
g VII	25	B. Beatrix, V. Mon.	12 lect.
A VI	26		
b V	27		

XIV

Calendarium

c IV	28		
d III	29		
e Prid.	30	Andreas, Ap.	12 lect.

DECEMBER

f Gai.	1		
g IV	2		
A III	3	<i>Franciscus Xavier, Past.</i>	Memoria
b Prid.	4		
c Non.	5		
d Vili	6	Nicolaus, Past.	3 lect.
e VII	7	Ambrosius, Doct. Past.	3 lect.
f VI	8	CONCEPTIO IMMACULATA B. V. MARIE	Sollemnitas
g V	9		
A IV	10		
b III	11		
c Prid.	12		
d Idib.	13	<i>Lucia, V. Mari.</i>	Memoria
e XIX	14	Ioannes a Cruce, Doct. Past.	3 lect.
f XVIII	15		
g XVII	16	B. Gmillelmus de Fenol, Mon.	12 lect
A XVI	17		
b XV	18		
c XIV	19		
d XIII	20		
e XII	21		
f XI	22		
g X	23		
A IX	24		
b Vili	25	NATIVITAS DOMINI	Sollemnitas
c VII	26	STEPHANUS, PROTOMART.	Sollemnitas
d VI	27	Ioannes, Ap. et Evangelista	12 lect.
e V	28	Innocentes, Mart.	12 lect
f IV	29		
g III	30		
A Prid.	31		

Sabbato ante Dominicam Palmarum: Compassio B. V. Mariae	12 lect.
IN CENA DOMINI	
In Parasceve	
Sabbato Sancto	
RESURRECTIO DOMINI	Sollemnitas
FERIA II POST RESURRECTIONEM	Sollemnitas
ASCENSIO DOMINI	Sollemnitas
PENTECOSTES	Sollemnitas
FERIA II POST PENTECOSTEN	Sollemnitas
SANCTISSIMA TRINITAS	Sollemnitas
Ss. CORPUS CHRISTI	Sollemnitas
Ss. COR IESU	Sollemnitas
Dominica ultima PER ANNUM: D. N. I. C. UNIVERSORUM REX	Sollemnitas
Dominica infra Octavam Nativitatis: Sancta Familia	12 lect.
TITULUS PRÓPRIÆ ECCLÉSIAE	Sollemnitas
Anniversarium Dedicationis própriæ ecclésiæ	12 lect.

INTRODUCTIO

Salvator noster, in Cena novissima., qua nocte tradebatur, Sacrificium Eucharisticum Corporis et Sanguinis sui instituit, quo Sacrificium Crucis in sæculá, donec veniret, perpetuaret, atque adeo Ecclesiæ dilectæ Sponsæ memoriale concrederet Mortis et Resurrectionis suæ: sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis, convivium paschale, in quo Christus sumitur, mens impletur gratia et futuræ glóriæ nobis pignus datur. (SC 47)

Patrum nostrorum erga sanctam Missam veneratio et reverentia iam ex eo apparent, quod Guigo noster in Consuetudinibus Cartusiæ apprime de Liturgia conventuali tractet: ubi plurimos usus, ad Missam celebrandam spectantes, nobis tradit. Cartusiensis celebrandi modus in decursu temporis paulatim evolutus est, dum Patres nostri haud pauca e vicinis ecclesiis vel monasteriis, et ulterius e Missali Romano, mutuarentur, ita tamen ut propria suæ vitæ generis indoles omnia quasi pervaderet. Ut enim Paulus Papa VI, scripsit, monachis solitariis liturgia opus est ipsorum vitæ generi accommodata, in qua scilicet pars cultus interior et consideratio mysterii, quam fides vivida alat, præponderent. (Litt. Optimam partem). Iubente autem Concilio œcumenico Vaticano II, Liturgiæ nostræ ad mentem eiusdem Concilii instituta est recognitio; unde novum hoc Missale Cartusiense, secundum normas a Capitulis Generalibus præfixas compositum, in lucem prodit, cuius nonnullas notas hic memorare iuvabit.

I. ALIQUÆ NOTÆ DISTINCTIVÆ HUIUS NOVI MISSALIS

1. Novo Missali rituum significatio clarior efficitur.

Propria enim ratio singularium partium Missæ attentius considerata est (SC 50). Exempli gratia: antiphona ad offertorium, quia hoc intendit ut oblationem donorum a diacono factam comitetur, in Missa lecta omittitur. Introitus vero, cum in Missa lecta velut introductio nem totius Liturgiæ Verbi constituat, servatur.

Aliqui gestus, ut signum crucis vel osculum ad altare rarius magisque tempestive adhibentur: eos perficientes, conabimur ut eorum significatio et momentum mentem imbuant.

Distinctio Liturgiæ Verbi et Liturgiæ Eucharisticæ fit evidentior, praesertim e ritu Missæ conventualis.

Aliqui denique ritus originales restaurati sunt, velut Communio sub utraque specie.

2. Communiaria indoles S. Eucharistiam in lucem ponitur.

In Missa conventuali participatio plene per sacram Communionem omnibus semper aperitur. Concelebratio, qua unitas presbyterii illustratur, certis diebus

haberi potest. Oratio Domini ab omnibus semper profertur.

In Missa etiam lecta aliquae partes ab adstantibus, simul cum sacerdote, dici possunt.

3. Iniercessio, seu sollicitudo pro studiis et difficultatibus mundi, magnasque Ecclesiæ causis (SR 6.6) ampliorem locum obtinet.

Oratio universalis fit in Missa conventuali diebus dominicis et sollemnitatibus. Missae pro necessitatibus mundi et Ecclesiæ recognitæ sunt et locupletio-ribus textibus, hodiernis circumstantes accommodatis, dotatae.

4. Mensa Verbi Dei ditior nobis paratur.

Huc Tetendit renovatio Lectionarii Missae, quæ sequentes orientationes praesertim secuta est.

a. Pro celebratione dierum liturgicorum de Tempore, curatum est ut primae lectiones dominicarum cum eorumdem Evangeliiis concentum quemdam praeberent. Proponuntur etiam lectiones feriales, quæ cum evangelio dominicali aliquam rationem habent. Ita dominica dies centrum liturgicum hebdomadae evadit.

b. Pro celebratione Sanctorum, calendarium nostrum, ad exemplar calendarii romani recognitum, universalitatem sanctitatis christiænæ, per regiones orbis et per tempora, in lucem ponit. Inde communia sanctorum etiam recognita sunt, cum ad vitandas nimias repetitiones, tum maxime ut varii sanctitatis christiænæ aspectus veluti lineamenta vultus ipsius Christi ostenderetur.

c. Denique amplior selectio lectionum pro Missis votivis, necnon pro necessitatibus, proponitur. In qua selectione, sicut et in ea quæ pro Tempore et pro Sanctis proponitur, ratio habita est, quantum ferebat, contemplativae indolis vitæ nostræ.

5. Pars etiam euchoiologica ampliata est.

Hic agitur de precibus quæ a præsidente celebrationis proferuntur. Peculiare habent momentum, ut quæ deprecationem totius conventus expriment vel dirigant.

Preces eucharisticæ nunc quattuor habentur, ita ut melius exprimentur multiformes divitiae mysterii eucharisticæ.

Præfationes, quæ in supradictam Precem eucharisticam, motiva laudandi Dei adducendo, introducunt, numero auctae sunt, servata tamen sobrietate.

Orationes, Collectae scilicet, necnon Orationes super oblata et post Communionem, recognitæ sunt, immo numero auctæ quando opportunum visum est ut nimiae repetitiones vitarentur (quod speciatim de Missis sanctorum valet).

Quantum fieri posset, in hac renovatione, textus nostri antiqui, cum intrinsecum valorem habebant, retenti sunt. Novi textus praesertim e Missali Romano, simplicitatis ratione semper habita, desumpti sunt, vel aliquando e veteribus sacramentariis, vel e Sacra Scriptura.

Rubricæ ita dispositas sunt ut electio horum partium, necnon lectionum, praesertim in Missa lecta, fieri posset pro uniuscuiusque studio et gratia, sive texti-

bus assuetis in simplicitate uti malit, sive uberiorem varietatem eligat, ad multiformes christiani mysterii divitias illustrandas.

6. Servatur Liturgiæ Cartusianæ interior, ut aiunt, indoles.

Immo hæc indoles maius adquisivit momentum, dum aliqui ritus in pristinam simplicitatem restaurentur, vel ea tollerentur, quæ duplicate vel inutiliter in decursu sæculorum addita essent. (SC 50)

Offertorii cartusiensis conspicua simplicitas, annuente Sancta Sede, servata est. Generaliter eadem summa sobrietate insignuntur quæcúmque partes ad essentiam Missæ non pertinent, velut ritus initiales et conclusio nis.

Precem eucharistiam de more secreto proferimus, concelebratione aliisque circumstantiis particularibus exceptis.

7. De structura huiusce Missalis.

Missa duabus partibus quodammodo constat, liturgia nempe Verbi et eucharistica, quæ tam arcte inter se coniunguntur, ut unum actum cultus efficiant. (MR8)

Quod hic Missalis nomine venit, revera duobus voluminibus constat:

- a. Ipsum Missale, quod Ordinarium Missæ et formularia Missarum continet.
- b. Liber Lectionum (cuius paginæ numeris cum asterisco signantur).

Attamen in prima parte, ad commoditatem celebrantis, in omni formulario insertæ sunt lectiones, e secunda parte desumptæ. Quo libertas nullatenus restringi debet alias lectiones eligendi, inter eas quæ in secunda parte proponuntur.

II. DE QUIBUSDAM SERVANDIS IN MISSA CELEBRANDA

Statuta nostra de Missa celebranda tractantur in libro VII. Hic autem nonnulla utilitatis causa ad memoriam revocantur, vel pressius explicantur in luce Instructionum Sanctæ Ecclesiæ.

1. Facultas pluries celebrandi eodem die.

Qui in Missa conventuali concelebrat, potest eodem die, iudicio prioris, aliam Missam celebrare ad utilitatem laicorum, sive extraneorum, sive Ordinis.

2. Normæ de Communionem recipienda.

Secundum legem S. Ecclesiæ in Instructione Imménsæ Caritatis (29 iunii 1973) memoratam, "*fidelibus ad sacram mensam accedere licet semel tantum in die*". (AAS 1973, p. 267)

Attamen qui Missæ conventuali participat, semper in ea communicare potest, etiamsi hac die aliam Missam celebret. (Respons. S. Congregationis pro Cultu Divino, Prot. N. 2459/74, die 5 aprilis 1975). Eodem die, qui alii Missæ præte-

rea participat ex ordinatione Statutorum, in ea etiam communicare potest. Exempli gratia, fratribus tum in Missa familiae, tum in Missa conventuali communicare licet, quia secundum SR 41.17, ambabus adesse possunt.

Quod etiam fieri potest in specialibus circumstantes, ad communicationem cum ceteris participantibus peculiari modo illustrandam, videlicet quando monachus vel monialis Missam a familiari celebratam attendit, vel in aliis casibus huiusmodi.

Sed ne istae ampliores communicandi facultates vertantur in abusum, semper caveatur ut fiat praepratio debita, necnon gratiarum actio.

3. De communicatione sub utraque specie.

Hic modus communicandi expressius significat participationem in sacrificium Christi seipsum in cruce offerentis, effuso sanguine; necnon renovationem Testamenti Dei cum hominibus, in eodem sanguine: gaudia etiam eschatologi-cae cenae praenuntiat (Ordinat. Coetus Episcoporum Galliae).

Sacra communio sub utraque specie dispensari potest in omni Missa quae celebretur ad utilitatem membri vel membrorum Ordinis.

4. De pane et vino ad Eucharistiam celebrandam.

Panis triticeus et azymus esse debet; expedit ut tali modo efficiatur ut sacerdos in Missa conventuali revera hostiam frangere possit eiusque partes distribuere.

Vinum debet esse ex genimine vitis, naturale et merum, id est extraneis substantiis non admixtum.

Si post consecrationem aut cum Communionem sumit, sacerdos animadvertat vinum non fuisse infusum, sed aquam, deposita aqua in aliquo vase, vinum cum aqua infundat in calicem, illud consecret, partem narrationis dicens quae ad consecrationem calicis pertinet, quin tamen teneatur iterum panem consecrare. (MR n. 286)

5. De accidentibus in celebratione.

Si hostia vel aliqua particula dilabatur, reverenter accipiatur; si quid vero Sanguinis fundatur, locus ubi ceciderit aqua lavetur, et haec aqua postea in sacra-rium mittatur. (MR n. 239)

6. De sacris vestibus.

Sacerdotis celebrantis vestis propria est planeta seu casula, super albam induenda, necnon stola. Concelebrantibus in concelebratione licet, necessitatis causa, stolam tantum super albam gerere.

Diaconi vestis propria est cuculla ecclesiastica, necnon stola, debitis temporibus.

7. De colore sacratum vestium.

a. Pro Missa conventuali.

Color albus adhibetur Tempore Paschali necnon Nativitatis Domini; insuper in celebrationibus Domini, præter eas quæ ad eius Passionem referuntur; adhibetur etiam in celebrationibus B. V. Mariæ, Compassione excepta, et in celebrationibus Angelorum et Sanctorum, præterquam Apostolorum et Martyrum. Attamen color albus adhibetur etiam in Feria V Hebdomadæ Sanctæ, in Nativitate S. Ioannis Baptistæ (24 iunii), in festo S. Ioannis Apostoli (27 decembris), in Conversione S. Pauli (25 ianuarii) et in Cathedra S. Petri (22 februarii). Eodem colore albo utimur pro celebrandis Vigiliis Ascensionis Domini et Assumptionis B. V. Mariæ, necnon pro Missa in gratiarum actione.

Color ruber adhibetur dominica Palmarum, feria VI Hebdomadæ Sanctæ, pro omnibus Missis de Spiritu Sancto (Vigilia Pentecostes inclusa), in celebrationibus de Passione Domini; in celebrationibus Apostolorum et Martyrum (casibus supradictis exceptis).

Color violaceus adhibetur in Missis de Tempore in Adventu (Vigilia Nativitatis non exclusa) et Quadragesimæ (usque ad Feriam IV Hebdomadæ Sanctæ). Adhibetur etiam in Compassione B. V. Mariæ, in Missis Vigiliarum præter eas quæ supra nominantur, necnon in Missis pro necessitatibus (præter Missam in gratiarum actione).

Color niger adhiberi potest in Missis defunctorum, sicut et color violaceus.

b. Pro ceteris Missis.

Celebrans potest ad libitum, sive usum Missæ conventualis sequi, sive colore albo pro quacumque celebratione uti.

III. DE MISSA ELIGENDA

Electio Missæ calendario conformari debet, in conventu et extra conventum:

- ? sollempnitatibus;
- ? diebus infra octavas;
- ? dominicis;
- ? festis 12 lectionum.

Insuper, in conventu Missa determinata præscribitur:

- ? festis 3 lectionum et Memoriis;
- ? feriis Quadragesimæ;
- ? in Vigiliis propriam Missam habentibus;
- ? in Commemorationibus omnium Fidelium Defunctorum et Fratrum nostrorum;
- ? tribus primis diebus Capituli Generalis (SR 42.57).

Attamen, de casibus occurrentiæ et de præcedentiis, videantur Statuta, cap. 40, necnon de aliquibus casibus particularibus, cap. 54.

Numerus 3 capituli 40, § d, ita intellegendus est ut in festo 12 lectionum, occurrente Vigilia Missam habente, in privato dicitur Missa festi 12 lectionum.

A. De Sollemnitatibus, Dominicis et Octavis.

Pro his diebus existunt textus obligatorii, in quacumque Missa adhibendi.

B. De aliis diebus liturgicis.

	IN MISSA CONVENTUALI			IN MISSA LECTA	
	Formularium	Orationes	Lectiones	Formular. et Orat.	Lectiones
Diebus 1 2 leci.	Obligatoria			Electio libera	Electio libera inter omnes lectiones Lectionarii
Diebus 3 lect. et <i>Memoriis</i>	Electio libera in Communibus congruis (nisi adsint lectiones propriæ)			inter Communia congrua (1)	
In Feriis	Obligatorium	Eligi possunt inter omnes Orationes huius Temporis (3)	Eliguntur intra seriem propriam huius hebdomadae (4)	Electio libera inter formularia, necnon inter Orationes, huius Temporis (2) (3)	

?1?Festum Cathedrae S. Petri formularium proprium habet, quo uti debet qui Missam de Festo celebrare velit.

?2?Vigiliae proprium formularium habent, quo uti debet qui Missam de eis celebrare velit.

?3?Insuper adhiberi potest quaelibet Oratio votiva vel pro necessitate.

?4?In Quadragesima, adhiberi debent lectiones diei.

C. De Missis votivis.

1?Missa votiva celebrari potest quando nulla alia Missa Statutis praescribitur dicenda.

2?Pro Missa votiva de Festo vel de Sancto, regulariter utimur textibus a Missali indicatis pro eodem mysterio vel Sancto. Aliquando autem alia lectiones insuper proponuntur ad libitum, tam pro Missa conventuali quam pro Missa lecta.

Ita:

? De Sma. Trinitate: vide p. 158*;

? De Sancto Spiritu: vide p. 164*;

? De Domino Iesu Christo: vide p. 168*;

? De Sancto Nomine Iesu: vide p. 168*;

? De SS. Corpore et Sanguine Christi: vide p. 173*;

? De Sma. Corde Iesu: vide p. 180*;

? De Christo Universorum Rege: vide p. 186*;

? De Sancta Cruce: vide p. 188*;

? De Sma. Virgine Maria: vide p. 121*;

? De S. Ioseph, Sponso B. V. Mariae: vide p. 193*;

? De Sanctis Angelis: vide p. 194*.

Pro Missa votiva de Sancto sumi etiam possunt formularia et lectiones de Communi congruo.

3? Insuper, pro Missa votiva in privato celebrata, lectiones sumi possunt e toto lectionario Missae, et Orationes e toto Missali.

4? Notandum est tandem quod omnes Missae in Missali contentae ut votivae litari possunt, paucis exceptis, quae Statutis, cap. 54, n. 13, indicantur: ita ut quod ibidem de Missis feriarum dicitur, secundum § B, supra, intellegatur.

D. De Missis pro necessitatibus.

Missa pro necessitate celebrari potest quando Statuta nullam Missam dicendam praescribunt.

In conventu: Adhibentur Missa et lectiones congruae, ut infra proponuntur.

Prior autem, iusta de causa, alias lectiones aptiores eligere potest.

In Missa lecta: Adhiberi possunt quaecumque formularia, Orationes vel lectiones in hoc Missali contenta, quae cum intentione congruant.

Vide Indicem lectionum:

- ? Pro Adventu Regni: p. 197*.
- ? Pro Unitate Christianorum: p. 199*.
- ? Pro Pace, Iustitia et Libertate: p. 201.
- ? Pro Quacumque Necessitate: p. 204*.
- Pro Infirmis: p. 209*.
- ? Pro Remissione Peccatorum: p. 210*.
- ? Contra Tentationem: p. 213*.
- ? Pro Gratiarum Actione: p. 216*.
- Pro Defunctis: p. 221*.

IV. DE NONNULLIS PARTIBUS MISSÆ ELIGENDIS

De singulis partibus Missae eligendis de more tractatur in ipso Ordinario Missae, et in quocumque loco Missalis opus sit. Notandum est insuper quod Tractus in Missa privata semper omitti potest.

Concedat tandem Dominus ut huius Missalis renovatis ritibus mens nostra sic illustretur et informetur, ut in Eucharisticum Mysterium plenior participationem consequamur. Nam hæc textuum rituumque accommodatio, etsi rationabiliter et feliciter instituta, verum fructum non feret, nisi per eam ipsum cor renovetur. Quam intimam conversionem eucharistica celebratio efficacissime operatur. Corporis enim et Sanguinis Domini participes effecti, et Ipso quasi colligante cum fratribus uniti, puriores ad Patrem, per Christum, in Spiritu amoris appropinquare valemus.

In Maiori Cartusia, in Festo
Annuntiationis Domini, 1981

Fr. *Andreas*
PRIOR CARTUSIAE

PROPRIUM DE TEMPORE

DOMINICA PRIMA ADVENTUS

INTROITUS.

Ps24,1-3a

AD te levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído,
non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei:
étenim univérsi qui te exspéctant, non confundéntur.

Ps 24,4: Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: et
sémitas tuas édoce me.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, et in sæculá
sæculórum. Amen.

Ad te levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído,
non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim
univérsi qui te exspéctant, non confundéntur.

Kýrie, eléison (3). Christe, eléison (3). Kýrie, eléison (3).

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DA, quaésumus, omnípotens Deus, hanc tuis
fidélibus voluntátem : ut, Christo tuo veniénti iustis
opéribus occurrentes / eius déxteræ sociáti, regnum
mereántur possidere cæléste : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 63,16b-17.19b. 64,2b-7

Utinam dirumperes caelos et descenderes.

Léctio libri Isaiae prophétæ.

TU, Dómine, pater noster, redémptor noster: a
saéculo nomen tuum.

Quare erráre nos fecísti, Dómine, de viis tuis,
indurásti cor nostrum ne timerémus te?

Convértere propter servos tuos,
tribus hereditátis tuæ.

Utinam dirúmperes caelos et descénderes, a
fácie tua montes deflúerent.

Descendísti, et a fácie tua montes defluxérunt. A
saéculo non audiérunt neque aures percepérunt;
óculus non vidit Deum, absque te,
qui operarétur pro sperántibus in eum.

Occúrris lætánti, faciénti iustítiam
et his qui in viis tuis recordántur tui.

Ecce tu irátus es et peccávimus;
in ipsis a saéculo nos salvábimur. Et facti
sumus ut immúndus omnes nos,
et quasi pannus inquinátus univérsæ iustítiæ nostræ; et
marcúimus quasi fólium univérsi,
et iniquitátes nostræ quasi ventus abstulérunt nos. Non
est qui ínvocet nomen tuum,
qui consúrgat et adhæreat tibi, quia
abscondísti fáciem tuam a nobis
et dissolvísti nos in manu iniquitátis nostræ.

Et nunc, Dómine, pater noster es tu,
nos vero lutum; et fictor noster tu,
et ópera mánuum tuárum omnes nos.

RESPONSORIUM.

Ps 24,3a.4

R/. Univérsi qui te expéctant non confundéntur,
Dómine.

T. Vias tuas, Dómine, notas fac mihi, et sémitas tuas
édoce me.

ALLELUIA.

Ps 84,8
t

Allelúia, y. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam
tuam, et salutáre tuum da nobis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 21,25-36

Appropinquat redemptio vestra.

*& Lécctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Erunt signa in sole et luna et stellis, et super terram pressúra géntium præ confusióne sónitus maris et flúctuum, arescéntibus homínibus præ timóre et exspectatióne eórum quæ supervénient orbi, nam virtútes cælórum movebúntur. Et tunc vidébunt Fílium hóminis veniéntem in nube cum potestáte et glória magna.

His autem fieri incipiéntibus, respícite et leváte cápita vestra, quóniam appropínquat redémptio vestra.”

Et dixit illis similitúdinem:

“Vidéte ficúlneam et omnes árbores: cum iam germínáverint vidéntes vosmetípsi scitis quia iam prope est aestas. Ita et vos, cum vidéritis hæc fieri, scitóte quóniam prope est Regnum Dei. Amen dico vobis: Non præteríbit generátio hæc donec ómnia fiant. Caelum et terra transíbunt, verba autem mea non transíbunt.

Atténdite autem vobis ne forte gravéntur corda vestra in crápula et ebrietáte et curis huius vitæ, et supervéniat in vos repentína dies illa; tamquam láqueus enim supervéniet in omnes qui sedent super fáciem omnis terræ. Vigiláte ítaque omni témpore orántes ut possítis fúgere ista ómnia quæ futúra sunt, et stare ante Fílium hóminis.”

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

P Ræpara, quaésumus, Dómine Deus noster, corda nostra divína tua virtúte : ut, veniénte Christo Fílio tuo, digni inveniámur ætérnæ vitæ convívio / et cibum cæléstem, ipso ministránte, percíperé mereámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 84,13

Dóminus dabit benignitátem: et terra nostra dabit fructum suum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

S Umpto pignore redemptionis æternæ, fac quaesumus, Dómine, servos tuos adventum Fílii tui sollicitos expectáre : ut, dum vénerit pulsans / orationibus nos vigilántes, et in suis invéniat láudibus exsultántes : Per Dóminum.

DOMINICA SECUNDA ADVENTUS

INTROITUS.

Cf. Is 30,30

Populus Sion, ecce Dóminus véniet ad salvándas gentes: et audítam fáciat Dóminus glóriam vocis suæ, in lætítia cordis vestri.

Ps 79,2a: Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.

Glória Patri, et Fílio.

Pópulus Sion.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens et miséricors Deus, in tui occúrsum Fílii festinántes nulla ópera terréni actus impédiant / sed sapiéntiæ cæléstis eruditio nos fáciat eius ésse consórtes : Qui tecum.

LECTIO.

Is35,1-7a.10

Deus ipse veniet et salvabit nos.

Lectio libri Isaiae prophetas.

Lætentur deserta et inuia et exsultet solitudo et
flóreat quasi lílium. Gérminet et exsultet
laetabúnda et laudans. Glória Líbani data est ei,
decor Carméli et Saron; ipsi
vidébunt glóriam Dómini,
maiestátem Dei nostri.

Confortáte manus dissolútas et génua debília roboráte.

Dícite pusillánimis: “Confortámini,

nolíte timére, ecce Deus vester,

últio véniet, retribútio Dei; ipse

véniet et salvábit vos”. Tunc

aperiéntur óculi cæcórum,

et aures surdórum patébunt.

Tunc sáliet sicut cervus claudus,

et exsultábit lingua mutórum;

quia erúmpent in desérto aquæ

et torréntes in solitúdine.

Et terra árida erit in stagnum

et sítiens in fontes aquárum.

Et redémpti a Dómino reverténtur. Et

vénient in Sion cum laude,

et lætítia sempitérna super caput eórum:

gáudium et lætítiam obtinébunt,

et fúgiet mæror et gémitus.

RESPONSORIUM.

Ps 49,2-3a.5

R/. Ex Sion spécies decóris eius: Deus maniféste véniet. T.

Congregáte illi Sanctos eius, qui ordinavérunt

testaméntum eius super sacrificia.

ALLELUIA.

Ps 121,1

Allelúia. V/. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 11,2-11

Tu es qui venturus es?

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Ioannes, cum audísset in vínculis ópera Christi, mittens per discípulos suos ait illi: “Tu es qui ventúrus es an álium exspectámus?”

Et respóndens Iesus ait illis: “Eúntes renuntiáte Ioanni quæ audítis et vidétis: caeci vident et claudi ámbulant, leprósi mundántur et surdi áudiunt, et mórtui resúrgunt et páuperes evangelizántur; et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me”.

Illis autem abeúntibus, coepit Iesus dícere ad turbas de Ioanne: “Quid exístis in desértum vidére? Harúndinem vento agitatam? Sed quid exístis vidére? Hóminem móllibus vestítum? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére? Prophétam? Etiam, dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto ángelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te. Amen dico vobis: Non surréxit inter natos mulierum maior Ioanne Baptísta; qui autem minor est in Regno cælórum, maior est illo”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

PLacáre, Dómine, quaésumus, nostræ précibus humilitátis et hóstiis : et, ubi nulla súppetunt suffrágia meritorum / tuæ nobis indulgéntiæ succúrre præsídiis : Per Christum.

COMMUNIO.

Bar 5,5a; 4,36b

Ierusalem, surge, et sta in excélsio: et vide iucunditátem quæ véniet tibi a Deo tuo.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

REpléti cibo spiritális alimonias, súplices te, Dómine, deprecámur : ut, huius participatióne mystérii, dóceas nos terréna sapiénter perpéndere / et cæléstibus inhærere : Per Dóminum.

DOMINICA TERTIA ADVENTUS

INTROITUS.

Phil 4,4-6

GAudéte in Dómino semper: íterum dico, Gaudéte: modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus. Dóminus prope est: nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. Ps 84,2: Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob. Glória Patri, et Fílio. Gaudéte in Dómino.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

EXcita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vías / ut per eius advéntum purificáti tibi méntibus servíre mereámur : Qui tecum.

LECTIO.

Phil 4,4-7

Dominus prope est.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Philippénes.

FRatres: Gaudéte in Dómino semper; íterum dico: gaudéte! Modéstia vestra nota sit ómnibus homíni-

hus. Dóminus prope. Nihil sollíciti sitis, sed in ómnibus oratióne et obsecratióne cum gratiárum actiÓne petitiÓnes vestræ innotéscant apud Deum.

Et pax Dei quæ exsúperat omnem sensum custódiét corda vestra et intellegéntias vestras in Christo Iesu.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 79,2-3

R/. Qui sedes, Dómine, super Chérubim, éxcita poténtiam tuam, et veni.

y. Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.

ALLELUIA.

Ps 79,3b

Allelúia, y. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 1,6-8.19-28

Medius vestrum stat, quem vos non scitis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

FUit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine.

Et hoc est testimónium Ioannis, quando misérunt ad eum Iudaéi ab Hierosólymis sacerdótes et Levítas ut interrogárent eum: “Tu quis es? ” Et conféssus est, et non negávit; et conféssus est: “Non sum ego Christus”.

Et interrogavérunt eum: “Quid ergo? Elías es tu? ”

Et dicit: “Non sum”.

“Prophéta es tu? ”

Et respóndit: “Non”.

Dixerunt ergo ei: “Quis es? Ut respónsum demus his, qui misérunt nos; quid dicis de te ipso? ”

Ait: “Ego vox clamántis in desérto: Dirígite viam Dó-

mini, sicut dixit Isaías prophéta”.

Et qui missi fúerant, erant ex Pharisaeís. Et interrogavérunt eum, et dixerunt ei: “Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elías, neque Prophéta? ”.

Respóndit eis Ioannes dicens: “Ego baptízo in aqua; médius vestrum stat, quem vos non scitis, qui post me ventúrus est, cuius ego non sum dignus ut solvam eius corrígiam calceaménti”.

Hæc in Bethánia facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptízans.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

DEvotiónis nostræ tibi, quaesumus, Dómine, hóstia iúgitér immolétur : quæ et sacri pérangat institúta mysterii / et salutáre tuum in nobis mirabílitér operétur : Per Christum.

COMMUNIO.

Is35,4a.c

Dícite pusillánimis: Confortámini, et nolíte timére: ecce Deus noster véniet, et salvábit nos.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

OMnípotens Deus, qui nos praécipis iter Christo Dómino præparáre : concéde propítius, ut nullis infirmitátibus fatigémur / qui cæléstis médici consolán-tem præsentiam sustinémus : Per Dóminum.

DOMINICA QUARTA ADVENTUS

INTROITUS.

Is45,8a

ROráte, cæli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. Ps 18,2: Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum

eius annúntiat firmaméntum.
Glória Patri. Rorate, caeli,
desuper.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius ineffábile Verbum, ángelo nuntiánte,
Virgo immaculáta suscepit / et, domus divinitátis
effécta, Sancti Spíritus luce replétur : quaésumus, ut
nos, eius exemplo / voluntáti tuæ humíliter adhærere
valeámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Mic5,1-4a

Ex te egredietur qui sit dominator in Israel.

Léctio libri Michaeae prophétæ.

HÆc dicit Dóminus: Sed tu,
Béthlehem Ephrata,
párvulus in mílibus Iudae:
ex te mihi egrediétur qui sit dominátor in Israel;
et egréssus eius a tempóribus antíquis,
a diébus æternitátis.

Propter hoc dabit eos

usque ad tempus, in quo partúriens páriet; et
relíquiæ fratrum eius converténtur ad filios Israel. Et
stabit et pascet in fortitúdine Dómini,
in sublimitáte nóminis Dómini Dei sui; et
habitábunt secúre, quia nunc magnus erit
usque ad términos terræ,
et erit iste pax.

RESPONSORIUM.

Ps 144,18.21a

R/. Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: óm-

nibus qui invocant eum in veritate.

T. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

ALLELUIA.

Ps 79,3b

Allelúia, y. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 1,26-38

Ecce concipies in utero et paries filium.

**fr* Lécio sancti Evangéllii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Missus est ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaeae, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen vírginis María.

Et ingrèssus ad eam dixit: “Ave, grátia plena, Dóminus tecum”. Ipsa autem turbáta est in sermóne eius et cogitábat qualis esset ista salutátio.

Et ait ángelus ei: “Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: et ecce concípies in útero et páries filium, et vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris eius, et regnábit super domum Iacob in ætérnum, et Regni eius non erit fínis”.

Dixit autem María ad ángelum: “Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósko?”

Et respóndens ángelus dixit ei: “Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi: ideóque et quod nascétur Sanctum vocábitur, Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua et ipsa concépit filium in senécta sua, et hic mensis est sextus illi quae vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum”.

Dixit autem María: “Ecce ancílla Dómini: fiat mihi se-

eundum verbum tuum". Et
discéssit ab illa ángelus.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

A Ltári tuo, Dómine, superpósita múnera Spíritus ille
2\ sanctificet / qui beatae Mariae víscera sua virtúte
replévit : Per Christum.

COMMUNIO.

Is7,I4b

Ecce Virgo concípiet, et páriet Fílium: et vocábitur
nomen eius Emmánuel.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

S Umpto pígnore redemptiόνis ætérnæ, quaésumus,
omnípotens Deus : ut quanto magis dies salutíferæ
festivitátis accedit / tanto devótius proficiámus ad Fílii
tui digne nativitátis mystérium celebrándum : Per
Dóminum.

A DIE 17 AD DIEM 23 DECEMBRIS
MISSA FERALIS

INTROITUS.

Ps 118,151-152

PRoce es tu, Dómine, et omnes viæ tuæ véritas: initio
cognóvi de testimóniis tuis, quia in ætérum tu es.
Ps 118,1: Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege
Dómini. Glória Patri. Proce es tu.

Kýrie, eléison.

5

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, nativitátem Fílii tui
secúndum carnem propinquare cernéntes :
quaésumus, ut nobis indígnis fámulis tuis misericórdiam
praestet Vérbum / quod ex Vírgine María dignátum est
caro fieri, et habitáre in nobis : Qui tecum.

LECTIONES.

PRO PRIMA DIE FERIALI

Is 62,6-7.10-12

Ecce salus tua venit.

Léctio libri Isaiae prophetae.

S Uper muros tuos Ierusalem constitui custódes; tota
die et tota nocte, in perpétuo non tacébunt. Qui
commonétis Dóminum, ne taceátis,
et ne detis siléntium ei, donec stabíliat et
donec ponat Ierusalem laudem in terra.

“Transíte, transíte per portas,
paráte viam pópulo. Stérnite, stérnite
sémitam, elígite lápidés,
eleváte signum ad pópulos”. Ecce Dóminus
audítum fecit in extrémis terræ: “Dícite filiæ
Sion:

"Ecce salus tua venit,
ecce merces eius cum eo
et praemium eius coram illa. Et
vocábunt eos pópulus sanctus,
redémpti a Dómino; tu
autem vocáberis quæsíta
cívitas non derelícta"”.

PRO SECUNDA DIE FERIALL Gant 2,8-14

Ecce dilectus meus venit saliens in montibus.

Léctio Cántici Canticórum.

Vox dilécti mei! Eccé^ iste venit sáliens
in móntibus,

transíliens colles. Símilis est
diléctus meus cáprea
hinnulóque cervórum. En ipse stat
post paríetem nostrum

respíciens per fenéstras,
prospíciens per cancéllos. En
diléctus meus lóquitur mihi:

“Surge, amíca mea,

colúmba mea, formósa mea, et veni. Iam enim hiems
tránsiit, imber ábiit et recéssit. Flores apparuérunt in
terra, tempus putatiónis advénit; vox turturis audíta est
in terra nostra,

ficus prótulit grossos suos,
vínex florétes dedérunt odórem suum:
surge, amíca mea, speciósa mea, et veni,
colúmba mea, in foramínibus petræ,
in cavérna abrúpta.

Osténde mihi fáciem tuam,

sonet vox tua in áuribus meis; vox enim
tua dulcis, et fácies tua decóra”.

PRO TERTIA DIE FERIALL

Is 7,10-14

Ecce, virgo concipiet.

Léctio libri Isaiae prophétæ.

IN diébus illis: Locútus est Dóminus ad Achaz, dicens:
“Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum
inférni sive in excélsu supra”. Et dixit Achaz: “Non
petam et non

tentábo Dóminum”.

Et dixit: “Audíte ergo, domus David; numquid parum vobis est moléstos esse homínibus, quia molésti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce, virgo concípiet et páriet fílium, et vocábit nomen eius Emmánuel”.

PRO QUARTA DIE FERIALL

Is 41,13-20 (*LBi 13-16 vel 17-20*)

Ponam desertum in stagna.

Léctio libri Isaíæ prophetae.

E Go Dóminus Deus tuus
apprehéndens manum tuam,
dicénsque tibi: “Ne tímeas;
ego auxiliábor tibi.

Noli timére, vermis Iacob, hómínes ex Israel.

Ego auxiliábor tibi”, dicit Dóminus

et redémpstor tuus Sanctus Israel. Ecce pósui te
quasi pláustrum tritúrans novum,
habens rostra serrántia.

Triturábis montes et commínues
et colles quasi púlverem pones.

Ventilábis eos, et ventus tollet eos,
et turbo dispérget eos; et tu
exsultábis in Dómino,
in Sancto Israel lætáberis.

Egénéi et páuperes quærunt aquas et non sunt,
lingua eórum siti áruit.

Ego, Dóminus, exáudiam eos,

Deus Israel non derelínquam eos.

Apériam in decalvátis cóllibus flúmina
et in médio vállium fontes; ponam
desértum in stagna aquárum
et terram áridam in rivos aquárum.

Plantábo in desérto cedrum,
 acáciam et myrtum et lignum olivae;
 ponam in solitúidine abíetem,
 ulmum et cuprèssum simul, ut vídeant et sciant et
 recógitent et intéllegant páriter
 quia manus Dómini fecit hoc
 et Sanctus Israel creávit illud.

*PRO QUINTA DIE FERIALL**Zac 2,14-17**Habitabo in medio tui.*

Léctio libri Zachariae prophetae.

IUbila et lætáre, fília Sion, quia ecce ego vénio et
 habitábo in médio tui, ait Dóminus. Et applicabúntur
 gentes multæ ad Dóminum in die illa
 et erunt ei in pópulum.
 Et habitábo in médio tui,
 et scies quia Dóminus exercítuum misit me ad te.
 Et possidébit Dóminus Iudam
 partem suam super terram sanctam
 et éliget adhuc Ierusalem. Síleat
 omnis caro a fácie Dómini,
 quia consurréxit de habitáculo sancto suo.

*PRO SEXTA DIE FERIALL**1 Th 5,16-24**Spiritus vester et anima et corpus in adventu Domini servetur.*Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli ad
Thessalonicénses.

FRatres: Semper gaudéte, sine intermissióne oráte, in
 ómnibus grátias ágite; hæc enim volúntas Dei est in
 Christo Iesu erga vos. Spíritum nolíte extinguere,
 prophetías nolíte spérnere; ómnia autem probáte, quod
 bonum est tenéte, ab omni spécie mala abstinéte vos.

Ipse autem Deus paeis sanctíficet vos per ómnia, et ínteger spíritus vester et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur. Fidélis est qui vocat vos, qui étiam fáciét.

RESPONSORIUM.

Ps 84,8.2

R/. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

T. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

ALLELUIA.

Ps 84,8

Allelúia. V/. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis. Allelúia.

EVANGELIA.*PRO PRIMA DIE FERIALL*

Lc 1,5-25

Nativitas Ioannis Baptistae a Gabriele annuntiatur.

& Léctio sancti Evangélli secúndum Lucam.

Fuit in diébus Heródis regis Iudææ sacerdos quidam nómine Zacharías de vice Abíæ et uxor illi de filiábis Aaron, et nomen eius Elísabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis et iustificatióibus Dómini, irreprensíbiles. Et non erat illis filius eo quod esset Elísabeth stérilis, et ambo processissent in diébus suis.

Factum est autem, cum sacerdotio ipse fungerétur in órdine vicis suæ ante Deum, secúndum consuetúdinem sacerdotii sorte éxiit ut incénsum póneret ingrèssus in templum Dómini, et omnis multitúdo erat pópuli orans foris hora incénsi: appáruit autem illi ángelus Dómini stans a dextris altáris incénsi. Et Zacharías turbátus est videns, et timor írruit super eum.

Ait autem ad illum ángelus: “Ne tímeas, Zacharía,

quóniam exaudíta est deprecátio tua, et uxor tua Elísabeth páriet tibi fílium, et vocábis nomen eius Ioannem. Et erit gáudium tibi et exsultátio, et multi in nativité eius gaudébunt: erit enim magnus coram Dómino, et vinum et síceram non bibet, et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ, et multos filiórú Israel convértet ad Dóminum Deum ipsórum. Et ipse præcédet ante illum in spíritu et virtúte Eliae, ut convértat corda patrum in fílios et incredíbiles ad prudéntiam iustórum, paráre Dómino plebem perféctam”.

Et dixit Zacharías ad ángelum: “Unde hoc sciam? Ego enim sum senex et uxor mea procéssit in diébus suis”.

Et respóndens ángelus dixit ei: “Ego sum Gábriel qui adsto ante Deum, et missus sum loqui ad te et hæc tibi evangelizáre: et ecce eris tacens et non póteris loqui usque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidísti verbis meis, quæ implebúntur in témpore suo”.

Et erat plebs expéctans Zacharíam, et mirabántur quod tardáret ipse in templo. Egréssus autem non póterat loqui ad illos, et cognovérunt quod visiónem vidísset in templo; et ipse erat innuens illis, et permánsit mutus.

Et factum est ut impléti sunt dies officii eius ábiit in domum suam. Post hos autem dies concépit Elísabeth uxor eius, et occultábat se ménsibus quinque dicens: “Sic mihi fecit Dóminus in diébus quibus respéxit auférre oppróbrium meum inter hómines”.

PRO SECUNDA DIE FERIALL Lc 1,39-45

Unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?

“I” Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

EXsúrgens María in diébus illis ábiit in montána cum festinátione in civitátem ludæ, et intrávit in domum Zachariae et salutávit Elísabeth.

Et factum est, ut audivit salutatióem Mariæ Elísabeth, exsultávit infans in útero eius, et repléta est Spírítu Sancto Elísabeth, et exclamávit voce magna et dixit:

“Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutatióis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo. Et beáta quæ crédidit, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt ei a Dómino”.

PRO TER TIA DIE FERIALI

Lc 1,46-56

Fecit mihi magna qui potens est.

4j* Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Ait Mariá: “Magníficat
ánima mea Dóminum,

et exsultávit spírítus meus in Deo Salvatóri meo, quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ. Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes: quia fecit mihi magna qui potens est,

et sanctum Nomen eius, et misericórdia eius in progénies et progénies

timéntibus eum. Fecit poténtiam
in bráccchio suo,

dispérsit supérbos mente cordis sui; depósuit poténtes de sede et exaltávit húmiles,

esuriéntes implévit bonis et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum,

memorári misericórdiæ,

sicut locútus est ad patres nostros,

Abraham et sémini eius in sæculá”.

Mansit autem Mariá cum Elísabeth quasi ménsibus tribus, et revérsa est in domum suam.

PRO QUARTA DIE FERIALL

Lc 1,57-66

Nativitas Ioannis Baptistae.

*& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

ELísabeth implétum est tempus pariéndi, et péperit filium. Et audierunt vicíni et cognáti eius quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, et congratulabántur ei.

Et factum est in die octávo venérunt circumcídere púerum, et vocábant eum nómine patris eius Zacharíam. Et respóndens mater eius dixit: “Nequáquam, sed vocábitur Ioannes”.

Et dixerunt ad illam: “Nemo est in cognatióne tua qui vocétur hoc nómine”.

Innuébant autem patri eius quem vellet vocári eum. Et póstulans pugillárem scripsit dicens: “Ioannes est nomen eius”. Et miráti sunt univérsi. Apértum est autem ílico os eius et lingua eius, et loquebátur benedícens Deum.

Et factus est timor super omnes vicínos eórum, et super ómnia montána Iudaeae divulgabántur ómnia verba hæc. Et posuérunt omnes qui audierant in corde suo dicétes: “Quid putas puer iste erit? ” Etenim manus Dómini erat cum illo.

PRO QUINTA DIE FERIALL

Lc 1,67-79

Visitabit nos oriens ex alto.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Zacharías, pater Ioannis, implétus est Spíritu Sancto et prophetávit dicens: “Benedíctus Dóminus Deus Israel, quia visitávit et fecit redemptiónem plebi suæ, et eréxit cornu salutis nobis in domo David púeri sui,

sicut locútus est per os sanctórum
qui a saéculo sunt Prophetárum eius,
salútem ex inimícis nostris
et de manu ómnium qui odérunt nos: ad
faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris
et memorári testaménti sui sancti, iusiurándum quod
iurávit ad Abraham patrem nostrum,
datúrum se nobis ut sine timóre, de manu
inimicórum liberáti,
serviámus illi in sanctitáte et iustítia
coram ipso ómnibus diébus nostris. Et tu,
puer, prophéta Altíssimi vocáberis,
præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius, ad
dandam sciéntiam salútis plebi eius
in remissionem peccatórum eórum,
per víscera misericórdiæ Dei nostri,
in quibus visitábit nos óriens ex alto, illumináre his
qui in ténebris et in umbra mortis sedent,
ad dirigendos pedes nostros in viam pacis”.

PRO SEXTA DIE FERIALI.

Lc 3,1-6

Videbit omnis caro salutare Dei.

“I” Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam,

ANno quintodécimo impérii Tibérii Caesaris, procuránte Póntio Piláto Iudaeam, tetrárcha autem Galilaeae Heróde, Philíppo autem fratre eius tetrárcha Itu-rææ et Trachonítidis regiónis, et Lysánia Abilinae tetrárcha, sub príncipe sacerdotum Anna et Caiápha, factum est verbum Dei super Ioannem Zachariae filium in desérto.

Et venit in omnem regióne[m] circa Iordanem praedicans baptísmum pæniténtiæ in remissionem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaiae prophé-tæ:

“Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa et aspera in vias planas: et videbit omnis caro salutare Dei”.

SUPER OBLATA.

Sacrificium tibi, Domine, celebrandum tuo nomini nos reddat acceptos : ut ipsius aeternitatis mereamur esse consortes / qui mortalitatem nostram sua mortalitate curavit : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Zac 14,5c.6a.7

Ecce Dominus veniet et omnes sancti eius cum eo; et erit in die illa lux magna.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Divino munere satiati, quaesumus, omnipotens Deus, hoc desiderio potiamur : ut, a tuo accensi Spiritu / ante conspectum venientis Christi tui, velut clara luminaria fulgeamus : Per Dominum.

A DIE 17 AD DIEM 23 DECEMBRIS

ALIA MISSA FERALIS

INTROITUS.

Cf. Ps 79,2-4

Veni, et ostende nobis faciem tuam, Domine, qui sedes super Cherubim, et salvi erimus. Ps 79,2a: Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ovem Ioseph. Gloria Patri. Veni, et ostende.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Estína, quaésumus, ne tardáveris, Domine Iesu : ut advéntus tui consolationibus sublevéntur / qui in tua pietate confídunt : Qui vivis.

LECTIONES.

Vide supra, p. 15 et ss.

Ex sequentibus Responsoriis unum eligitur ad libitum.

RESPONSORIUM.

Ps 18,7a.2

R/. A summo caelo egréssio eius, et occúrsus eius usque ad summum eius.

y. Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

RESPONSORIUM.

Ps 18,6a.7a

R/. In sole pósuit tabernáculum suum: et ipse tamquam sponsus procedens de thálamo suo.

y. A summo cælo egréssio eius, et occúrsus eius usque ad summum eius.

RESPONSORIUM.

Ps 79,3b.2-3a

R/. Excita, Dómine, poténtiam tuam et veni : ut salvos fácias nos.

y. Qui regis Israel inténde, qui dedúcis velut ovem Ioseph: qui sedes super Chérubim, appáre coram Ephraim, Bénéiamin et Manásse.

RESPONSORIUM.

Ps 79,5a.4.3b

H/. Dómine Deus virtútum, convérte nos: et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

y. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

Responsorio dicto, additur sequens 4LLELUIA.

ALLELUIA.

Ps 84,8

Allelúia, y. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis. Allelúia.

EVANGELIA.

Vide supra, p. 19 et ss.

SUPER OBLATA.

HÆc sacrificia nos, omnípotens Deus, poténti virtúte mundatos / ad suum fáciant purióres veníre princípium : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 18,6b-7a

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam: a summo caelo egréssio eius, et occúrsus eius usque ad summum eius.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Suscipiámus, Dómine, misericórdiam tuam in médio templi tui : ut reparatiónis nostræ ventúra sollemnia / cóngruis précibus præcedámus : Per Dóminum.

Die 24 decembris VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

INTROITUS.

Cf. Ex 16,6-7

Hodie sciétis, quia véniet Dóminus, et salvábit vos: et mane vidébitis glóriam eius.

Ps 23,1: Dómini est terra, et plenitúdo eius: orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo. Glória Patri.

Hódie sciétis.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui nos redemptiõnis nostræ ánnua
expectatione lætíficas : praesta, ut Unigénitum
tuum, quem læti suscípimus Redemptorem / veniéntem
quoque Iúdicem secúri vidére mereámur : Per Dóminum.

LECTIO PRIMA.

Is 62,1-4

Complacuit Domino in te.

Léctio libri Isaíæ prophetae.

PROPTER Sion non tacébo et propter
Ierusalem non quiéscam, donec
egrediátur ut splendor iustítia eius,
et salus eius ut lampas accendátur. Et
vidébunt gentes iustítiam tuam
et cuncti reges glóriam tuam; et
vocáberis nómine novo,
quod os Dómini nominábit. Et eris
coróna glóriæ in manu Dómini
et diadéma regni in manu Dei tui.
Non vocáberis ultra derelícta,
et terra tua non vocábitur ámplius desoláta;
sed vocáberis beneplácitum meum in ea
et terra tua nupta, quia
complácuit Dómino in te,
et terra tua erit nupta.

RESPONSORIUM.

Cf. Ex 16,6-7; Ps 79,2-3a

R/- Hódie sciétis quia véniet Dóminus, et salvábit vos:
et mane vidébitis glóriam eius.

V/- Qui regis Israel, inténde, qui dedúcis velut ovem
Ioseph: qui sedes super Chérubim, appáre coram
Ephraim, Béniamin, et Manásse.

LECTIO SECUNDA.

Rom 1,1-6

*Iesus Christus, ex semine David, Filius Dei.***Inítium Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.**

PAulus servus Christi Iesu, vocátus apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promiserat per Prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ex sémine David secúndum carnem, qui constitútus est Fílius Dei in virtúte secúndum Spíritum sanctificatiónis ex resurrectiÓne mortuórum, Iesu Christo Dómino nostro, per quem accépimus grátiam et apostolátum ad obœditiÓnem fidei in ómnibus géntibus pro Nómine eius, in quibus estis et vos vocáti Iesu Christi.

ALLELUIA.

Ps 79,3b

Allelúia, y. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 1,18-21

Maria pariet filium.

4> Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

Iesu Christi generátio sic erat. Cum esset desponsáta mater eius María Ioseph, ántequam convenírent invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam.

Hæc autem eo cogitánte, ecce ángelus Dómini in somnis appáruit ei dicens: “Ioseph fili David, noli timére accípere Maríam cóniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem fílium, et vocábis nomen eius Iesum: ipse enim salvum fáciet pópulum suum a peccátis eórum”.

Non dicitur Credo nisi Vigilia acciderit in Dominica.

SUPER OBLATA.

TAnto nos, Dómine, quaésumus, promptióre servítio
hæc præcúrrere concéde sollémnia / quanto in his
constáre princípium nostræ redemptionis osténdis : Per
Christum.

Praefatio Adveni us.

COMMUNIO.

Cf. Is 40,5

Revelábitur glória Dómini, et vidébit omnis caro
salutáre Dei nostri.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, Dómine, quaésumus, Unigéniti Fílii tui re-
censíta nativítate respirare / cuius cælésti mystério
páscimur et potámur : Per Dóminum.

Die 25 decembris
 NATIVITAS DOMINI
 Sollemnitas

Si continue celebramus plures Missas:

- ? in prima et secunda (si tres celebrantur) ablutiones cum aqua tantum recipimus;
- ? prima et secunda cum Post communionem finiuntur;
- ? secunda et tertia ab Introitu incipiuntur.

AD MISSAM IN NOCTE

INTROITUS.

Ps 2,7b

Dominus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie genui te.

Ps 2,1: Quare fremuerunt gentes, et pópuli meditáti sunt inánia? Glória Patri. Dóminus dixit ad me.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui hanc sacratíssimam noctem veri lúminis fecísti illustratióne clarescere /^{da}, quaesumus : ut cuius lucis mystéria in terra cognovimus / eius quoque gáudiis in caelo perfruámur : Per Dóminum.

LECTIO PRIMA.

Is 9,1-6

Filius datus est nobis.

Léctio libri Isaíæ prophetae.

POpulus qui ambulábat in ténebris vidit lucem magnam;

habitántibus in regióne umbræ mortis,
lux orta est eis.
Multiplicásti exsultatióem et magnificásti lætítiam;
lætántur coram te, sicut lætántes in messe,
sicut exsúltant quando dívidunt spólia.
Iugum enim óneris eius,
et virgam úmeri eius
et sceptrum exactóris eius fregísti, sicut
in die Má dian. Quia omnis cáliga incedéntis
cum tumúltu,
et vestiméntum mixtum sáanguine
erit in combustióem, cibus ignis.
Párvulus enim natus est nobis,
filius datus est nobis;
et factus est principátus super úmerum eius;
et vocábitur nomen eius
admirábilis Consiliárius, Deus fortis,
Pater æternitátis, Princeps pacis.
Magnum erit eius impérium,
et pacis non erit finis super sólum David et super
regnum eius, ut confírmet illud et corróboret in
iudício et iustítia
ámodo et usque in sempitérnum:
zelus Dómini exercítuum fáciat hoc.

RESPONSORIUM.

Ps 109,3.1

E/. Tecum princípium in die virtútis tuæ in
splendóribus sanctórum: ex útero ante lucíferum genui
te.

y. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis,
donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum.

LECTIO SECUNDA.

Xit 2,11-14

Apparuit gratia Dei omnibus hominibus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Titum.

Apparuit grátia Dei salutáris ómnibus homínibus,
erúdiens nos ut, abnegántes impietátem et sæculá-

ria desidéria, sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc saéculo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri Iesu Christi, qui dedit semetípsum pro nobis ut nos redímeret ab omni iniquitáte et mundáret sibi Pópulum peculiárem, sectatórem bonórum óperum.

ALLELUIA.

Ps 2,7b

Allelúia, y. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie génuí te. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,1-14

Natus est vobis hodie Salvator.

<fr **Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.**

FActum est in diébus illis éxiit edíctum a Caésare Augústo ut describerétur univérsus orbis. Hæc descriptio prima facta est praéside Sýriæ Quiríno. Et ibant omnes ut profiteréntur, sínguli in suam civitátem.

Ascéndit autem et Ioseph a Galilaéa de civitáte Názareth in Iudæam in civitátem David quæ vocátur Béthlehem, eo quod esset de domo et família David, ut profiterétur cum Maríá desponsáta sibi, uxóre prægnánte.

Factum est autem cum essent ibi, impléti sunt dies ut páreret, et péperit fílium suum primogénitum: et pannis eum invólvit et reclinávit eum in præsépio, quia non erat eis locus in diversório.

Et pastóres erant in regióne eádem vigilántes et custodiéntes vigílias noctis supra gregem suum. Et ángelus Dómini stetit iuxta illos, et glória Dómini circumfúlsit illos, et timuérunt timóre magno. Et dixit illis ángelus: “Nolíte timére; ecce enim evangelízo vobis gáudium magnum quod erit omni pópulo, quia natus est vobis hódie Salvátor qui est Christus Dóminus in civitáte David. Et hoc vobis signum: inveniétis infántem pannis involútum et

pósitum in præsépio”. Et súbito facta est cum ángelo multitúdo milítiae cæléstis laudántium Deum et dicéntium:

“Glória in altíssimis Deo,
et super terram pax in homínibus bonæ voluntátis”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

GRata tibi sit, Dómine, quaésumus, hodiérnæ festivitátis oblátio : ut, per hæc sacrosáncta commércia, in illíus inveniámur forma / in quo tecum est nostra substántia : Per Christum.

Praefatio propria.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes proprium.

COMMUNIO.

Ps 109,3b

In splendóribus sanctórum ex útero ante lucíferum génuí te.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, quaésumus, Dóminé Deus noster : ut qui nativitátem Redemptóris nostri mystériis frequentáre gaudémus / dignis conversatió nibus ad eius mereámur perveníre consórtium : Per Dóminum.

*Missæ conventualis absolvitur **cara Amen** ad Post Communionem, quæ concluditur conclusione brevi. Facto intervallo, Prior Laudes incipit.*

AD MISSAM IN AURORA

INTROITUS.

Cf. Is 9,1.5-6

LUx fulgébit hódie super nos, quia natus est nobis Dóminus: et vocábitur Admirábilis, Deus, Princeps pacis, Pater futúri saéculi, cuius regni non erit finis.

Ps 92,1a: Dóminus regnávít, decórem indú tus est: indú tus est Dóminus fortitú dinem, et præcínxit se.

Glória Patri.
Lux fulgēbit hódie.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DA, quaésumus, omnípotens Déus / ut dum nova in-
carnáti Verbi tui luce perfúndimur : hoc in nostro
respléndeat opere / quod per fidem fulget in mente :
Per Dóminum.

LECTIO PRIMA.

Is 61,1-3; 62,11-12

Ecce salus tua venit.

Léctio libri Isaíæ prophetae.

Spíritus Dómini Dei super me, eo quod
Súnxerit Dóminus me; ad annuntiándum
læta mansuétis misit me, ut medérer contrítis
corde et prædicárem captívis liberatióem
et clausis apertióem; ut prædicárem
annum placábilem Dómino
et diem ultiónis Deo nostro; ut consolárer
omnes lugéntes, ut pónerem lugéntibus
Sion et darem eis corónam pro cínere,
óleum gáudii pro luctu, pállium laudis
pro spírítu mæróris: et vocabúntur
terebínthi iustitiae, plantátio Dómini ad
glorificándum.

Ecce Dóminus audítum fecit in extrémis terræ:

“Dícite filiæ Sion:

"Ecce salus tua venit, ecce merces eius cum eo, et
praemium eius coram illa.

Et vocábunt eos pópulus sanctus,
redémpti a Dómino; tu
autem vocáberis quæsíta
cívitas non derelícta””.

RESPONSORIUM.

Ps 117,26a.27a.23

R/. Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus
Dóminus, et illúxit nobis.

V/. Á Dómino factum est istud, et est mirábile in
óculis nostris.

LECTIO SECUNDA.

Iit 3,4-7

Secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Titum.

CUm benígnitas et humánitas appáruit Salvatóris nostri
Dei, non ex opéribus iustítiæ quæ fécimur nos sed
secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit per
lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti,
quem effúdit super nos abúnde per Iesum Christum
Salvatórem nostrum, ut iustificáti grátia ipsíus herédes
simus secúndum spem vitæ æternæ.

ALLELUIA.

Ps 92, 1a

Allelúia. T. Dóminus regnávít, decórem índuit: índuit
Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,15-20

Invenerunt Mariam et Ioseph et infantem.

“1* Léctio sancti Evangéllii secúndum Lucam.

FActum est ut discessérunt ab eis ángeli in caelum,
pastóres loquebántur ad ínicem: “Transeámus usque
Béthlehem et videámus hoc verbum quod factum est,
quod Dóminus osténdit nobis”. Et venérunt festi-

nantes et invenérunt Mariám et Ioseph et infántem pósito in præsepio. Vidéntes autem notum fecérunt verbum quod dictum erat illis de púero hoc.

Et omnes qui audiérunt miráti sunt de his quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos: María autem conservábat ómnia verba hæc cónferens in corde suo.

Et revérsi sunt pastóres glorificántes et laudántes Deum in ómnibus quæ audierant et víderant sicut dictum est ad illos.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

A Æ Unera nostra, quaésumus, Dómine, nativitátis
-L V A hodiérnæ mystériis apta provéniant : ut sicut
homo génitus idem præfúlsit et Deus / sic nobis hæc
terréna substántia quod divinum est cónferat : Per
Christum.

Praefatio Nativitatis.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes proprium.

COMMUNIO.

Zac 9,9ab

Exsúlta, filia Sion, lauda, filia Ierusalem: ecce Rex tuus venit sanctus et Salvátor.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, Dómine, Filii tui nativitátem læta devotione coléntibus : huius arcána mystérii et plena fide cognoscere / et plenióre caritátis ardore dilígere : Per Dóminum.

AD MISSAM MAIOREM

INTROITUS.

Cf. Is 9,5

Puer natus est nobis, et Fílius datus est nobis: cuius impérium super úmerum eius: et vocábitur nomen eius, magni consílii Angelus.

Ps 97,1 a: Cantáte Dómino cánticum novum: quia mírabilia fecit. Glória Patri. Puer natus est nobis.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui humánæ substántiæ dignitátem et mirábiliter condidisti, et mirábiliter reformásti : da, quaésumus, nobis eius divinitátis esse consortes / qui humanitátis nostræ fieri dignatus est párticeps : Qui tecum.

LECTIO PRIMA.

Is 52,3.6-10

Videbunt omnes fines terrae salutare Dei nostri.

Léctio libri Isaiae prophetae.

Hæc dicit Dóminus: “Gratis venúmdati estis et sine argénto redimémيني.

Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquébar: "Ecce adsum"". Quam pulchri super montes

pedes annuntiant is, prædicántis pacem,
annuntiántis bonum, prædicántis salútem,
dicéntis Sion: “Regnávít Deus tuus”. Vox
speculatórum tuórum: levavérunt vocem,
simul exsultábunt, quia óculo ad
óculum vidébunt,

cum redierit Dóminus ad Sion. Gaudéte et
 exsultáte simul, desérta Ierusalem,
 quia consolátus est Dóminus pópulum suum,
 redémit Ierusalem. Nudávit Dóminus
 brácchium sanctum suum
 in óculis ómnium géntium;
 et vidébunt omnes fines terræ
 salutáre Dei nostri.

RESPONSORIUM.

Ps 97,3b-4a.2

E/. Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri:
 iubiláte Deo, omnis terra.

V/. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante
 conspéctum géntium revelávit iustítiam suam.

LECTIO SECUNDA.

Hebr 1, 1-6

*Locutus est nobis Deus in Filio.***Inítium Epístolæ ad Hebraeos.**

MUltifáriam et multis modis olim Deus locútus
 Pátribus in Prophétis, in novíssimis his diébus
 locútus est nobis in Filio, quem constituit herédem
 universórum, per quem fecit et sæculá; qui, cum sit
 splendor glóriæ et figúra substántiæ eius, et portet
 ómnia verbo virtútis suæ, purgatióne peccatórum facta,
 consédit ad déxteram Maiestátis in excélsis, tanto mélior
 ángelis efféctus quanto differentius præ illis Nomen
 hereditávit.

Cui enim dixit aliquándo angelórum: “Fílius meus es
 tu, ego hódie génuí te”, et rursus: “Ego ero illi in
 Patrem et ipse erit mihi in Fílium”? Cum autem íterum
 introdúcit primogénitum in orbem terræ, dicit: “Et
 adórent eum omnes ángeli Dei”.

ALLELUIA.

Allelúia. T- Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 1,1-14

Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

*& Inítium sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat et vita erat lux hóminum, et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhiberet de lúmine.

Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem, veniens in mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt.

Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine eius, qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis, et vídimus glóriam eius, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

O Elatio tibi sit, Dómine, hodiérnæ sollemnitátis accépta : qua et nostræ reconciliatiónis procéssit per-

féc̄ta placátio / et divíni cultus nobis est índitá
plenitúdo : Per Christum.

Praefatio Nativitatis.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes proprium.

COMMUNIO.

Ps 97,3b

Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PRæsta, misericors Deus : ut natus hódie Salvátor
mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor / ita
et immortalitátis sit ípse largítor : Qui tecum.

Die 26 decembris S.

STEPHANUS, PROTOMARTYR

Sollemnitas

Vide in Proprio Sanctorum, p. 734.

Die 27 decembris S. IOANNES,

APOSTOLUS ET EVANGELISTA

12 lectio num

Vide in Proprio Sanctorum, p. 737.

Die 28 decembris

SS. INNOCENTES, MARTYRES

12 lectio num

Vide in Proprio Sanctorum, p. 739.

Dominica infra octavam Nativitatis

FESTUM SANCTAE FAMILIAE

12 lectio num

INTROITUS.

Cf. Is 9,5

PUer natus est nobis, et Fílius datus est nobis: cuius
impérium super úmerum eius: et vocábitur nomen

eius, magni consílii Angelus.

Ps 97,1a: Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit.

Glória Patri.

Puer natus est nobis.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui præclára nobis sanctae Famíliae dignátus es exémpla præbére, concede propítius : ut, domésticis virtútibus caritatísque vínculis illam sectántes / in lætítia domus tuæ praemiis fruámur ætérnis : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 1,3-14

Praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli in cæléstibus in Christo, sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutióne, ut essémus sancti et immaculáti in conspéctu eius in caritáte, qui prædestinávit nos in adoptiÓnem filiÓrum per Iesum Christum in ipsum, secúndum beneplácitum voluntátis suæ, in laudem glóriæ grátiae suæ, in qua gratificávit nos in Dilécto, in quo habémus redemptiÓnem per sánguinem eius, remissiÓnem peccatórum, secúndum divítias grátiae eius, qua superabundávit in nobis in Omni sapiéntia et prudéntia, notum fáciens nobis mystérium voluntátis suæ, secúndum beneplácitum eius quod propósuit in eo in dispensatiÓnem plenitúdinis témporum, recapituláre ómnia in Christo, quæ in cælis et quæ in terra: in ipso, in quo étiam sorte vo-

cáti sumus prædestináti secúndum propósitum eius, qui ómnia operátur secúndum consílium voluntátis suæ, ut simus in laudem glóriæ eius qui ante sperávimus in Christo ; in quo et vos cum audissétis verbum veritátis, Evangélium salútis vestræ, in quo et credéntes signáti estis Spírítu promissiónis Sancto, qui est árrabon hereditátis nostræ, in redemptiónem acquisitiónis, in laudem glóriæ ipsíus.

RESPONSORIUM.

Ps 97,3b-4a.2

R/. Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra.

y. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam.

ALLELUIA.

Ps 99,2a

Allelúia. V/. Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúia.

In Quadragesima, omittitur Alleluia. Tempore

Paschali, omisso Responsorio dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 99,2a

Allelúia. V/. Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia.

Usque ad Ascensionem:

ALLELUIA 2.

Ps 117,24

Allelúia. V/. Hæc dies quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

Post Ascensionem:

ALLELUIA 2.

Cf. Io 14,18; 16,17b.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 1,9-14.16-18

Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.

3+ Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

ERat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem, véniens in mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt.

Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine eius, qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis, et vídimus glóriam eius, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

Et de plenitúdine eius nos omnes accévimus, et grátiam pro grátia; quia Lex per Móysen data est, grátia et véritas per Iesum Christum facta est.

Deum nemo vidit umquam; Unigénitus Deus, qui est in sinu Patris, ipse enarrávit.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

HOstiam tibi placatiónis offérimus, Dómine, supplicítér deprecántes : ut, Deíparæ Vírginis beatíque Ioseph interveniénte suffrágio / famílias nostras in tua grátia firmiter et pace constítuas : Per Christum.

Praefatio Nativitatis.

Pro Prece Eucharistia /, Communicantes de Nativitate.

COMMUNIO.

Lc 2,48b.49bc

Fili, quid fecísti nobis sic? ego et pater tuus doléntes quærebámus te. Et quid est quod me quærebátis? Ne-

sciebátis quia in his quæ Patris mei sunt opórtet me esse?

POST COMMUNIONEM.

H Oc sacraménto caritátis refécti, quaesumus,
 Dómine : ut abscónditam Iesu vitam cum María et
 Ioseph imitántes, et omnem creatúram tuæ glóriæ
 consecran-tes / te in opéribus nostris sémper laudémus :
 Per Dóminum.

Diebus 29, 30 et 31 decembris

INFRA OCTAVAM NATIVITATIS

In conventu, nisi occurrat Dominica (in qua tunc celebratur Festum sanctae Familiae), sequentes Missae dicuntur:

? prima die, Missa Lux fulgebit, ut infra;

? secunda die, Missa Puer, p. 47;

? tertia die, Missa Dóminus dixit, p. 49.

Si duo dies tantum vacant, pro secundo ad libitum eligitur Missa Puer vel Missa Dominus dixit.

In privato, istae tres Missae indifferenter adhiberi possunt.

MISSA "LUX FULGEBIT"

INTROITUS.

Cf. Is 9,1.5-6

T Ux fulgébit hódie super nos, quia natus est nobis -
 L/ Dóminus: et vocábitur Admirábilis, Deus, Princeps
 pacis, Pater futúri saéculi, cuius regni non erit finis.

Ps 92,1a: Dóminus regnávít, decórem indútus est:
 indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

Glória Patri.

Lux fulgébit hódie.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui pópulo tuo, Unigéniti tui nativitáte, redemptiónis efféctum mirabíliter inchoásti : ita, quaésumus, fidei fámulis tuis tríbue firmitatem / ut usque ad promíssum glóriæ præmium, ipso gubernánte, pervéniant : Per Dóminum.

LECTIO.

Tit 3,4-7

Secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Titum.

C Um benígnitas et humánitas appáruit Salvatóris nostri Dei, non ex opéribus iustítiæ quæ fécimus nos sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit per lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit super nos abúnde per Iesum Christum Salvatórem nostrum, ut iustificáti grátia ipsíus heredes simus secúndum spem vitæ ætérnæ.

RESPONSORIUM.

Ps 117,26a.27a.23

R/. Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus Dóminus, et illúxit nobis.

y. A Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis nostris.

ALLELUIA.

Ps 92,1a

Allelúia, y. Dóminus regnávít, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,15-20

*Invenerunt Mariam et Ioseph et infantem.***fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

F Actum est ut discesserunt ab eis ángeli in caelum, pastóres loquebantur ad ínvicem: “Transeámus usque Bétlehem et videámus hoc verbum quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis”. Et venerunt festinántes et invenérunt Maríam et Ioseph et infántem pósito in præsépio. Vidéntes autem notum fecérunt verbum quod dictum erat illis de púero hoc.

Et omnes qui audiérunt miráti sunt de his quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos: María autem conservábat ómnia verba hæc cónferens in corde suo.

Et revérsi sunt pastóres glorificántes et laudántes Deum in ómnibus quæ audierant et víderant sicut dictum est ad illos.

SUPER OBLATA.

M Unera nostra, quaésumus, Dómine, nativitátis mystériis apta provéniant : ut sicut homo génius idem præfúlsit et Deus / sic nobis hæc terréna substántia, quod divínus est, cónferat : Per Christum.

*Praefatio Nativitatis.**Pro Prece Eucharistica /, Communicantes de Nativitate.*

COMMUNIO.

Zac 9,9ab

Exsúlta, filia Sion, lauda, filia Ierusalem: ecce Rex tuus venit sanctus et Salvátor.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

A nobis, Dómine, Fílii tui nativitátem laeta devotione coléntibus : huius arcána mystérii et plena fide cognoscere / et plenióre caritátis ardore diligere : Per Dóminum.

MISSA "PUER"

INTROITUS.

Cf. Is 9,5

Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis: cuius impérium super úmerum eius: et vocábitur nomen eius, magni consílii Angelus.

Ps 97,1a: Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit.

Glória Patri.

Puer natus est nobis.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui in Fílii tui nativitate tribuísti totíus religiónis inítium et perfectionem constáre : da nobis, quaésumus, in eius portióne censéri / in quo totíus salutis humánæ summa consistit : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 1,1-6

Locutus est nobis Deus in Filio.

Inítium Epístolæ ad Hebraeos.

Multifáriam et multis modis olim Deus locútus Pátribus in Prophétis, in novíssimis his diébus locútus est nobis in Fílio, quem constituit herédem universórum, per quem fecit et sæculá; qui, cum sit splendor glóriæ et figúra substántiæ eius, et portet ómnia verbo virtútis suæ, purgatióne peccatórum facta, consédit ad dexteram Maiestátis in excélsis, tanto mélior ángelis efféctus quanto differentius præ illis Nomen hereditávit.

Cui enim dixit aliquándo angelórum: "Fílius meus es tu, ego hódie genui te", et rursum: "Ego ero illi in Patrem et ipse erit mihi in Fílium"? Cum autem íterum introducit primogénitum in orbem terræ, dicit: "Et adórent eum omnes ángeli Dei".

RESPONSORIUM.

Ps 97,3b-4a.2

R/. Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra.

V/. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam.

ALLELUIA.

Allelúia. V/. Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúia.

EVANGELÍUM.

Io 1,1-14

Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

**fc* Inítium sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat et vita erat lux hóminum, et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine.

Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem, véniens in mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt.

Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine eius, qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis, et

vídimus glóriam eius, glóriam quasi Unigéniti a Patre,
plenum grátiae et veritátis.

DEus, auctor sincéræ devotiónis et pacis /[̄]da,
quaésumus : ut, et maiestátem tuam conveniénter
hoc múnere venerentur / et sacri participatióne mystérii
fidéliter sénsibus uniámur : Per Christum.

Praefatio Nativitatis.

Pro Prece Eucharistia I, Communicantes de Nativitate.

COMMUNIO.

Ps 97,3b

Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Diversis plebs tua, Dómine, gubernáta subsidiis, et
præséntia pietátis tuæ remédia cápiat et futúra : ut,
transeúntium rerum necessária consolatióne fovente / fi-
duciálius ad æténa conténdat : Per Dóminum.

MISSA "DOMINUS DIXIT"

INTROITUS.

Ps 2,7b

Dominus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie
génui te.

Ps 2,1: Quare fremuérunt gentes, et pópuli meditáti
sunt inánia? Glória Patri. Dóminus dixit ad me.

*Kýrie, eléison. Glória
in excékis.*

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui per advéntum Unigéniti Fílii tui nova luce radiáre dignátus es : concéde nobis, ut, sicut eum per Vírginis partum in forma nostri córporis merúimus habére participem / ita et in eius regno grátiaē mereámur esse consórtes : Per Dóminum.

LECTIO.

Tit 2,11-14

Apparuit gratia Dei omnibus hominibus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Titum.

A Pparuit grátia Dei salutáris ómnibus homínibus, erúdiens nos ut, abnegántes impietátem et sæculária desidéria, sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc saéculo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri Iesu Christi, qui dedit semetípsum pro nobis ut nos redímeret ab omni iniquitáte et mundáret sibi Pópulum peculiárem, sectatórem bonórum óperum.

RESPONSORIUM.

Ps 109,3.1

R/. Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: ex útero ante lucíferum genui te.

y. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum.

ALLELUIA.

Ps 2,7b

Allelúia. V/. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie genui te. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,1-14

Natus est vobis hodie Salvator.

<fr Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

F Actum est in diébus illis éxiit edíctum a Caésare Augústo ut describerétur univérsus orbis. Hæc de-

scríptio prima facta est praéside Sýriæ Quiríno. Et ibant omnes ut profiteréntur, sínguli in suam civitátem.

Ascéndit autem et Ioseph a Galilaéa de civitáte Názareth in Iudaeam in civitátem David quæ vocátur Béthlehem, eo quod esset de domo et família David, ut profiterétur cum María desponsáta sibi, uxóre prægnánte.

Factum est autem cum essent ibi, impléti sunt dies ut páreret, et péperit filium suum primogénitum: et pannis eum invólvit et reclinávit eum in præsépio, quia non erat eis locus in diversório.

Et pastóres erant in regióne eádem vigilántes et custodiéntes vigílias noctis supra gregem suum. Et ángelus Dómini stetit iuxta illos, et glória Dómini circumfúlsit illos, et timuérunt timóre magno. Et dixit illis ángelus: "Nolíte timére; ecce enim evangelízo vobis gáudium magnum quod erit omni pópulo, quia natus est vobis hódie Salvátor qui est Christus Dóminus in civitáte David. Et hoc vobis signum: inveniétis infántem pannis involútum et pósito in præsépio". Et súbito facta est cum ángelo multitúdo militiæ cæléstis laudántium Deum et dicéntium:

"Glória in altíssimis Deo,
et super terram pax in homínibus bonæ voluntátis".

SUPER OBLATA.

GRata tibi sint, Dómine, quaésumus, Ecclesiae tuæ múnera : ut per hæc sacrosáncta commércia, in illíus inveniámur forma / in quo tecum est nostra substántia : Per Christum.

Praefatio Nativitatis.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes de Nativitate.

COMMUNIO.

Ps 109,3b

In splendóribus sanctórum ex útero ante lucíferum génuí te.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, quæsumus, Dómine Deus noster : ut qui
nativitátem Redemptóris nostri mystériis
frequentáre gaudemus / dignis conversiónibus ad eius
mereámur pervenire consórtium : Per Dóminum.

Die 1 ianuarii

SANCTA DEI GENETRIX MARIA

Sollemnitás

INTROITUS.

Sedulius.

Salve, Sancta Parens, eníxa puérpera Regem, qui
caelum terrámque regit in sæculá sæculórum. Ps
44,12: Quia concupívit Rex decórem tuum: quóniam
ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum. Glória
Patri. Salve, Sancta Parens.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui salutis ætérnæ Beátæ Mariæ virginitáte
fecunda humano géneri præmia præstitísti /
tríbue, quæsumus : ut ipsam pro nobis intercédere
sentiamus / per quam merúimus auctórem vitæ
suscípere Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium
tuum : Qui tecum.

LECTIO.

Gai 4,1-7

Misit Deus Filium suum, factum ex muliere.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas.

FRatres: Quanto témpore heres párvulus est, nihil
differt a servo, cum sit dóminus ómnium, sed sub

tutóribus est et actóribus usque ad præfínitum tempus a patre.

Ita et nos, cum essémus párvuli, sub eleméntis mundi erámus serviéntes: at ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex muliere, factum sub Lege, ut eos qui sub Lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

Quóniam autem estis filii, misit Deus Spíritum Fílii sui in corda nostra, clamántem: “Abba, Pater! ”. Itaque iam non es servus sed filius; quod si filius, et heres per Deum.

RESPONSORIUM.

R/. Benedícta et venerábilis es, Virgo María, quæ sine tactu pudóris invénta es Mater Salvatóris.

V/. Virgo Dei Génetrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.

ALLELUIA.

Allelúia. V/. Post partum Virgo invioláta permansísti: Dei Génetrix, intercède pro nobis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,15-21

Invenerunt Mariam, et infantem.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

in* Actum est ut discessérunt ab eis ángeli in cælum, JL pastóres loquebántur ad ívicem: “Transeámus usque Béthlehem et videámus hoc verbum quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis”. Et venérunt festinántes et invenérunt Mariám et Ioseph et infántem pósito in præsépio. Vidéntes autem notum fecérunt verbum quod dictum erat illis de púero hoc.

Et omnes qui audiérunt miráti sunt de his quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos: María autem conservábat

omnia verba hæc cónferens in corde suo.

Et revérsi sunt pastóres glorificántes et laudántes Deum in ómnibus quæ audierant et viderant sicut dictum est ad illos.

Et postquam consummáti sunt dies octo ut circumcideretur, vocátum est nomen eius Iesus, quod vocátum est ab ángelo prius quam in útero conciperétur.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

U Nigéniti tui, Dómine, nobis succúrrat humánitas :
 ut qui natus de Vírgine matris integritátem non
 minuit sed sacrávit / in Maternitátis eius sollémniis,
 nostris nos piáculis éxuens oblatiónem nostram tibi fáciat
 accéptam Iesus Christus Dominus noster : Qui vivit.

Praefatio B. V. Mariae.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes de Nativitate.

COMMUNIO.

Beáta víscera Mariae Vírginis, quæ portavérunt æténi Patris Fílium.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

S umpsimus, Dómine, laeti sacraménta cæléstia /
 =præsta, quaésumus : ut ad vitam nobis proficiant
 sempiternam / qui beátam semper Vírginem Mariám Fílii
 tui Genetrícem et Ecclésiæ Matrem profitéris gloriámur :
 Per Dóminum.

Dominica inter diem 1 ianuarii et Epiphaniam
MISSA "DUM MEDIUM"

INTROITUS.

Sap 18,14-15a

Dum médium siléntium tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter habéret: omnípotens sermo tuus, Dómine, de caelis a regálibus sédibus venit. Ps 92,lab: Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se. Glória Patri. Dum médium siléntium.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis (nisi infra hebdomadam celebretur).

COLLECTA.

Orémus.

Concéde nobis, omnípotens Deus : ut salutáre tuum, quod ad redemptiónem mundi luce nova cælórum processit / nostris semper innovándis córdibús oriátur : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 4,3-6

Deus illuxit in cordibus nostris.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Si velátum est Evangélium nostrum, in his qui péreunt est velátum, in quibus deus huius sæculi excæcávit mentes infidélium, ut non fúlgeat illuminátio Evangélii glóriæ Christi, qui est imágo Dei.

Non enim nosmetípsos prædicámus sed Iesum Christum Dóminum, nos autem servos vestros per Iesum. Quóniam Deus qui dixit: "De ténebris lux splendéscat", ipse illúxit in córdibus nostris ad illuminatiónem sciéntiæ glóriæ Dei in fácie Iesu Christi.

RESPONSORIUM.

Ps 44,3ab.2

ty. Speciósus forma præ filiis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis.

y. Eructávit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea Regi: lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.

ALLELUÍA.

Ps 92, 1 ab

Allelúia, y. Dóminus regnávit, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,33-40

Positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum.

<fe Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Erat Ioseph et María mater Iesu mirántes super his quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Símeon, et dixit ad Mariám matrem eius: “Ecce pósitus est hic in ruínam et resurrectionem multórum in Israel et in signum cui contradicétur —et tuam ipsíus ánimam pertránsiet gládus— ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes”.

Et erat Anna prophetíssa, filia Phánuel, de tribu Aser; hæc procésserat in diébus multis, et víxerat cum viro suo annis septem a virginitáte sua. Et hæc vídua usque ad annos octogínta quáttuor, quæ non discedébat de templo, ieiúniis et obsecratióibus sérvians nocte ac die. Et hæc ipsa hora supervéniens confitebátur Deo et loquebátur de illo ómnibus qui exspectábant redemptionem Ierusalem.

Et ut perfecérunt ómnia secúndum Legem Dómini, revérsi sunt in Galilaéam in civitátem suam Názareth.

Puer autem crescébat et confortabátur plenus sapiéntia, et grátia Dei erat super illum.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

OBláta, Dómine, múnera Unigéniti tui nativítate sanctífica : qua nobis et via osténditur veritatis / et regni cæléstis víta promíttitur : Per Christum.

Praefatio Nativitatis.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes ordinarium.

COMMUNIO.

Mt 2,20

Tolle Púerum et matrem eius et vade in terram Israel: defúnti sunt enim qui quærébant ánimam Púeri.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui nos sacraménti tui participatione contín-
gis : da plebi tuæ fulgórem plenum sui Redemptóris
agnoscere / ut ad perpétuam claritátem per eius
incrementa pervéniat : Per Dóminum.

Die 6 ianuarii
EPIPHANIA DOMINI
Sollemnitas

Sequens Missa dici potest ut ferialis —sine Gloria nec Credo— usque ad Festum Baptismatis Christi.

INTROITUS.

Cf. Mal 3,1; 1 Chr 29,12

ECce advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu eius, et potéstas, et impérium. Ps 71,1: Deus iudícium tuum regi da: et iustítiam tuam filio regis. Glória Patri. Ecce advénit dominátor.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelasti / concede propítius : ut qui iam te ex fide cognovimus / usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 60,1-6

Gloria Domini super te orta est.

Léctio libri Isaiae prophetae.

SURge, illumináre, Ierusalem, quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebræ opérient terram et calígo pópulos; super te autem oriétur Dóminus et glória eius in te vidébitur.

Et ambulábunt gentes in lúmine tuo
et reges in splendóre ortus tui. Leva
in circúitu óculos tuos et vide:
omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi;
filii tui de longe véniunt
et filia tuæ in ulnis gestántur.
Tunc vidébis et illumináberis,
et palpitábit et dilatábitur cor tuum,
quia cónfluet ad te multitúdo maris,
fortitúdo géntium véniet tibi;
inundátio camelórum opériet te,
dromedárii Má dian et Epha; omnes de Saba
vé nient, aurum et tus deferéntes
et laudem Dómini annuntiántes.

RESPONSORIUM.

Is 60,6b. 1

R/. Omnes de Saba vénient, aurum et tus deferéntes, et
laudem Dómino annuntiántes.

V/. Surge, et illumináre, Ierusalem: quia venit lumen
tuum, et glória Dómini super te orta est.

ALLELUIA.

Mt 2,2b

Allelúia. V/. Vídimus stellam eius in oriénte, et
vénimus adoráre eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 2,1-12

Venimus ab oriente adorare eum.

<fr Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

C Um natus esset Iesus in Béthlehem iudaéæ in
diébus Heródis regis, ecce Magi ab oriénte
venérunt Hierosólymam, dicéntes: “Ubi est qui natus
est Rex Iudaeorum? Vídimus enim stellam eius in
oriénte et vénimus adoráre eum”.
Audiens autem Heródes rex turbátus est et omnis

Hierosólýma cum illo; et cóngregans omnes príncipes sacerdotum et scribas pópuli sciscitabátur ab eis ubi Christus nascerétur.

At illi dixerunt ei: “In Bétlehem Iudaeae: sic enim scriptum est per Prophétam: "Et tu, Bétlehem terra Iuda,

nequáquam mínima es in príncipibus Iuda; ex te enim éxiet dux,

qui reget pópulum meum Israel"”.

Tunc Heródes, clam vocátis Magis, diligénter dídicit ab eis tempus stellæ quæ appáruit eis, et mittens illos in Bétlehem, dixit: “Íte, et interrogáte diligénter de púero; et cum invenéritis renuntiáte mihi, ut et ego véniens adórem eum”.

Qui cum audíssent regem, abiérunt, et ecce stella quam víderant in oriénte antecedébat eos, usque dum véniens staret supra ubi erat puer. Vidéntes autem stellam gavísi sunt gáudio magno valde. Et intrántes domum vidérunt púerum cum María matre eius, et procidéntes adoravérunt eum; et apértis thesáuris suis, obtulérunt ei múnera, aurum et tus et myrrham.

Et respónso accépto in somnis ne redírent ad Heródem, per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

ECclésiæ tuæ, quaésumus, Dómine, dona propítius
intuére : quibus non iam aurum, tus et myrrha
profertur / sed quod eísdem munéribus declarátur,
immolátur et sumitur, Iesus Christus : Qui vivit.

Praefatio Epiphaniae.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes de Epiphania.

COMMUNIO.

Mt 2,2b

Vídimus stellam eius in oriénte, et vénimus adoráre eum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Ælésti lúmine, quaésumus, Dómine, semper et ubíque nos prævéní : ut mystérium, cuius nos partícipes esse voluísti / et puro cernámus intúitu, et digno per-cipiámus afféctu : Per Dóminum.

Dominica I post Sollemnitatem Epiphaniae

DOMINICA PRIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Cf. Ps 94,6-7a

VEníte, adorémus Deum et procidámus ante Dóminum: plorémus ante eum qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster.
Ps 94,2: Præoccupémus fáciem eiusin confessióne: et in psalmis iubilémus ei. Glória Patri. Veníte, adorémus Deum.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus qui patérno afféctu nos salvas, cum de própriis delíctis nos iúdicas : præsta ut, si méritis ne-químus / saltem afféctu cordis te patrem invocare possímus : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 3,1-6

Christus Filius super domum Dei.

Léctio Epístolæ ad Hebraeos.

FRatres sancti, vocatiónis cælestis partícipes, consideráte Apóstolum et Pontíficem confessiόνis nostræ Iesum, qui fidélis est ei qui fecit illum sicut et Móyses in tota domo illíus. Ampliórís enim glóriæ iste præ Móyse dignus est hábitus quanto ampliórem honórem habet quam domus qui fabricávit illam. Omnis namque domus fabricatur ab áliquo, qui autem ómnia fabricávit Deus est.

Et Móyses quidem fidélis erat in tota domo eius tamquam fámulus in testimónium eórum quæ dicénda erant, Christus vero tamquam Fílius super domum illíus: cuius domus sumus nos, si fidúciam et gloriatiónem spei retineámus.

RESPONSORIUM.

Ps 71,18.3

R/. Benedíctus Dóminus Deus Israel, qui facit mirábília magna solus a saéculo.

V/. Suscípíant montes pacem pópulo tuo, et colles iustítiam.

ALLELUIA.

Ps 99,2ab

Allelúia. V/. Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,41-52

Parentes Iesu invenerunt illum in templo.

& Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IBant paréntes Iesu per omnes annos in Ierusalem in die festo Paschæ. Et cum factus esset annórum duódecim, ascendéntibus illis secúndum consuetúdinem diéi

festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos, et non inveniētes, regressi sunt in Ierusalem requirentes eum.

Et factum est post triduum invenērunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem eos: stupēbant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius.

Et videntes eum admirati sunt, et dixit Mater eius ad illum: “Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te”.

Et ait ad illos: “Quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse?”

Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos.

Et descendit cum eis et venit Nazareth, et erat subditus illis. Et mater eius conservabat omnia verba in corde suo.

Et Iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Quos Filio tuo conformatos populo sacerdotali propitius aggregasti : rogamus, Domine, ut in acceptabiles hostias computare digneris / et una cum oblationibus Ecclesiae tuae benignus accipias : Per Christum.

Praefatio Epiphaniae. In Missa feriali post Festum Baptismatis Christi, dicitur Praefatio Temporis per annum.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes ordinarium.

COMMUNIO.

Lc 2,48b.49bc

Fili, quid fecísti nobis sic? Ego et pater tuus doléntes quærebámus te. Et quid est quod me quaerebatis? Nesciebátis quia in his quæ Patris mei sunt, opórtet me esse?

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Per hæc sacraménta, Dómine, Christi partícipes effecti / cleméntiam tuam humílitér implorámus : ut, eius imáginis confórmes in terris / et eius consórtes in caelis fieri' mereámur : Per Dóminum.

Die 13 ianuarii

FESTUM BAPTISMATIS CHRISTI

12 lectionum

INTROITUS.

Cf. Mal 3,1; 1 Chr 29,12

Ecce advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu eius, et potéstas, et impérium. Ps 71,1: Deus iudícium tuum regi da: et iustítiam tuam filio regis. Glória Patri. Ecce advénit dominátor.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, cuius Fílius, in Iordane baptizátus, hódie Sancto Spíritú est inúctus : praesta ut, ex aqua viva renáti / in imáginem Christi mirabíliter transiormémur : Qui tecum.

LECTIO.

Is 42,1-8

Ecce servus meus: complacet sibi in illo anima mea.

Lectio libri Isaiae prophetae.

Æc dicit Dóminus:

Ecce servus meus, suscipiam eum; electus
meus, complacet sibi in illo anima mea; dedi
spiritum meum super eum,

iudicium gentibus proferet. Non
clamabit neque vociferabitur,
nec audietur vox eius foris.

Calamum quassatum non conteret
et linum fumigans non exstinguet;
in veritatem proferet iudicium.

Non languebit nec frangetur;
donec ponat in terra iudicium;
et legem eius insulae expectant.

Hæc dicit Dóminus Deus,
creans caelos et extendens eos,
firmans terram et quæ germinant ex ea,
dans flatum populo qui est super eam
et spiritum calcantibus eam. “Ego,

Dóminus, vocavi te in iustitia
et apprehendi manum tuam;
et formavi te et dedi te
in foedus populi, in lucem gentium,
ut aperires oculos caecorum
et educeres de conclusione vinctum,
de domo carceris sedentes in tenebris.

Ego Dóminus, hoc est nomen meum;
et gloriam meam alteri non dabo
et laudem meam sculptilibus”.

RESPONSORIUM.

Ps 44,8ab

R/. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem.

T. Propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ.

ALLELUIA.

Ps 88,21

Allelúia. V/. Invéni David servum meum: óleo sancto meo unxi eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 3,15-16.21-22

Iesu baptizato et orante, apertum est caelum.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

T N illo témpore: Existimánte pópulo et cogitántibus
A ómnibus in córdibus suis de Ioanne, ne forte ipse
esset Christus, respóndit Ioannes dicens ómnibus: “Égo
quidem aqua baptízo vos: venit autem fórtior me, cuius
non sum dignus sólvete corrígiam calceamentórum eius;
ipse vos baptizábit in Spíritu Sancto et igni”.

Factum est autem cum baptizarétur omnis pópulus et
Iesu baptizáto et oránte, apértum est caelum et
descéndit Spíritus Sanctus corporáli spécie sicut colúmba
super ipsum, et vox de caelo facta est:

“Tu es Fílius meus diléctus, in te complácui mihi”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe múneta, Dómine, in dilécti Fílii revelatione
deláta : ut fidélium tuórum oblátio in eius
sacrifícium transeat / qui mundi vóluit peccáta
miseratus abluere : Qui vivit.

fraefatio Epiphaniae.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes de Epiphania.

COMMUNIO.

Gai 3,27

Omnes qui in Christo baptizáti estis, Christum
induístis, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sacro múnere satiáti, Dómine, cleméntiam tuam suppliciter exorámus : ut Unigénitum tuum fidéliter audiéntes / filii tui vere nominémur et simus : Per Dóminum.

DOMINICA SECUNDA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 65,4

OMnis terra adóret te, Deus, et psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo, Altíssime.

Ps 65,1-2: Iubiláte Deo, omnis terra: psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius. Glória Patri. Omnis terra adóret te.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus virtútum, cuius est totum quod est óptimum : ínserere pectóribus nostris amórem tui nominis / et praesta in nobis religionis augméntum : ut quæ sunt bona nutrias / ac pietátis stúdio quæ sunt nutrita custódias :
Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr8,6-13

Melioris Testamenti Mediator est.

Léctio Epístolæ ad Hebraeos.

Ratres: Nunc Póntifex noster differéntius sortítus est ministérium, quanto et melióris Testaménti Mediátor est, quod in meliórius repromissionibus sancí-

tum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non secúndi locus inquirerétur; vitúperans enim eos dicit: “Ecce dies véniunt, dicit Dóminus,

et consummábo super domum Israel
 et super domum Iuda Testaméntum novum, non
 secúndum Testaméntum quod feci pátribus eórum
 in die qua apprehéñdi manum illórum
 ut edúcerem illos de terra Ægýpti, quóniam ipsi
 non permansérunt in Testaménto meo,
 et Ego negléxi eos, dicit Dóminus. Quia hoc est
 testaméntum quod testábor dómui Israel
 post dies illos, dicit Dóminus, dando
 leges meas in mentem eórum,
 et in corde eórum superscríbam eas,
 et ero eis in Deum
 et ipsi erunt mihi in Pópulum. Et non
 docébit unusquísque civem suum
 et unusquísque fratrem suum,
 dicens: Cognósce Dóminum,
 quóniam omnes scient Me,
 a minóre usque ad maiórem eórum.
 Quia propítius ero iniquitatibus eórum,
 et peccatórum illórum iam non memorábor”.

Dicéndo “Novum” veterávit prius; quod autem
 antiquátur et senéscit prope intéritum est.

RESPONSORIUM.

Ps 106,20-21

#. Misit Dóminus verbum suum, et sanávit eos: et
 erípuit eos de intéritu eórum.

y. Confíteántur Dómino misericórdiæ eius, et
 mirabilia eius filiis hóminum.

ALLELUIA.

Ps 148,2

Allelúia, y. Laudáte Deum, omnes Angeli eius:
 laudáte eum, omnes virtútes eius. Allelúia.

EVANGELÍUM.

Io 2, 1-11

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae.

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Núptiæ factæ sunt in Cana Galilaeae, et erat Mater Iesu ibi: vocátus est autem et Iesus et discípuli eius ad núptias. Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: “Vinum non habent”.

Et dicit ei Iesus: “Quid mihi et tibi, múlier? Nondum venit hora mea”.

Dicit Mater eius minístris: “Quodcúmque díxerit vobis fácite”.

Erant autem ibi lapídeæ hydriæ sex pósitæ secúndum purificatióem ludæórum, capiéntes síngulæ metrétas binas vel ternas.

Dicit eis Iesus: “Impléte hydrias aqua”. Et implevérunt eas usque ad summum. Et dicit eis: “Hauríte nunc et ferte architriclínó”. Illi autem tulérunt.

Ut autem gustávit architriclínus aquam vinum factam, et non sciébat unde esset, (ministri autem sciébant, qui hauríerant aquam), vocat sponsum architriclínus, et dicit ei: “Omnis homo primum bonum vinum ponit, et cum inebriáti fúerint, id quod detérius est: tu servásti bonum vinum usque adhuc”.

Hoc fecit inítium signórum Iesus in Cana Galilaeae et manifestávit glóriam suam, et credidérunt in eum discípuli eius.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, múnera nostra, quibus exercéntur commércia gloriósa : ut, offeréntes quæ dedísti / teípsum mereámur accípere : Per Christum.

Praefatio Temporis per annum.

COMMUNIO.

Cf. Io 2,7-11

Dicit Dóminus: Impléte hydrias aqua, et ferte architriclínó. Dum gustásset architriclínus aquam vinum factam, dicit sponso: Servásti vinum bonum usque adhuc. Hoc signum fecit Iesus primum coram discípulis suis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

TRíbue nobis, Dómine, cælésti cibo potúque replé-tis, divínæ legis intellegéntiam per Spíritum Sanctum : qui super Unigénitum tuum ut colúmba apparuit / et in cuius virtúte aqua vínus est facta : Per Dóminum.

DOMINICA TERTIA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 96,7c-8b

ADoráte Deum, omnes Angeli eius: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiæ ludæ. Ps 96,1: Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Glória Patri. Adoráte Deum, omnes.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, refúgium nostrum et vírtus / adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis : et præsta ut quod fidéliter pétimus / efficácitér consequámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 4,13.16-25

Contra spem in spe credidit.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

FR atres: Non per Legem promissio Abrahae aut seminii eius, ut heres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Ideo ex fide, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio omni seminii, non ei qui ex Lege est solum sed et ei qui ex fide est Abrahae (qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est: “Patrem multarum gentium posui te”), ante Deum cui credidit, qui vivificat mortuos et vocat ea quae non sunt quasi sint; qui contra spem in spe credidit ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est: “Sic erit semen tuum”; et non infirmatus fide consideravit corpus suum iam emortuum, cum fere centum annorum esset, et emortuam vulvam Sarrae, in repromissione autem Dei non hesitavit diffidentia sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, et plenissime sciens quia quod promisit potens est et facere. Ideo et reputatum est illi ad iustitiam.

Non est autem scriptum tantum propter ipsum: reputatum est illi, sed et propter nos quibus reputabitur, credentibus in eum qui suscitavit Iesum Dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra et suscitatus est propter iustificationem nostram.

RESPONSORIUM.

Ps 101,16-17

R/. Timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terrae gloriam tuam.

y. Quoniam aedificavit Dominus Sion: et videbitur in maiestate sua.

ALLELUIA.

Ps 96,1

Alleluia. V/. Dominus regnavit, exsultet terra: laetentur insulae multae. Alleluia.

EVANGELIUM.

Mt 8,1-13

Domine, si vis potes.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Cum descendísset Iesus de monte, secutae sunt eum turbae multæ. Et ecce leprósus véniens adorábat eum dicens: “Dómine, si vis potes me mundáre”. Et exténdens manum, tétigit eum dicens: “Volo, mundáre”. Et conféstim mundáta est lepra eius.

Et ait illi Iesus: “Vide, némini díxeris, sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus quod præcépit Móyses, in testimónium illis”.

Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio rogans eum et dicens: “Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus et male torquétur”.

Et ait illi: “Ego véniam, et curábo eum”.

Et respóndens centúrio ait: “Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte, habens sub me mílites, et dico huic: "Vade", et vadit, et alio: "Veni", et venit, et servo meo: "Fac hoc", et facit”.

Audiens autem Iesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: “Amen dico vobis: Apud nullum invéni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis quod multi ab oriénte et occidénte vénient et recúmbent cum Abraham et Isaac et Iacob in Regno cælórum; filii autem Regni eiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium”.

Et dixit Iesus centurióni: “Vade, sicut credidísti fiat tibi”. Et sanátus est puer in hora illa.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Respice, Dómine, in fáciem Christi tui / qui pro
 ómnibus redemptiónem trádídít semetípsum : ut

per eum ab ortu solis usque ad occasum / nomen tuum
magnificétur in géntibus : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Lc 4,22b

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore
Dei.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

REdemptiónis nostræ múnere vegetáti, quaésumus,
Domine / ut hoc perpétuæ salútis auxílio, fides
semper vera proficiat : Per Dóminum.

DOMINICA QUARTA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 16,6.8

EGo clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína
aurem tuam, et exáudi verba mea: custódi me,
Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum
prótege me.

Ps 16,1a: Exáudi, Dómine, iustítiam meam: inténde
deprecatióem meam. Glória Patri. Ego clamávi.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, Domine, quaésumus : ut et mundi cursus
pacífice nobis tuo órdine dirigátur / et Ecclésia tua
tranquílla devotione lætétur : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 12,1-7a

Tamquam filios vos tractat Deus.

Léctio Epístolæ ad Hebræos.

FRatres: Nos, tantam habentes circumpositam nobis nubem téstium, deponentes omne pondus et circúrstans nos peccátum, per paciéntiam currámus propósitum nobis certámen, aspicientes in auctórem fidei et consummatórem Iesum, qui pro gáudio sibi propósito sustínuit crucem, confusióne contémpta, atque in délixtera throni Dei sedet.

Recogitáte enim eum qui talem sustínuit a peccatóribus advérsus semetípsum contradiccionem, ut ne fatigémini ánimis vestris deficiéntes. Nondum usque ad sánguinem restitístis advérsus peccátum repugnántes, et oblíti estis exhortatiónis, quæ vobis tamquam filiis lóquitur: “Fili mi, noli negligere disciplínam Dómini, neque deficias dum ab eo argúeris; quem enim díligit Dóminus castigat, flagéllat autem omnem fílium quem récipit”.

Ad disciplínam suffértis; tamquam fílios vos tractat Deus.

RESPONSORIUM.

Ps 79,4.3b

R/. Dómine Deus virtútum, convérte nos: et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

y. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

ALLELUIA.

Ps 113,11

Allelúia. V/. Qui timent Dóminum sperent in eum: adiútor et protéctor eórum est. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 8,23-27

Domine, salva nos, perimus.

“& Lécctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Ascendénte Iesu in navículam, secúti sunt eum discípuli eius.

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus; ipse vero dormiébat. Et accessérunt et suscitavérunt eum dicétes: “Dómine, salva nos, perimus”.

Et dicit eis: “Quid tímidi estis, módicae fidei? ” Tunc surgens increpávit ventis et mari, et facta est tranquíllitas magna.

Porro hómines miráti sunt dicétes: “Qualis est hic, quia et venti et mare oboédiunt ei? ”

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

HOstias tibi, Dómine, placatiónis et láudis offérimus : ut inter mundi tempestátes nutántia corda tu dírigas / et in portum perpétuæ tranquíllitátis feliciter perdú-cas : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Mt 8,26b-27a

Surgens Iesus, imperávit ventis et mari, et facta est tranquíllitas magna, et admiráti sunt univérsti.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui nos de uno pane et de uno cálice partícipes esse voluísti : da nobis, quaésumus, ita vívere / ut, unum in Christo effécti, fructum afferámus pro mundi salúte gaudétes : Per Dóminum.

DOMINICA QUINTA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 18,8

Lex Dómini irreprehensibilis, convértens ánimas:
testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans
párvulis.

Ps 18,2: Caeli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum
eius annúntiat firmaméntum. Glória Patri. Lex Dómini
irreprehensibilis.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui regnum tuum humílibus parvulísque dispónis
: fac nos viam simplicitátis prósequi confidenter /
ut glóriæ tuæ revelentur arcána : Per Dóminum.

LECTIO.

I Cor 1,26-31

Infirma mundi elegit Deus.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Corínthios.

Vidéte vocatióem vestram, fratres, quia non multi
sapiéntes secúndum carnem, non multi poténtes,
non multi nóbiles; sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus
ut confúndat sapiéntes, et infirma mundi elégit Deus ut
confúndat fórtia, et ignobília mundi et contemptibília
elégit Deus, quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret, ut
non gloriétur omnis caro in conspéctu Dei.

Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est
Sapiéntia nobis a Deo et iustítia et sanctificátio et
redémptio, ut quemádmódum scriptum est: “Qui
gloriá-

tur, in Dómino gloriétur”.

RESPONSORIUM.

Ps 33,2-3

IV. Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

T. In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant mansuétí, et læténtur.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Allelúia, y. Veníte ad me omnes, qui laborátis, et onerátí estis, et ego refíciam vos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 11,25-30

Confiteor tibi, Pater, quia revelasti ea parvulis.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Respóndens Iesus dixit: “Confíteor tibi, Pater, Dómine caeli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus et revelásti ea párvulis. Ita, Pater, quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi tráditá sunt a Patre meo; et nemo novit Fílium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Fílius et cui volúerit Fílius reveláre.

Veníte ad me omnes qui laborátis et onerátí estis, et ego refíciam vos. Tóllite iugum meum super vos et díscite a me, quia mitis sum et húmilis corde, et inveniétis réquiem animábus vestris; iugum enim meum suáve et onus meum leve est”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Elatio nos, quaésumus, Dómine, tuo nómini dicán-da
puiíficet / et de die in diem ad cæléstis vitæ
tránsferat actiónem : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 19,6ab

Lætábimur in salutári tuo: et in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sacramento Fílii tui recreáti, te, Dómine, deprecamur / ut Ecclésiæ tuæ operationem fecúndes : qua salutáris mystérii plenitúdinem paupéribus contínuo re-vélas / quos ad tui regni præcípua vocásti'portióem : Per Dóminum.

DOMINICA SEXTA PER ANNUM

Vide p. 358.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA

INTROITUS.

Ps 17,5a.6a.7a.c

Circumdedérunt me gémitus mortis, dolóres inférni circumdedérunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudívit de templo sancto suo vocem meam.

Ps 17,2b-3a: Díligam te, Dómine, fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus. Glória Patri. Circumdedérunt me.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

SAncti nóminis tui, Dómine, timórem páriter et
amórem fac nos habere perpétuum : quia numquam
tua gubernatióne destítuis / quos in soliditáte tuæ
dilectionis instítuis : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 9,14b-24.30b-32a

Tu quis es qui respondeas Deo?

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

FRatres: Numquid iniustítia apud Deum? Absit.
Móysi enim dicit: “Miserébor cuius miséreor, et
misericórdiam præstábo cui misericórdiam praesto”.
Igitur non voléntis neque curréntis sed miseréntis Dei.

Dicit enim Scriptúra Pharaóni: “In hoc ipsum excitávi
te, ut osténdam in te virtútem meam, et ut annuntietur
Nomen meum in univérsa terra”. Ergo cuius vult
miserétur, et quem vult indúrat.

Dices itaque mihi: “Quid ergo adhuc queritur?
Voluntáti enim eius quis restitit? ” O homo, sed tu quis
es qui respóndes Deo? Numquid dicet figméntum ei
qui se finxit: “Quid me fecísti sic? ” An non habet
potestátem figulus luti ex eádem massa fácere áliud
quidem vas in honórem, áliud vero in ignominiam?

Quod si volens Deus osténdere iram et notam fácere
poténtiam suam, sustínuit in multa paciéntia vasa iræ
aptáta in intéritum, et ut osténderet divítias glóriæ suæ
in vasa misericórdiæ, quæ præparávit in glóriam, quos et
vocávit nos non solum ex Iudæis sed étiam ex géntibus?

Gentes quæ non sectabántur iustítiam
apprehendérunt iustítiam, iustítiam autem quæ ex fide
est; Israel vero sectans Legem iustítiæ in Legem non
pervénit. Quare? Quia non ex fide sed quasi ex opéribus.

RESPONSORIUM.

Ps 9,10b-11.19-20a

E/. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione: sperent in te, qui novérunt te: quóniam non derelínquis quæréntes te, Dómine.

y. Quóniam non in finem oblívio erit páuperis, paciéntia páuperum non períbit in ætérnum: exsúrge, Dómine, non præváleat homo.

ALLELUIA.

Ps 5,2

Allelúia. *V/.* Verba mea áuribus pécipe, Dómine, intéllege clamórem meum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 20,1-16

An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis parábolam hanc:

“Símile est Regnum cælórum hómini patri famílias qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam; conventióne autem facta cum operáriis ex denáριο diúrno, misit eos in víneam suam.

Et egréssus circa horam tértiam vidit álios stantes in foro otíosos, et illis dixit: Ite et vos in víneam, et quod iustum fúerit dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam et nonam horam et fecit símíliter.

Circa undécimam vero éxiit et invénit álios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos condúxit. Dicit illis: Ite et vos in víneam.

Cum sero autem factum esset, dicit dóminus víneæ procuratóri suo: Voca operários et redde illis mercédem incípiens a novíssimis usque ad primos. Et cum veníssent qui circa undécimam horam vénerant, accepérunt sínguli denárium. Veniéntes autem primi, arbitrátí sunt quod

plus essent acceptúri: accepérunt autem et ipsi sínguli denárium.

Accipiéntes autem murmurábant advérsus patrem famílias dicétes: Hi novíssimi una hora fecérunt, et pares illos nobis fecísti qui portávimus pondus diéi et aestum. At ille respóndens uni eórum dixit: Amíce, non fácio tibi iniúriam; nonne ex denário convenísti mecum? Tolle quod tuum est et vade; volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo fácere de meis? An óculus tuus nequam est quia ego bonus sum?

Sic erunt novíssimi primi et primi novíssimi”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

DEus, qui offerénda tuo nómini tríbuis / et obláta devotióni nostræ servitutis ascríbis : quaésumus cleméntiam tuam / ut, quod praestas unde sit méritum, profícere nobis largiaris ad praemium : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps30,17-18a

Illúmina fáciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericórdia: Dómine, non confúndar quóniam invocávi te.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

PLenum, quaésumus, Dómine, in nobis remédium tuæ miseratiónis operáre : ac tales nos esse pérfice propítius et sic fovéri / ut tibi in ómnibus placéré valeámus : Per Dóminum.

DOMINICA IN SEXAGESIMA

INTROITUS.

Cf. Ps 43,24-26

EXsúrge, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem: quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatióem nostram? adhæsit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádiuva nos, et líbera nos.

Ps 43,2ab: Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis. Glória Patri. Exsúrge, quare obdórmis.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui nos regéneras verbo vitæ : da, ut, corde sincéro illud accipiéntes, veritátem álacres faciamus / et fratérnæ afferámus fructus plúrimos caritátis : Per Dóminum.

LECTIO.

Iac 1,19-25

In mansuetudine suscipite verbum.

Léctio Epístolæ beáti Iacobi apóstoli.

SCitis, fratres mei dilécti. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum, tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram; ira enim viri iustítiam Dei non operátur. Propter quod abiciéntes omnem immundítiam et abundántiam malítiæ, in mansuetúdine suscipite ínsitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras.

Estóte autem factóres verbi, et non auditóres tantum falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi et non factor, hic comparábitur viro consideránti vultum

nativitatis suæ in spéculo; considerávit enim se et ábiit et statim oblítus est qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in lege perfécta libertátis et permánerit, non audítor obliviósus factus sed factor óperis, hic beátus in facto suo erit.

RESPONSORIUM.

Ps 82,19.14

R/. Sciant gentes quóniam nomen tibi Deus: tu solus Altíssimus super omnem terram.

V/. Deus meus, pone illos ut rotam: et sicut stípulam ante fáciem venti.

ALLELUIA.

Ps 107,2

Allelúia. V/. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 8,4-15

Semen est verbum Dei.

^ Lécio sancti Evangélli secúndum Lucam.

IN illo témpore: Cum turba plúrima conveníret et de síngulis civitatibus properárent ad Iesum, dixit per similitúdinem: “Exiit qui séminat semináre semen suum. Et dum séminat ipse, áliud cécidit secus viam et conculcatum est et vólucres caeli comedérunt illud. Et áliud cécidit super petram et natum áruit quia non habébat umó-rem. Et áliud cécidit inter spinas et simul exortae spinæ suffocaverunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam et ortum fecit fructum céntuplum”.

Hæc dicens clamábat: “Qui habet aures audiéndo, áudiat”.

Interrogábant autem eum discípuli eius quæ esset hæc parábola.

Quibus ipse dixit: “Vobis datum est nosse mystéria Regni Dei, céteris autem in parábolis, ut vidéntes non ví-

deant et audiéntes non intéllegant.

Est autem hæc parábola: Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, sunt qui áudiunt, deinde venit diábolus et tollit verbum de corde eórum, ne credéntes salvi fiant. Qui autem supra petram, qui, cum audierint, cum gáudio suscípiunt verbum, et hi radíces non habent, qui ad tempus credunt, et in témpore tentatiónis recédunt. Quod autem in spinis cécidit, hi sunt qui audierunt et a sollicitudínibus et divítiis et voluptátibus vitæ eúntes suffocántur et non réferunt fructum.

Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et óptimo audiéntes verbum rétinent et fructum áfferunt in paciéntia”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

DEus, qui mysteriórum tuórum dignánte operaris
efféctus : praesta, quaesumus / ut sacris apta
munéribus fiant nostra servítia : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 42,4ab

Introíbo ad altáre Dei: ad Deum, qui lætíficat
iuventútem meam.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PANE mensæ cæléstis refecti / te, Dómine, deprecámur
: ut, per hoc sacraméntum caritátis, illa sémina
maturescant / quæ magna in agrum Ecclésiæ tuæ
largitáte dispérgis : Per Dóminum.

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA

INTROITUS.

Ps 30,3t>4

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii,
ut salvum me fácias: quóniam firmaméntum meum
et refúgium meum es tu, et propter nomen tuum dux
mihi eris, et enútries me.

Ps 30,2: In te, Dómine, sperávi, non confúndar in
ætérnum: in iustítia tua líbera me. Glória Patri. Esto mihi
in Deum.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre
iustítiae, veritátis tuæ lumen osténdis : da cunctis
qui christiána professióne censéntur, et illa respúere
quæ huic inimíca sunt nomini / et ea quæ sunt ápta
sectári : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Cor 12,31- 13,13

Manet fides, spes, caritas; maior autem ex his est caritas.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Corínthios.

FRatres: Æmulámini charísmata maióra. Et adhuc
excellentiórem viam vobis demónstro. Si linguis
hóminum loquar et angelórum, caritátem autem non
hábeam, factus sum velut æs sonans aut cýmbalum
tínniens. Et si habúero prophetíam et nóverim mystéria
ómnia et omnem sciéntiam, et si habúero omnem fidem
ita ut montes transférám, caritátem autem non habúero,
ni-

hii sum. Et si distribúero in cibos omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum ut glórier, caritátem autem non habúero, nihil mihi prodest.

Cáritas pátiens est, benígna est cáritas, non æmulátur, non agit supérbe, non inflátur, non est ambitiósá, non quærit quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitátem, congáudet autem veritáti: ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet.

Cáritas numquam éxcidit. Sive prophetiæ, evacuabúntur; sive linguæ, cessábunt; sive sciéntia, destruétur. Ex parte enim cognóscimus et ex parte prophetámus; cum autem vénerit quod perféctum est, evacuábitur quod ex parte est. Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus; quando factus sum vir, evacuávi quæ erant párvuli. Vidémus enim nunc per spéculum in ænígmate, tunc autem fácie ad fáciem; nunc cognóscó ex parte, tunc autem cognóscam sicut et cógnitus sum.

Nunc autem manet fides, spes, cáritas, tria hæc; maior autem ex his est cáritas.

RESPONSORIUM.

Ps 76,15-16

R/. Tu es Deus qui facis mirabília solus: notam fecísti in géntibus virtútem tuam.

T. Liberásti in brácchio tuo pópulum tuum, fílios Israel et Ioseph.

ALLELUIA.

Ps110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo.
Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 18,31-43

Consummabuntur omnia scripta de Filio hominis.

Y Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Assúmpsit Iesus Duódecim et ait illis: “Ecce ascéndimus Ierusalem, et consummabúntur ómnia quæ scripta sunt per Prophétas de Fílio hóminis: tradétur enim géntibus, et illudétur et contuméliis afficiétur et conspuétur, et postquam flagelláverint occídent eum et die tértia resúrget”. Et ipsi nihil horum intellexérunt; et erat verbum istud abscónditum ab eis, et non intellegébant quæ dicebántur.

Factum est autem cum appropinquáret Iericho, caecus quidam sedébat secus viam mendícans. Et cum audíret turbam prætereúntem, interrogábat quid hoc esset. Dixérunt autem ei: “Iesus Nazarénus transit”.

Et clamávit dicens: “Iesu, fili David, miserére mei”. Et qui præíbant increpábant eum ut tacéret, ipse vero multo magis clamábat: “Fili David, miserére mei”.

Stans autem Iesus iussit illum addúci ad se.

Et cum appropinquásset, interrogávit illum: “Quid tibi vis fáciam?”

At ille dixit: “Dómine, ut vídeam”.

Et Iesus dixit illi: “Réspice, fides tua te salvum fecit”.

Et conféstim vidit, et sequebátur illum magníficans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Concéde nobis, quaésumus, Dómine, hæc digne frequentare mystéria : quia quóties huius hóstiæ commemorátio celebratur / opus nostræ redemptiónís exercétur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 77,29-30a

Manducavérunt et saturáti sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis Dóminus: non sunt fraudáti a desidério suo.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis caeleste mystérium : ut simus eius in glória coherédes / cui, mortem ipsíus annuntiando, compátimur : Per Dóminum.

FERIA QUARTA CINERUM

BENEDICTIO CINERUM.

Benedictio Cinerum locum tenet actus paenitentialis.

Post Introitum, stans in cathedra Celebrans benedictionem cantat tono lectionum, manu dextera extensa super cinerem benedicendum.

ORATIO. Oremus /

D Eus qui non mortem, sed pæniténtiam desíderas peccatorum / fragilitátem nostram benigníssime réspice : et hos cíneres, quos causa præferéndæ humilitátis capítibus nostris impóni decernimus / bene “fr dícere pro tua pietate dignéris : ut qui nos cínerem esse, et ob pravitátis nostræ méritum in púlverem reversúros esse cognoscimus / peccatórum ómnium véniam, et præmia pæniténtibus quæ repromisísti, misericórditer cónsequi mereámur : Per Christum Dominum nostrum. IV. Amen.

Cinere benedicto, et aqua sancta asperso, Diaconus incipit Antiphonam Exáudi nos (vide infra), et primus omnium aspergitur cinere a Sacerdote. Deinde Prior aspergitur a Sacerdote et Sacerdos a Priore. Postea ceteri. Dicitur autem ad singulos:

Recognósce, homo, quia pulvis es et in púlverem revertéris.

Interea Conventus Antiphonas sequentes canendo prosequitur:

ANTIPHONA.

Exáudi nos, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: secúndum multitudinem miseratiónum tuárum réspice nos, Dómine.

ALIA ANTIPHONA.

Iuxta vestibulum et altáre plorábunt Sacerdótes et Levítæ ministri Dómini, et dicent: Parce, Dómine, parce pópulo tuo, et ne díssipes ora clamántium ad te, Dómine.

Si opus sit, Antiphonae repetuntur. Cum omnes ad sedes sunt reversi, cantamus Kýrie, dum Celebrans digitos abluit.

INTROITUS.

Cf. Sap 11,23-24.26

Miseréris ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum quæ fecísti: dissímulans peccáta hóminum propter pæniténtiam, et parcens illis, quia tu es Dóminus Deus noster.

Ps 56,2a: Miserére mei, Deus, miserére mei: quóniam in te confidit ánima mea. Glória Patri. Miseréris ómnium, Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

Concéde nobis, Dómine, præsídia militiæ cristiánæ sanctis inchoare ieiúniis : ut contra spirituáles nequítias pugnaturi / continéntiæ muniámur auxiliis : Per Dóminum.

LECTIO.

Ioel 2,12-18

*Convertimini in toto corde vestro**

Léctio libri ioélis prophétæ.

“ XT Une, dicit Dóminus, ±NI convertímini ad me in toto corde vestro, in ieiúnio et in fletu et in planctu;

et scíndite corda vestra et non vestiménta vestra,
 et convertímini ad Dóminum Deum vestrum,
 quia benígnus et miséricors est,
 pátiens et multæ misericórdiæ,
 et placábilis super malítia”. Quis
 scit, si convertátur et ignóscat
 et relínquat post se benedictiónem,
 oblatiónem et libatióem Dómino Deo vestro?
 Cánite tuba in Sion,
 sanctificáte ieiúnum, vocáte coetum;
 congregáte pópulum, sanctificáte convéntum,
 coadunáte senes,
 congregáte párvulos et sugéntes úbera,
 egrediátur sponsus de cubíli suo
 et sponsa de thámo suo. Inter
 vestibulum et altáre plorent
 sacerdótes místri Dómini et
 dicant: “Parce, Dómine, pópulo tuo
 et ne des hereditátem tuam in oppróbrium,
 ut dominéntur eis nátióes.
 Quare dicent in pópulis: "Ubi est deus eórum"? ”
 Zelátus est Dóminus terram suam
 et pepércit pópulo suo.

RESPONSORIUM.

Ps 56,2a.4a

R/. Misérére mei, Deus, misérére mei: quóniam in te
 confídít ánima mea.
 y. Misit de caelo, et liberávit me: dedit in oppróbrium
 conculcántes me.

EVANGELIUM.

Mt 6,16-21

Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Cum
 ieiunátis, nolíte fieri sicut hypócritæ tristes,

demoliúntur enim fácies suas ut páreant homínibus ieiunántes; amen dico vobis: recepérunt mercédem suam. Tu autem cum ieiúnas, unge caput tuum et fáciam tuam lava, ne videáris homínibus ieiúnans sed Patri tuo qui est in abscóndito; et Pater tuus qui videt in abscóndito reddet tibi.

Nolíte thesaurizáre vobis thesáuros in terra, ubi ærúgo et tínea demolítur, et ubi fures effódiunt et furántur; thesaurizáte autem vobis thesáuros in cælo, ubi neque ærúgo neque tínea demolítur, et ubi fures non effódiunt nec furántur; ubi enim est thesáurus tuus, ibi erit et cor tuum”.

SUPER OBLATA.

Sacrificium quadragesimális iníitii sollémniter immolámus, te, Dóminé, deprecántes : ut per pæniténtiæ caritátisque labóres a peccátis mundati / ad celebrándum Fílii tui passiónem mereámur esse devóti :
Per Christum.

Praefatio Quadragesimae.

COMMUNIO.

Ps 1,2b.3b

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Satiáti múnere salutári, mentes nostras, quaesumus, Dómine, lúmine tuæ claritátis illústra / ut vidére possímus quæ agénda sunt, et quæ recta sunt ágere valeámus : Per Dóminum.

FERIA QUINTA POST CINERES

ÍNTROITUS.

Cf. Ps 54,17.19-20.23

DUm clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos qui est ante sæculá, et manet in ætérnum: iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

Ps 54,2-3a: Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam: inténde mihi, et exáudi me.

Glória Patri.

Dum clamárem ad Dóminum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

Protéctor noster aspice, Deus : ut qui malórum nostrórum póndere premimur / percépta misericórdia tua, libera tibi menté famulémur : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 38,1-8

Adiciam super dies tuos quindecim annos.

Léctio libri Isaiae prophétæ.

T N diébus illis ægrotávit Ezechías usque ad mortem; et A introívit ad eum Isaías fílius Amos prophéta et dixit ei: “Hæc dicit Dóminus: "Dispóne dómui tuæ, quia moriéris tu et non vives"”. Et convértit Ezechías fáciem suam ad paríetem et orávit ad Dóminum et dixit: “Obsecro, Dómine; meménto, quæso, quómodo ambuláverim coram te in veritáte et in corde perfécto et quod bonum est in óculis tuis fécerim”. Et flevit Ezechías fletu magno.

Et factum est verbum Dómini ad Isaíam dicens: "Vade et dic Ezechiae: "Hæc dicit Dóminus Deus David patris tui: Audívi oratióem tuam, vidi lácrimas tuas; ecce ego adíciam super dies tuos quíndecim annos, et de manu regis Assyriórum éruam te et civitátem istam, et prótegam hanc civitátem". Hoc autem tibi erit signum a Dómino, quia fáciat Dóminus verbum hoc quod locúsus est: Ecce ego revérte fáciat umbram gráduum, per quos descénderat in horológio Achaz in sole retrórsus decem grádibus". Et revérsus est sol decem grádibus per gradus, quos descénderat.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 54,23a.17a.18b.19b

ty. Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

V/. Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

EVANGELIUM.

Mt 8,5-13

Curatio pueri centurionis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Cum introísset Iesus Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio rogans eum et dicens: "Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus et male torquétur".

Et ait illi: "Ego véniam, et curábo eum".

Et respóndens centúrio ait: "Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte, habens sub me mílites, et dico huic: "Vade", et vadit, et álio: "Veni", et venit, et servo meo: "Fac hoc", et facit".

Audiens autem Iesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: "Amen dico vobis: Apud nullum invéni tantam fi-

dem in Israel. Dico autem vobis quod multi ab oriēte et occidēte vēnient et recumbent cum Abraham et Isaac et iacob in Regno cælórum; filii autem Regni eiciētur in tēnebras exterióres: ibi erit fletus et stridor dēntium”. Et dixit Iesus centurióni: “Vade, sicut credidisti fiat tibi”. Et sanátus est puer in hora illa.

SUPER OBLATA.

DEus, qui absque ulla tēporis mutatióne cuncta dispónis : réspice hanc hóstiam tuo nómini consecratam / ut, qui ubíque totus es, étiam hic adesse te in précibus nostris sentiámus : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Ps 50,21

Acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiões, et holocáusta super altáre tuum, Dómine.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DA, quaésumus, Dómine, pópulo tuo et quæ profitétur agnoscere / et cæléste munus dilígeré quod frequéntat : Per Dóminum.

FERIA SEXTA POST CINERES

INTROITUS.

Ps 29,11

Audívit Dóminus, et misértus est mihi: Dóminus factus est adiútor meus.

Ps 29,2: Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me: nec delectásti inimícos meos super me. Glória Patri.
Audívit Dóminus.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuā. Leváte.)

TNchoáta pæniténtiæ ópera, Dómine, bénigno favore
-l proséquere : ut observántiam, quam corporáliter
exercémus / méntibus étiam valeámus implére sincéris :
Per Dóminum.

LECTIO.

Is58,1-9a

*Nonne hoc est ieiunium quod elegi.***Léctio libri Isaíæ prophetae.**

HÆc dicit Dóminus Deus: Clama
fórtiter, ne cesses; quasi tuba
exálta vocem tuam; et annúntia pópulo
meo scélera eórum
et dómui Iacob peccáta eórum.
Me étenim de die in diem quærunt
et scire vias meas volunt,
quasi gens quæ iustítiam fécerit
et iudícium Dei sui non derelíquerit.
Rogant me iudícia iustítiae,
appropinquáre Deum volunt.
“Quare ieiunávimus, et non aspexísti,
humiliávimus ánimam nostram, et nescisti?”
Ecce in die ieiúnii vestri ágitis negótia
et omnes operários vestros opprímítis.
Ecce ad lites et contentiónes ieiunátis
et percútítis pugno ímpie.
Nolíte ieiunáre sicut hódie,
ut audiátur in excélso clamor vester.
Numquid tale est ieiúnium quod elégi,
dies, quo homo afflígit ánimam suam?
Numquid contórquere quasi iuncum caput suum,
et saccum et cínerem sternere?
Numquid istud vocábis ieiúnium

et diem acceptabilem Dómino? Nonne
hoc est ieiúnium quod elégi: dissólvere
víncula iníqua, sólvete funes iugi,
dimíttere eos qui confrácti sunt, líberos,
et omne iugum dirúmpere? Nonne
frángere esuriénti panem tuum
et egénos, vagos indúcere in domum?
Cum víderis nudum, óperi eum,
et carnem tuam ne despéxeris. Tunc
erúmpet quasi auróra lumen tuum,
et sanátio tua cítius oriétur; et
anteíbit fáciem tuam iustítia tua,
et glória Dómini cólliget te. Tunc
invocábis et Dóminus exáudiet,
clamábis et dicet: “Ecce adsum”.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 26,4a.c

R/. Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem
in domo Dómini.

y. Ut vídeam voluptátem Dómini, et prótegar a
templo sancto eius.

EVANGELIUM.

Mt 5,43- 6,4

Diligite inimicos vestros.

**fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípuis suis: “Audístis
quia dictum est: Díliges próximum tuum et ódio
habébis inimícum tuum. Ego autem dico vobis: Díligite
inimícos vestros et oráte pro persecúntibus vos, ut sitis
fílii Patris vestri qui in caelis est, quia solem suum oríri
facit super malos et bonos et pluit super iustos et
iniústos.

Si enim dilexéritis eos qui vos díligunt, quam
mercédem habétis? Nonne et publicáni hoc fáciunt? Et
si salutavéritis fratres vestros tantum, quid ámplius
fácitis?

Nonne et éthnici hoc faciunt? Estóte ergo vos perfecti sicut Pater vester cælestis perfectus est.

Atténdite ne iustítiam vestram faciátis coram homínibus ut videámini ab eis; alióquin mercédem non habétis apud Patrem vestrum qui in caelis est. Cum ergo fácies eleemósynam, noli tuba cánere ante te, sicut hypócritæ faciunt in synagógis et in vicis ut honorificéntur ab homínibus; amen dico vobis: recepérunt mercédem suam. Te autem faciente eleemósynam, nésciat sinístra tua quid fáciat délixtera tua, ut sit eleemósyna tua in abscóndito, et Pater tuus qui videt in abscóndito reddet tibi”.

SUPER OBLATA.

Sacrificium, Dómine, observántiam quadragesimális, quod offérimus, præsta quaesumus / ut tibi et mentes nostras reddat accéptas, et continéntiæ promptiórís nobis tríbuat facultátem : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps2,11-12a

Servíte Dómino in timóre, et exsultáte ei cum tremóre: apprehéndite disciplínam, ne pereátis de via iusta.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, qui non vis mortem peccatóris, sed ut convertátur a via sua et vívat / te súpplíces exorámus : ut, his sacraméntis placatus / spíritum nobis pæniténtiæ et delictórum véniam largiáris : Per Dóminum.

SABBATUM POST CINERES

INTROITUS.

Cf. Ez 36,23-26

Cum sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímíni ab ómnibus inquinaméntis vestris:

et dabo vobis spírítum novum.

Ps 33,2: Benedícam Dóminum in omni témpore:
semper laus eius in ore meo.

Glória Patri.

Cum sanctificátus fúero.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

Concéde nobis, miséricors Deus : ut paschália
sacraménta laeti exspectantes / purificátis méntibus
ad plenitúdinem grátiae filiórum perducámur : Per
Dóminum.

LECTIO.

Phil 3,8-14

Propter Christum omnia detrimentum feci.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Philippénes.

FRatres: Exístimo ómnia detriméntum esse propter
eminéntiam sciéntiæ Christi Iesu Dómini mei, propter
quem ómnia detriméntum feci, et árbitor ut stércora ut
Christum lucri fáciam et invéniam in illo, non habens
meam iustítiam quæ ex Lege est, sed illam quæ per
fidem est Christi, quæ ex Deo est iustítia in fide, ad
cognoscéndum illum et virtútem Resurrectiónis eius et
communióem passiónum illíus, confórmans me morti
eius, si quo modo occúrram ad resurrectiónem quæ est
ex mórtuis.

Non quod iam accéperim aut iam perféctus sim,
pérsequor autem si umquam comprehéndam, sicut et
comprehénsus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me non
árbitor comprehéndisse; unum autem, quæ quidem
retro sunt oblivíscens, ad ea vero quæ ante sunt
exténdens me, ad destinátum pérsequor, ad bravíum
supérnæ voca-

tiónis Dei in Christo Iesu.

RESPONSORIUM.

Ps 78,9b-10a.9a

IV. Propítius esto, Dómine, peccátis nostris, nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum?

V/. Aduva nos, Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

EVANGELIUM.

Mt 6,5-9

Cum orabis, intra in cubiculum tuum.

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Cum orátis, non éritis sicut hypócritæ, qui amant in synagógis et in ángulis plateárum stantes oráre ut videántur ab homínibus; amen dico vobis: recepérunt mercédem suam. Tu autem cum orábis, intra in cubículum tuum et clauso óstio tuo ora Patrem tuum qui est in abscondito; et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

Orántes autem nolite multum loqui sicut éthnici, putant enim quia in multilóquio suo exaudiántur. Nolite ergo assimilári eis, scit enim Pater vester quibus opus sit vobis ante quam petátis eum. Sic ergo vos orábitis:

Pater noster qui es in caelis,
sanctificétur nomen tuum”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, quaésumus, Dómine, sacrificium placationis et laudis : et praesta, ut, huius operatióne mundati / beneplácitum tibi nostræ mentis offeramus afféctum : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 13,7

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? cum avérterit Dó-

minus captivitatem plebis suæ, exultabit Iacob et lætabitur Israel.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

SUméntes pignus cælestis arcáni, et in terra pòsiti
iam supérno pane satiati / te, Dómine, suppliciter
deprecámur : ut ipsíus fortitúdine roborati / ad ætéram
vitam álacri gressú accedámus : Per Dóminum.

DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMAE

INTROITUS.

Ps 90,15a.c-16a

INvocábit me, et ego exáudiam eum: erípíam eum, et
glorificábo eum: longitúdine diérum adimplébo eum.
Ps 90,1: Qui hábitat in adiutório Altíssimi, in
protectióne Dei cæli commorábitur. Glória Patri.
Invocábit me, et ego exáudiam.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Oncéde nobis, omnípotens Deus : ut, per ánnua
quadragesimális exercítia sacraménti, et ad
intellegéndum Christi proficiámus arcanum / et efféctus
eius digna conversatione sectémur : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 6,1-10

Ecce nunc tempus acceptabile.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad
Corínthios.

FRatres: Adiuvántes, exhortámur ne in vácuum
grátiam Dei recipiátis —ait enim: “Témpore
accépto,

exaudívi te et in die salútis adiúvi te”. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis—, némini dantes ullam offensióem, ut non vituperétur ministérium, sed in ómnibus exhibéntes nosmetípsos sicut Dei minístros* in multa paciéntia, in tribulatióibus, in necessitatibus, in angústiiis, in plagis, in carcéribus, in seditiúnibus, in labóribus, in vigíliis, in ieiúniis, in castitate, in sciéntia, in longanimitate, in suavitate, in Spíritu Sancto, in cantate non ficta, in verbo veritátis, in virtúte Dei: per arma iustítiæ a dextris et sinístris, per glóriam et ignobilitátem, per infámiam et bonam famam: ut seductóres et veráces, sicut qui ignóti et cógniti, quasi moriéntes et ecce vívimus^ ut castigáti et non mortificáti, quasi tristes, semper autem gaudéntes, sicut egéntes, multos autem locupletántes, tamquam nihil habéntes et ómnia possidéntes.

RESPONSORIUM.

Ps 90,11-12

IV. Angelis suis Deus mandávit de te: ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

V/. In mánibus portábunt te: ne umquam offéndas ad lápidem pedem tuum.

TRACTUS.

Ps 90,1-7.11-16

Qui hábitat in adiutório Altíssimi, in protectiúne Dei cæli commorábitur.

V/. Dicet Dómino, Suscéptor meus es tu, et refúgium meum: Deus meus, sperábo in eum.

y. Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, et a verbo áspero.

y. Scápulis suis obumbrábit tibi: et sub pennis eius sperábis.

y. Scuto circúmdabit te véritas eius: non timébis a timóre noctúrno.

y. A sagítta volánte per diem, a negótio perambulánte in ténebris, a ruína, et dæmónio meridiáno.

V/. Cadent a látere tuo mille, et decem mília a dextris tuis: tibi autem non appropinquábit.

y. Quóniam Angelis suis mandávit de te: ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

V/. In mánibus portábunt te: ne umquam offéndas ad lápidem pedem tuum.

T. Super áspidem et basilíscum ambulábis: et conculcábis leónem et dracónem.

T. Quóniam in me sperávit, liberábo eum: prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

y. Invocábit me, et ego exáudiam eum: cum ipso sum in tribulatióne.

y. Erípiam eum, et glorificábo eum.

y. Longitúdine diérum adimplébo eum: et osténdam illi salutáre meum.

EVANGELIUM.

Mt 4,1-11

Iesus per quadraginta dies ieiunat et tentatur.

f Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Iesus ductus est in desértum a Spíritu, ut tentarétur a diábolo. Et cum ieiunásset quadragínta diébus et quadragínta nóctibus, póstea esúriit.

Et accédens temptátor dixit ei: “Si Fílius Dei es, dic ut lápides isti panes fiant”.

Qui respóndens dixit: “Scriptum est: "Non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo quod procédit de ore Dei"”.

Tunc assúmit eum diábolus in sanctam civitátem, et státuit eum supra pinnáculum templi et dicit ei: “Si Fílius Dei es, mitte te deórsum: scriptum est enim: "Angelis suis mandábit de te et in mánibus tollent te, ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum"”.

Ait illi Iesus: “Rursum scriptum est: Non tentábis Dóminum Deum tuum”.

Iterum assúmit eum diábolus in montem excélsu valde, et osténdit ei ómnia regna mundi et glóriam eórum, et dicit illi: “Hæc tibi ómnia dabo si cadens adoráveris me”.

Tunc dicit ei Iesus: “Vade, Sátanas; scriptum est enim: "Dóminum Deum tuum adorábis et illi soli sérvies"”.

Tunc relíquit eum diábolus, et ecce ángeli accessérunt et ministrábant ei.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Offeréntes hæc múnera, quaesumus, Dómine : ut diáboli fraudes strénue vitemus / et te, solum Deum, pura ménte sectémur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 90,4-5a

Scápulis suis obumbrábit tibi, et sub pennis eius sperábis: scuto circúmdabit te véritas eius.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

CÆlésti pane refécti, quo fides álitur, spes provéhi-tur et caritas roborátur : quaesumus, Domine / ut in omni verbo, quod procédit de ore tuo, víveré valeámus : Per Dóminum.

FERIA SECUNDA

INTROÍTUS.

Ps 122,2a,c-3a

Sicut óculi servórum in mánibus dominórum suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri: misereére nobis, Dómine, mise-

rére nobis.

Ps 122,1: Ad te levávi óculos meos, qui hábitas in caelis.

Glória Patri.

Sicut óculi servórum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

ADésto, quaésumus, Dómine, supplicatióibus nostris : ut esse, te largiénte, mereámur et inter próspéra húmiles / et inter adversa secúri : Per Dóminum.

LECTIO.

Ez 34,11-12.15-17

Ego pascam oves meas.

Léctio libri Ezechiélis prophetae.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce ego ipse requíram oves meas et visitábo eas. Sicut vísitat pastor gregem suum in die, quando fúerit in médio óvium suárum dissipatárum, sic visitábo oves meas et liberábo eas de ómnibus locis, in quibus dispérsæ fúerant in die nubis et caliginis.

Ego pascam oves meas et ego eas accubáre fáciam, dicit Dóminus Deus. Quod períerat, requíram et, quod eiéctum erat, redúcam et, quod confráctum fúerat, alligábo et, quod infirmum erat, consolidábo et, quod pingue et forte, custódiam et pascam illas in iudício.

Vos autem, grex meus, hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego iúdico inter pecus et pecus, inter aríetes et hircos.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 83,10.9a

R/. Protéctor noster áspice, Deus, et réspice super servos tuos.

y. Dómine Deus virtútum, exáudi preces servórum tuórum.

TRACTUS.

Ps 102,10; 78,8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

y. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

V/. Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

EVANGELIUM.

Mt 25,31-46 (LB: 31-40)

Quamdiu fecistis uni de fratribus meis, mihi fecistis.

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Cum vénerit Fílius hóminis in glória sua, et omnes ángeli cum eo, tunc sedébit super thronum glóriæ suæ: et congregabúntur ante eum omnes gentes, et separábit eos ab ínvicem, sicut pastor ségregat oves ab hædis, et státuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinístris.

Tunc dicet Rex his qui a dextris eius erunt: Veníte, benedícti Patris mei, possidéte parátum vobis Regnum a constitutióne mundi: esurívi enim et dedístis mihi manducáre, sitívi et dedístis mihi bíbere, hospes eram et collegístis me, nudus, et operuístis me, infírmus et visitástis me, in cárcere eram et venístis ad me.

Tunc respondébunt ei iusti dicéntes: Dómine, quando te vídimus esuriéntem et pávimus, aut sitiéntem et dédimus tibi potum? Quando autem te vídimus hóspitem et collégimus, aut nudum et cooperuimus? Quando autem te vídimus infírmum aut in cárcere et vénimus ad te?

Et respondens Rex dicit illis: Amen dico vobis: Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Tunc dicit et his qui a sinistris erunt: Discédite a me, maledícti, in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare, sitiivi et non dedistis mihi potum, hospes eram et non collegistis me, nudus et non operuistis me, infirmus et in carcere et non visitastis me.

Tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem aut sitiientem aut hospitem aut nudum aut infirmum vel in carcere et non ministravimus tibi?

Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis: Quamdiu non fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis.

Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam”.

SUPER OBLATA.

Accépta tibi sit, Domine, nostræ devotiõnis oblatio / et ad expianda peccata nostra, pæniténtiæ salutáris tempus et fructum nobis largíre : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 3,5.7a

Voce mea ad Dóminum clamávi, et exaudivit me de monte sancto suo: non timébo mília pópuli circumdántis me.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sentiámus, Domine, quaesumus, tui perceptiõne sacraménti, subsidiúm mentis et córporis : ut, in utrõque salváti / de cæléstis remédii plenitúdine gloriémur : Per Dóminum.

FERIA TERTIA

INTROITUS.

Ps89,1.2b

Domine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a saéculo et in saéculum tu es. Ps 89,2: Priúsqvam montes fierent, aut formarétur terra et orbis: a saéculo et in saéculum tu es Deus. Glória Patri. Dómine, refúgium factus es.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuā. Leváte.)

Respice, Dómine, famíliam tuam et praesta : ut apud te mens nostra tuo desidério fulgeat / quæ se corporálium moderatione castígat : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 55,6-11

Quaerite Dominum, dum inveniri potest.

Léctio libri Isaiae prophetae.

Quaérite Dóminum, dum inveníri potest; invocáte eum, dum prope est. Derelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas; et revertátur ad Dóminum et miserébitur eius, et ad Deum nostrum,

quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitatiónes meæ cogitatiónes vestræ, neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur cæli a terra, sic exaltátæ sunt viæ meæ a viis vestris et cogitatiónes meæ a cogitatiónebus vestris.

Et quómo modo descéndit imber et nix de cælo
et illuc ultra non revértitur, sed
inébriat terram et infúndit eam
et germináre eam facit
et dat semen serénti et panem comedénti, sic erit
verbum meum quod egrediétur de ore meo:
non revertétur ad me vácuum,
sed fáciat quæcúmque vólui,
et prosperábitur in his ad quæ misi illud.

RESPONSORIUM.

Ps 140,2

R/. Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu
tuo, Dómine.

y. Elevátio mánuum meárum sacrificium vespertínium.

EVANGELIUM.

Mt 21,10-17

Domus mea domus orationis vocabitur.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Cum intrásset Iesus Hierosólymam,
commóta est univérsa cívitas dicens: “Quis est hic? ”
Turbæ autem dicébant: “Hic est Iesus prophéta a
Názareth Galilaeae”.

Et intrávit Iesus in templum et eiciébat omnes
vendétes et emétes in templo, et mensas
nummulariórum evértit et cáthedras vendéntium
colúmbas, et dicit eis: “Scriptum est: Domus mea
domus oratiónis vocábitur, vos autem fáciis eam
spelúncam latrónum”.

Et accessérunt ad eum caeci et claudi in templo, et
sanávit eos.

Vidéntes autem príncipes sacerdotum et scribæ
mirábilia quæ fecit, et púeros clamántes in templo et
dicétes: “Hosánna filio David”, indignáti sunt et
dixerunt ei: “Audis quid isti dicant?”

Iesus autem dicit eis: “Utique; numquam legístis: Ex

ore infántium et lactántium perfecísti laudem? ” Et relíctis illis, ábiit foras extra civitátem in Bethániam ibíque mansit.

SUPER OBLATA.

SUscipe, creátor omnípotens Deus, quæ de tuæ munificéntiæ largitáte deférimus / et temporália nobis colláta præsidia ad vitam convérte propitiatus ætérnam : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 4,2

Cum invocárem te, exaudísti me, Deus iustítiæ meæ: in tribulatióne dilatásti mihi: miserére mihi, Dómine, et exáudi oratióem meam.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

His nobis, Dómine, mystériis concéde : ut qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte confídimus / sub tua semper pietáte gaudeámus : Per Dóminum.

FERIA QUARTA

INTROITUS.

Cf. Ps 24,6.2b.22

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a saéculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israel, ex ómnibus angústiiis nostris.

Ps 24,1-2a: Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam. Glória Patri. Reminíscere miseratiónum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: *Flectámus génuā. Leváte.*)

ADsit nobis, Dómine, quaésumus, virtus Spíritus Sancti : quæ et corda nostra cleménter expurget / et ab ómnibus tueatur advérsis : Per Dóminum.

LECTIO.

I Reg 19,3b-8

Ambulavit in fortitudine cibi usque ad montem Dei.

Léctio libri primi Regum.

IN diébus illis: Venit Elías in Bersabée Iudae et dimísit tibi púerum suum. Et perréxit in desértum via uníus diéi; cumque venísset et sedéret subter unam iuníperum, petívit ánimæ suæ, ut morerétur, et ait: “Súfficit mihi, Dómine! Tolle ánimam meam; neque enim mélior sum quam patres mei”.

Proiecítque se et obdormívit in umbra iuníperi; et ecce ángelus tétigit eum et dixit illi: “Surge, cómede! ”. Respéxit, et ecce ad caput suum subcinerícus panis et vas aquæ; comédit ergo et bibit et rursus obdormívit.

Reversúsque est ángelus Dómini secúndo et tétigit eum dixítque illi: “Surge, cómede! Grandis enim tibi restat via”. Qui, cum surrexísset, comédit et bibit et ambulávit in fortitúde cibi illíus quadragínta diébus et quadragínta nóctibus usque ad montem Dei Horeb.

RESPONSORIUM.

Ps 24,17-18

R/. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ sunt: de necessitatibus meis érué me, Dómine.

y. Vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

TRACTUS.

Ps 24,17-18.1-3

De necessitatibus meis éripe me, Dómine: vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccá-

ta mea.

V/. Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei.

V/. Etenim univérsi qui te expéctant non confundéntur: confundántur omnes faciéntes vana.

EVANGELIUM.

Mt 12,38-45 (LB: 38-42)

Generatio mala et adultera signum requirit.

“I* Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Respondérunt Iesu quidam de scribis et Pharisaeís dicéntes: “Magíster, vólumus a te signum vidére”.

Qui respóndens ait illis: “Generátio mala et adúltera signum requírit, et signum non dábitur ei nisi signum Ionae prophétae. Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diébus et tribus nóctibus, sic erit Fílius hóminis in corde terræ tribus diébus et tribus nóctibus.

Viri Ninivítæ surgent in iudício cum generatióne ista et condemnábunt eam: quia pæniténtiam egérunt in prædicatióne Ionæ, et ecce plus quam Iona hic.

Regína austri surget in iudício cum generatióne ista et condemnábit eam: quia venit a fínibus terræ audíre sapiéntiam Salomónis, et ecce plus quam Sálomon hic.

Cum autem immúndus spíritus exíerit ab hómine, ámbulat per loca árida quærens réquiem, et non invénit. Tunc dicit: Revértar in domum meam unde exívi, et véniens invénit vacántem, scopis mundátam et ornátam. Tunc vadit et assúmit secum septem álios spíritus nequióres se et intrántes hábitant ibi; et fiunt novíssima hóminis illíus peióra prióribus. Sic erit et generatióni huic péssimæ”.

SUPER OBLATA.

Hostias tibi, Dómine, placationis offérimus : ut et delícta nostra miserátus absolvas / et nutántia corda tu dírigas : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps5,2b-4a

Intéllege clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Percipiéntes, Dómine, gloriósa mystéria, grátias tibi reférre satagimus / quod, in terra pósitos, iam cæléstium pr aestas esse partícipes : Per Dóminum.

FERIA QUINTA

INTROITUS.

Ps 95,6

Confessio, et pulchritúdo in conspéctu eius: sánctitas, et magnificéntia in sanctificatióne eius. Ps 95,1: Cantáte Dómino cánticum novum: cantáte Dómino, omnis terra. Glória Patri. Confessio, et pulchritúdo.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

Largíre nobis, Dómine, quaésumus, semper spíritum cogitánda quæ recta sunt, propítiús, et agénda : ut qui sine te esse non possumus / secúndum te vívere valeámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Neh1,5-11b

Oratio pro filiis Israel.

Lectio libri Nehemíæ.

QUæso, Dómine Deus caeli, Deus fortis, magne atque terríbilis, qui custódis pactum et misericórdiam cum his qui te díligunt et custódiunt mandáta tua; fiat auris tua auscúltans et óculi tui apérti, ut áudias oratiónem servi tui, quam ego oro coram te hódie, die et nocte, pro filiis Israel servis tuis, et confíteor pro peccátis filiórum Israel, quibus peccavérunt tibi. Ego quoque et domus patris mei peccávimus, delinquéntes deliquimus contra te et non custodívimus præcépta et mandáta et iudícia, quæ præcipísti Móysi fámulo tuo.

Meménto verbi, quod mandásti Móysi servo tuo dicens: "Cum transgréssi fuéritis, ego dispérgam vos in pópulos; si autem revertámini ad me et custodiátis præcépta mea et faciátis ea, etiámsi abdúcti fuéritis in extrémá caeli, inde congregábo vos et redúcam in locum quem elégi, ut habitáret nomen meum ibi". Ipsi enim sunt servi tui et pópulus tuus, quos redemísti in fortitúdine tua magna et in manu tua válida.

Obsecro, Dómine, sit auris tua atténdens ad oratiónem servi tui et ad oratiónem servórum tuórum, qui volunt timére nomen tuum; et fac eos prosperári hódie et da eis grátiam, Dómine Deus noster.

RESPONSORIUM.

Ps 16,8.2

R/. Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

y. De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátes.

EVANGELIUM.

Mt 15,21-28

O mulier, magna est fides tua.

<fr Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Egréssus Iesus, secéssit in partes Tyri et Sidónis. Et ecce múlter Chananaea a fínibus illis egréssa clamávit dicens: “Miserére mei, Dómine, fili David: filia mea male a dæmónio vexátur”. Qui non respóndit ei verbum.

Et accedéntes discípuli eius rogábant eum dicéntes: “Dimítte eam, quia clamat post nos”.

Ipse autem respóndens ait: “Non sum missus nisi ad oves quæ periérunt domus Israel”.

At illa venit et adorávit eum, dicens: “Dómine, ádiuva me”.

Qui respóndens ait: “Non est bonum súmere panem filiórú et míttere catéllis”.

At illa dixit: “Etiam, Dómine, nam et catélli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominórum suórum”.

Tunc respóndens Iesus, ait illi: “O múlter, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis”.

Et sanáta est fília illíus ex illa hora.

SUPER OBLATA.

Supplicum votis, Dómine, esto propítius : et, pópuli tui oblatiónibus precibúsqúe susceptis / ómnium nostrum ad te corda convérte : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 6,5 lc

Panis quem ego dédero, caro mea est pro saéculi vita.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, qui sperántibus in te miseréri pótius éligís, quam irásci : da nobis digne flere mala, quæ fecimus / ut tuæ consolatiónis grátiam inveníre valeámus :

Per Dóminum.

FERIA SEXTA

INTROITUS.

Ps 24,17b-18

DE necessitatibus meis éripe me, Dómine: vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

Ps 24,1-2a: Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam. Glória Patri. De necessitatibus meis.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

DA, quaésumus, Dómine, fidélibus tuis observatióni pascháli conveniénter aptari / ut suscepta sollémniter castigatio corporális cunctis ad fructum proficiat animárum : Per Dóminum.

LECTIO.

Ez 18,20-28

Cum averterit se impius ab impietate sita, vita vivet.

Léctio libri Ezechiélis prophetae.

HÆc dicit Dóminus: “Anima, quæ peccáverit, ipsa moriétur, filius non portábit iniquitátem patris, et pater non portábit iniquitátem filii: iustítia iusti super eum erit, et impietas ímpii erit super eum.

Si autem ímpius égerit pæniténtiam ab ómnibus peccátis suis, quæ operátus est, et custodierit univérsa præcépta mea et fécerit iudícium et iustítiam, vita vivet, non moriétur. Omnes iniquitátes eius, quas operátus est, non

recordabúntur ei; in iustítia sua, quam operátus est, vivet. Numquid voluntátis meæ est mors ímpii, dicit Dóminus Deus, et non ut convertátur a viis suis et vivat?

Si autem avérterit se iustus a iustítia sua et fécerit iniquitátem secúndum omnes abominatiónes, quas operári solet ímpius, numquid vivet? Omnes iustítiae eius, quas fécerat, non recordabúntur; in prævaricatióne, qua prævaricátus est, et in peccáto suo, quod peccávit, in ipsis moriétur.

Et dixístis: "Non est æqua via Dómini". Audíte ergo, domus Israel. Numquid via mea non est æqua, et non magis viæ vestræ pravæ sunt? Cum enim avérterit se iustus a iustítia sua et fécerit iniquitátem, moriétur: in iniustítia, quam operátus est, moriétur.

Et cum avérterit se ímpius ab impietáte sua, quam operátus est, et fécerit iudícium et iustítiam, ipse ánimam suam vivificábit; consíderans enim et avértens se ab ómnibus iniquitátibus suis, quas operátus est, vita vivet, non moriétur".

RESPONSORIUM.

Ps 85,2b.6a

R/. Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem iri te.

y. Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Domine, non, p. 106, vel sequens:

Ps59,4.6b-7a

Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam.

y. Sana contritiónes eius, quia mota est.

y. Ut fúgiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui.

EVANGELIUM.

Io 5,1-3a.5-16

Statim sanus factus est homo.

& Lécitio sancti Evangelii secúndum Ioannem.

ERat dies festus ludæórum, et ascéndit Iesus Hierosólymam.

Est autem Hierosólymis, super Probática, piscína, quæ cognominátur hebraíce Bethsátha, quinque pórticus habens. In his iacébat multitúdo languentium, cæcórum, claudórum, aridórum.

Erat autem quidam homo ibi, trigínta et octo annos habens in infirmitáte sua. Hunc cum vidísset Iesus iacéntem, et cognovísset quia multum iam tempus habet, dicit ei: “Vis sanus fieri?”

Respóndit ei lánguidus: “Dómine, hóminem non hábeo ut cum turbáta fúerit aqua, mittat me in piscínam; dum autem vénio ego, álius ante me descéndit”.

Dicit ei Iesus: “Surge, tolle grabátum tuum et ámbula”. Et statim sanus factus est homo, et sústulit grabátum suum et ambulábat. Erat autem sábbatum in illo die.

Dicébant ergo Iudaéi illi qui sanátus fúerat: “Sábbatum est, et non licet tibi tóllere grabátum tuum”.

Ille autem respóndit eis: “Qui me fecit sanum, ille mihi dixit: Tolle grabátum tuum et ámbula”.

Interrogavérunt eum: “Quis est ille homo qui dixit tibi: Tolle et ámbula?”

Is autem qui sanus fúerat efféctus, nesciébat quis esset, Iesus enim declinávit a turba constitúta in loco.

Póstea invénit eum Iesus in templo, et dixit illi: “Ecce sanus factus es: iam noli peccáre, ne detérius tibi áliquid contíngat”. Abiit ille homo et nuntiávit Iudaeis quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Et proptérea persequébántur Iudaéi Iesum, quia hæc faciébat in sábbato.

SUPER OBLATA.

Offerimus tibi, Dómine, quæ dicénda tuo nómini tu dedísti: ut, sicut éadem nobis éfficis sacraméntum / ita fieri tríbuas remédium sempitérnnum : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 6,11

Erubéscant et conturbéntur omnes inimíci mei:
avertántur retrórsus et erubéscant valde velóciter.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Tuí nos, Dómine, sacraménti reféctio sancta restáuret / et, a vetustáte purgátos, in mystérii salutáris fáciat transíre consórtium : Per Dóminum.

SABBATUM

INTROITUS.

Ps 87,3

TNtret orátio mea in conspéctu tuo: inclína aurem
A tuam ad precem meam, Dómine.

Ps 87,2: Dómine Deus salutis meæ, in die clamávi et nocte coram te.

Glória Patri.

Intret orátio mea.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

AD te corda nostra, Pater ætérne, convérte : ut nos, unum necessárium semper quæréntes et ópera caritátis exercentes / tuo cúltoi præstes ésse dicátos : Per Dóminum.

LECTIO.

Gen 22,1-19 (LB: 1-2.9-19)

Sacrificium Abrahae.

Léctio libri Génesis.

IN diébus illis: Tentávit Deus Abraham et dixit ad eum: “Abraham”. Ille respóndit: “Adsum”. Ait: “Tolle filium tuum unigénitum, quem díligis, Isaac et vade in terram Mória; atque offer eum ibi in holocáustum super unum móntium, quem monstrávero tibi”.

Igitur Abraham de nocte consúrgens stravit ásinum suum ducens secum duos iúvenes suos et Isaac filium suum. Cumque concidísset ligna in holocáustum, surréxit et ábiit ad locum, quem præcéperat ei Deus. Die autem tértio, elevátis óculis, vidit locum procul dixítque ad púeros suos: “Exspectáte hic cum ásino. Ego et puer illuc usque properántes, postquam adoravérimus, revertémur ad vos”.

Tulit quoque ligna holocáusti et impósuit super Isaac filium suum; ipse vero portábat in mánibus ignem et cultrum. Cumque duo pérgerent simul, dixit Isaac Abrahæ patri suo: “Pater mi”. Ille respóndit: “Quid vis, fili? ”. “Ecce, inquit, ignis et ligna; ubi est víctima holocáusti? ”. Dixit Abraham: “Deus providébit sibi víctimam holocáusti, fili mi”. Pergébant ambo páriter.

Et venérunt ad locum, quem osténderat ei Deus, in quo ædificávit Abraham altáre et désuper ligna compósuit. Cumque colligásset Isaac filium suum, pósuit eum in altári super struem lignórum extendítque Abraham manum et arrípuit cultrum, ut immoláret filium suum.

Et ecce ángelus Dómini de cælo clamávit: “Abraham, Abraham”. Qui respóndit: “Adsum”. Dixítque: “Non exténdas manum tuam super púerum, neque fácias illi quidquam. Nunc cognóvi quod times Deum, et non pepercísti filio tuo unigénito propter me”. Levábit Abra-

ham óculos suos vidítque aríetem unum inter vepres hærentem cónibus; quem assúmens óbtulit holocáustum pro filio. Appellavítque nomen loci illíus: “Dóminus videt”. Unde usque hódie dícitur: “In monte Dóminus vidétur”.

Vocávit autem ángelus Dómini Abraham secúndo de cælo et dixit: “Per memetípsum iurávi —verbum Dómini—, quia fecísti hanc rem et non pepercísti filio tuo unigénito, benedícam tibi et multiplicábo semen tuum sicut stellas cæli et velut arénam, quæ est in lítore maris. Possidébit semen tuum portas inimicórum suórum, et benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ, quia oboedisti voci meæ”.

Revérsus est Abraham ad púeros suos, et surrexérunt abierúntque Bersabée simul, et habitávit Abraham in Bersabée.

RESPONSORIUM.

Ps 89,13.1

R/. Convértere, Dómine, aliquántulum: et deprecáre super servos tuos.

T. Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

EVANGELIUM.

Mt 16,21-28

Oportebat Iesum multa pati et occidi et tertia die resurgere.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Coepit Iesus osténdere discípulis suis quia oportéret eum ire Hierosólymam et multa pati a senióribus et princípibus sacerdotum et scribis et occídi et tertia die resúrgere.

Et assúmens eum Petrus coepit increpáre illum dicens: “Absit a te, Dómine, non erit tibi hoc”.

Qui convérsus dixit Petro: “Vade post me, Sátana! Scándalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt sed

ea quæ hóminum”.

Tunc Iesus dixit discipulis suis: “Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum et tollat crucem suam et sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam; qui autem perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam. Quid enim prodest hómini si mundum univérsum lucrétur, ánimæ vero suæ detriméntum patiátur? Aut quam dabit homo commutatióem pro ánima sua?

Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum ángelis suis, et tunc reddet unicuíque secúndum opus eius. Amen dico vobis: Sunt quidam de hic stántibus qui non gustábunt mortem, donec vídeant Fílium hóminis veniéntem in Regno suo”.

SUPER OBLATA.

PRæsénti sacrificio, quaésumus, Dómine, observántiam nostram sanctífica / ut, quod quadragesimális exercitátio profitétur extérius, intérius operétur efféctu : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 7,2

Dómine Deus meus, in te sperávi: líbera me ab ómnibus persecuéntibus me, et éripe me.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui in Abrahæ fámuli tui ópere humáno géneri obcædiéntiæ exéempla præbuísti / concéde nobis per huius sacrificii participatióem, tuam voluntátem in ómnibus adimplére : Per Dóminum.

DOMINICA SECUNDA QUADRAGESIMAE

INTROITUS.

Cf Ps 24,6.2b.22

Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a saéculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: libera nos, Deus Israel, ex ómnibus angústiiis nostris.

Ps 24,1-2a: Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam. Glória Patri. Reminiscere miseratiónum.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui nobis diléctum Fílium tuum audíre præcepísti, verbo tuo intérius nos páscere dignéris : ut spiritáli purificáto intuitu / glóriæ tuæ lætémur aspéctu : Per Dóminum.

LECTIO.

Ex 24,12-18

Moyses ascendit in montem et fuit ibi.

Léctio libri Exodi.

IN diébus illis: Dixit Dóminus ad Móyses: “Ascénde ad me in montem et esto ibi; dabóque tibi tábulas lapídeas et legem ac mandáta, quæ scripsi, ut dóceas eos”. Surrexérunt Móyses et Iosue míníster eius; ascendénsque Móyses in montem Dei senióribus ait: “Exspectáte hic, donec revertámur ad vos. Habétis Aaron et Hur vobíscum; si quid natum fúerit quæstiónis, referétis ad eos”.

Cumque ascendísset Móyses in montem, opéruit nubes montem; et habitávit glória Dómini super Sínai te-

gens illum nube sex diébus; séptimo autem die vocávit eum de médio calígini. Erat autem spécies glóriæ Dómini quasi ignis ardens super vérticem montis in conspéctu filiórum Israel. Ingressúsque Móyses médium nébulæ ascéndit in montem; et fuit ibi quadragínta diébus et quadragínta nóctibus.

RESPONSORIUM.

Ps 24,17-18

R/. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ sunt: de necessitatibus meis érue me, Dómine.

y. Vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

TRACTUS.

Ps 24,17-18.1-3

De necessitatibus meis éripe me, Dómine: vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

y. Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei.

V/. Etenim univérsi qui te expéctant non confundéntur: confundántur omnes faciéntes vana.

EVANGELIUM.

Mt 17,1-9

Iesus transfiguratus est ante eos.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Assúmit Iesus Petrum et Iacobum et Ioannem fratrem eius, et ducit illos in montem excélsum seórsum. Et transfigurátus est ante eos, et resplénduit fácies eius sicut sol, vestiménta autem eius facta sunt alba sicut lux.

Et ecce appáruit illis Móyses et Elías cum eo loquéntes.

Respóndens autem Petrus dixit ad Iesum: “Dómine,

bonum est nos hic esse: si vis, fáciam hic tria tabernácula, tibi unum et Móysi unum et Eliae unum”.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lúcida obumbrávit eos, et ecce vox de nube dicens: “Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácu: ipsum audíte”.

Et audiéntes discípli cecidérunt in fáciem suam et timuérunt valde.

Et accéssit Iesus et tétigit eos dixítque eis: “Súrgite et nolíte timére”. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt nisi solum Iesum.

Et descendéntibus illis de monte, præcépit eis Iesus dicens: “Némini dixéritis visiónem, donec Filius hóminis a mórtuis resúrgat”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

HÆc hóstia, Dómine, quaésumus, emúndet nostra delicta / et ad celebránda festa paschália fidélium tuórum córpora mentesque sanctíficet : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 5,2b-4a

Intéllege clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui nos gloriósis remédiis in terris adhuc pósitos iam cæléstium rerum facis ésse consórtes : tu, quaésumus, in ista qua vívimus nos vita governa / ut ad illam, in qua ipse es, lucem perdúcas : Per Dóminum.

FERIA SECUNDA

INTROITUS.

Ps25,11b-12

Redime me, Dómine, et miserere mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclésiis benedícam Dóminum.

Ps 25,1: Iúdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingrédus sum: et in Dómino sperans non infirmábor. Glória Patri. Rédime me, Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

Deus, qui ob animárum medélam castigáre córpora præcepísti : concéde, ut ab ómnibus possímus abstinére peccatis / et corda nostra pietátis tuæ váleant exercere mandáta : Per Dóminum.

LECTIO.

Dan 9,15-19

Oratio Danielis.

Léctio libri Daniélis prophetae.

IN diébus illis: Orávit Dániel dicens: “Dómine Deus noster, qui eduxísti pópulum tuum de terra Ægýpti in manu forti et fecísti tibi nomen secúndum diem hanc, peccávimus, iniquitátem fécimus, Dómine, in omnem iustítiam tuam; avertátur óbsecro ira tua et furor tuus a civitáte tua Ierusalem et monte sancto tuo: propter peccáta enim nostra et iniquitátes patrum nostrórum Ierusalem et pópulus tuus in oppróbrium sunt ómnibus per circúitum nostrum.

Nunc ergo exáudi, Deus noster, oratióem servi tui et preces eius et osténde fáciem tuam super sanctuárium tuum, quod desértum est, propter temetípsum. Inclína, Deus meus, aurem tuam et audi; áperi óculos tuos et vide desolatióem nostram et civitátem, super quam invocátum est nomen tuum; neque enim in iustificatióibus nostris prostérnimus preces ante fáciem tuam, sed in miseratióibus tuis multis. Exáudi, Dómine; placáre, Dómine, atténde et fac: ne moréris propter temetípsum, Deus meus, quia nomen tuum invocátum est super civitátem et super pópulum tuum”.

RESPONSORIUM.

Ps 69,6b.3a

R/. Adiútor meus, et liberátor meus esto: Dómine, ne tardáveris.

V/. Confundántur et revereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.

TRACTUS.

Ps 102,10; 78,8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V/. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

V/. Aduva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

EVANGELIUM.

Io 8,21-30

Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus Pharisaeis: “Ego vado et quærétis me, et in peccáto vestro moriémini: quo ego vado vos non potestis veníre”.

Dicébant ergo Iudaí: “Numquid interfíciat semetípsum, quia dicit: Quo ego vado vos non potéstis veníre?”

Et dicébat eis: “Vos de deórsum estis, ego de supérnis sum; vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriémini in peccátis vestris; si enim non credidérítis quia ego sum, moriémini in peccátis vestris”.

Dicébant ergo ei: “Tu quis es?”

Dixit eis Iesus: “Omníno quod et loquor vobis! Multa hábeo de vobis loqui et iudicáre; sed qui misit me verax est, et ego quæ audívi ab eo hæc loquor in mundo”. Non cognovérunt quia Patrem eis dicébat.

Dixit ergo eis Iesus: “Cum exaltavérítis Fílium hóminis, tunc cognoscétis quia ego sum, et a me ipso fácio nihil, sed sicut dócuit me Pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est; non relíquit me solum, quia ego quæ plácita sunt ei fácio semper”.

Hæc illo loquente, multi credidérunt in eum.

SUPER OBLATA.

PRæsénti sacrificio, da nobis, Dómine, quod profitémur agnoscere / et ágnitum dignis pæniténtiæ frúctibus adipísci : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 8,2a

Dómine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

^A ^I^H Ua nos, quaésumus, Dómine, sancta puríficent : et -l quibus fidúciám sperándæ pietátis indíilges / consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum : Per Dóminum.

FERIA TERTIA

INTROITUS.

Ps 26,8-9a

' 1 * Ibi dixit cor meum, Quæsiui vultum tuum: vultum JL tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me.

Ps 26, 1 a: Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo? Glória Patri. Tibi dixit cor meum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

PErface, quaésumus, Dómine, benígnus in nobis observántiæ sanctæ subsídium : ut quæ, te auctóre, faciéndá cognovimus / te operánte, impleámus : Per Dóminum.

LECTIO.

I Reg 17,7-16

Hydria farinae non deficit, et lecythus olei non est imminutus.

Léctio libri primi Regum.

IN diébus illis: Siccátus est torrens ubi abscónditus erat Etías; non enim plúerat super terram. Factus est ígitur sermo Dómini ad eum dicens: “Surge et vade in Sa-réphta Sidoniórum et manébis ibi; præcépi enim ibi mulíeri víduæ, ut pascat te”. Surréxit et ábiit Saréphtam.

Cumque venísset ad portam civitátis, apparuit ei múlier vídua cólligens ligna; et vocávit eam dixítque: “Da mihi páululum aquæ in vase, ut bibam”. Cumque illa pérgeret, ut afférret, clamávit post tergum eius dicens: “Affer mihi, óbsecro, et buccéllam panis in manu tua”.

Quæ respóndit: “Vivit Dóminus Deus tuus, non hábeo panem, nisi quantum pugíllus cápere potest farínæ in hydria et páululum ólei in lécytho. En cólligo duo ligna, ut ingrédíar et fáciam illud mihi et filio meo, ut comedámus et moriámur”.

Ad quam Elías ait: “Noli timére, sed vade et fac sicut dixísti; verúmtamen mihi primum fac de ipsa farínula subcinerícium panem párvulum et af f er ad me: tibi autem et filio tuo fácies póstea. Hæc autem dicit Dóminus Deus Israel: "Hydria farínæ non defíciet, nec lécythus ólei minuétur, usque ad diem in qua datúrus est Dóminus plúviam super fáciem terræ””.

Quæ ábiit et fecit iuxta verbum Elíæ et comédit illa et ipse et domus eius per dies. Hydria farínæ non defécit, et lécythus ólei non est imminútus iuxta verbum Dómini, quod locútus fúerat in manu Elíæ.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 54,23ab.17a.18b.19b

IV. Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

y. Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

EVANGELIUM.

Mt 23,1-12

Magister vester unus est, Christus.

3* Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Locútus est Iesus ad turbas et ad discípulos suos dicens:

“Super cáthedram Móysis sedérunt scribæ et Pharisaeí. Omnia ergo quæcúmque díxerint vobis, fácite et serváte, secúndum ópera vero eórum nolíte fácere: dicunt enim et non faciunt. Alligant autem ónera grávia et importabília et impónunt in úmeros hóminum, ipsi autem dígito suo nolunt ea movére. Omnia vero ópera sua faciunt ut

videántur ab homínibus: dilátant enim phylactéria sua et magníficant fimbrias, amant autem primum recúbitum in cenis et primas cáthedras in synagógis et salutatiónes in foro et vocári ab homínibus Rabbi.

Vos autem nolíte vocári Rabbi; unus enim est Magíster vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolíte vocáre vobis super terram, unus enim est Pater vester, cæléstis. Nec vocémini magístri, quia Magíster vester unus est, Christus.

Qui maior est vestrum, erit mínister vester. Qui autem se exaltáverit humiliábitur, et qui se humiliáverit exaltábitur”.

SUPER OBLATA.

Sanctificatióem tuam nobis, Dómine, his mystériis
Operare placátus : quæ nos, et a culpis nostris líberet
/ et ad mystica dona corda nostra intime praeparet : Per
Christum.

COMMUNIO.

Ps 9,2b-3

Narrábo ómnia mirabília tua: lætábor et exsultábo in
te: psallam nómini tuo, Altíssime.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sacræ nobis, quaésumus, Dómine, mensæ reféctio, et
spiae conversatiónis augmentum / et tuæ propitiatiónis
contínuum praestet auxílium : Per Dóminum.

FERIA QUARTA

INTROITUS.

Ps 37,22-23

NE derelínquas me, Dómine Deus meus: ne discédas a
me: inténde in adiutórium meum, Dómine virtus
salútis meæ.

Ps 37,2: Dómine, ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me. Glória Patri. Ne derelínquas me, Dómine.

Kýrie,eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

Consérva, Dómine, famíliam tuam bonis semper opéribus eruditam : et sic præsentibus consoláre præsídiis / ut propítius ad supérna dona perdúcas : Per Dóminum.

LECTIO.

Est4,17c-17e.17i-17l

Parce populo tuo, quia volunt delere hereditatem tuam.

Léctio libri Esther.

IN diébus illis: Mardochæus deprecátus est Dóminum, memor ómnium óperum eius, et dixit: “Dómine, Dómine rex omnípotens, in dicióne enim tua cuncta sunt pósita, et non est qui possit tuæ resístere voluntáti, si decreveris salváre Israel. Tu enim fecísti cælum et terram et quidquid mirábile cæli ámbitu continétur; Dóminus ómnium es, nec est qui resístat maiestáti tuæ.

Et nunc, Dómine rex, Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob, parce pópulo tuo, quia volunt nos inimíci nostri pérdere et delére hereditátem tuam. Ne despicias partem tuam, quam redemísti tibi de terra Ægýpti. Exáudi deprecationem meam et propítius esto sorti tuæ; et convérte luctum nostrum in gáudium, ut vivéntes laudémus nomen tuum, Dómine, et ne claudas ora te canéntium”.

RESPONSORIUM.

Ps 27,9a. 1

R/. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ.

y. Ad te, Dómine, clamávi, Deus meus, ne síleas a me: et ero símilis descendéntibus in lacum.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Domine, non, p. 127, vel sequens:

Ps 125,5-6

Qui sémant in lácrimis, in gáudio metent. y. Eúntes ibant et flebant, mitténtes sémina sua. V/. Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, portántes manípulos suos.

EVANGELIUM.

Mt 20,17-28

Condemnabunt eum morte.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Ascéndens Iesus Hierosólymam assúmpsit Duódecim discipulos secréto et ait illis in via: “Ecce ascéndimus Hierosólymam, et Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdotum et scribis, et condemnábunt eum morte, et tradent eum géntibus ad illudéndum et flagellándum et crucifigéndum, et tértia die resúrget”.

Tunc accéssit ad eum mater filiórum Zebedaei cum filiis suis adórans et petens áliquid ab eo.

Qui dixit ei: “Quid vis? ”

Ait illi: “Dic ut sédeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinístram in Regno tuo”.

Respóndens autem Iesus dixit: “Nescítis quid petátis; potéstis bíbere cálicem quem ego bibitúrus sum? ”.

Dicunt ei: “Póssumus”.

Ait illis: “Cálicem quidem meum bibétis, sedére autem ad dexteram meam et sinístram non est meum dare illud, sed quibus parátum est a Patre meo”.

Et audiéntes decem indignáti sunt de duóbus frátribus. Iesus autem vocávit eos ad se et ait: “Scitis quia príncipes géntium dominántur eórum et qui magni sunt potestátem exércent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicúmque volúerit inter vos magnus fieri erit vester mínister, et quicúmque volúerit inter vos primus esse erit vester servus; sicut Fílius hóminis non venit ministrári sed ministráre et dare ánimam suam redemptiónem pro multis”.

SUPER OBLATA.

' 1 * Ibi, Dómine, sacrificia dicáta reddántur : quæ sic
 JL ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti / ut
 éadem remédia fieri nostra præstáres : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 10,7

Iustus Dóminus, et iustítias diléxit: æquitátem vidit
 vultus eius.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

QUæsumus, Dómine Deus noster, ut, quod nobis ad
 immortalitátis pignus esse voluísti / ad salútis
 æternæ tríbuas proveníre suffrágium : Per Dóminum.

FERIA QUINTA**INTROITUS.**

Ps 69,2-3a

DEus, in adiutórium meum inténde: Dómine, ad
 adiuvándum me festína: confundántur et
 revearéantur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.
 Ps 69,3b: Avertántur retrórsum, et erubéscant, qui
 volunt mihi mala. Glória Patri. Deus, in adiutórium.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuā. Leváte.)

PRæsta nobis, Dómine, quaésumus, auxiliū grátia
tuæ : ut ieiúniis et oratióibus conveniénter inténti /
liberémur ab hóstibus mentis et córporis : Per Dóminum.

LECTIO.

Ier 17,5-10

Benedictus, qui confidit in Domino.

Léctio libri Ieremiae prophetae.

HÆc dicit Dóminus: “Maledíctus homo, qui
confídit in hómine
et ponit carnem brácchium suum,
et a Dómino recédit cor eius;
erit enim quasi myrícæ in desérto,
et non vidébit, cum vénerit bonum, sed
habitábit in siccitáte in desérto,
in terra salsúginis et inhabitábili.
Benedíctus vir, qui confídit in Dómino,
et erit Dóminus fidúcia eius; et erit quasi lignum,
quod transplantátur super aquas,
quod ad humórem mittit radíces suas
et non timébit cum vénerit æstus:
et erit fólium eius vírde
et in anno siccitátis non erit sollícitum,
nec aliquándo désinet fácere fructum.
Dolósum est cor super ómnia et insanábile;
quis cognóscet illud? Ego Dóminus
scrutans cor et probans renes,
qui do unicuíque iuxta viam suam,
et iuxta fructum óperum suórum.

RESPONSORIUM.

Ps 78,9c-10a.9ab

R/. Propítius esto, Dómine, peccátiis nostris: nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum?

V/. Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

EVANGELIUM.

Lc 16,19-31

Dives qui epulabatur cotidie splendide, et pauper Lazarus.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus Pharisaeís: “Homo quidam erat dives, et induebátur púrpura et bysso et epulabátur cotídie spléndide. Quidam autem pauper nómine Lázarus iacébat ad iánuam eius ulcéribus plenus et cúpiens saturári de his quæ cadébant de mensa dívitis; sed et canes veniébant et lingébant úlcerá eius.

Factum est autem ut morerétur pauper et portarétur ab ángelis in sinum Abrahæ; mórtuus est autem et dives et sepúltus est.

Et in inférno élevans óculos suos cum esset in torméntis, vidébat Abraham a longe et Lázarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserére mei et mitte Lázarum ut intíngat extrémum dígiti sui in aquam ut refrígeret linguam meam, quia crúciór in hac flamma.

At dixit Abraham: Fili, recordáre quia recipísti bona tua in vita tua, et Lázarus simíliter mala; nunc autem hic consolátur, tu vero cruciáris. Et in his ómnibus inter nos et vos chaos magnum firmátum est, ut hi qui volunt hinc transíre ad vos non possint, neque inde ad nos transmeáre.

Et ait: Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei, —hábeo enim quinque fratres— ut testétur illis, ne et ipsi véniant in locum hunc tormentórum. Ait autem Abraham: Habent Móysen et Prophétas: áudiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham, sed si quis ex

Feria V hebdomadae secundae

mórtuis íerit ad eos, pæniténtiam agent. Ait autem illi:
Si Móysem et Prophétas non áudiunt, neque si quis ex
mórtuis resurréxerit, credent”.

SUPER OBLATA.

UT accépta tibi sint, Dómine, nostra ieiunia / præsta
nobis, quaésumus, huius múnere sacraménti
purificátum tibi pectus offérre : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 6,56

Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum
sánguinem, in me manet, et ego in eo, dicit Dóminus.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

HÆc sacrificia, Deus, et sacrae nos déditos fáciant
servituti / et tuam nobis opem semper acquirant :
Per Dóminum.

FERIA SEXTA

INTROITUS.

Ps 16,15

EGo autem cum iustítia apparébo in conspéctu tuo:
satiábor dum manifestábitur glória tua. Ps 16,1a:
Exáudi, Dómine, iustítiam meam: inténde
deprecatióem meam. Glória Patri. Ego autem cum
iustítia.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

DA, quaésumus, omnipotens Deus, ut, sacro nos puri-
ficánte pæniténtiæ studio / sincéris méntibus ad

sancta ventúra faciás pervenire : Per Dóminum.

LECTIO.

Gen 37,3-8.12-13b.17c-24

Ecce somniator venit; occidamus eum.

Léctio libri Génesis.

Israel diligébat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectúte genuisset eum; fecítque ei túnica[m] talárem. Vidéntes autem fratres eius quod a patre plus cunctis filiis amarétur, óderant eum, nec póterant ei quidquam pacífice loqui.

Accidit quoque ut visum sómnum reférret frátribus suis; quæ causa maióris ódii seminárium fuit. Dixítque ad eos: “Audíte sómnum meum, quod vidi. Putábam ligáre nos manípulos in agro, et quasi consúrgere manípulum meum et stare, vestrósque manípulos circumstántes adoráre manípulum meum”. Respondérunt fratres eius: “Numquid rex noster eris? Aut subiciémur dicióni tuæ? ”. Hæc ergo causa somniórum atque sermónum, invídiæ et ódii fómitem ministrávit.

Cumque fratres illius in pascéndis grégibus patris moraréntur in Sichem, dixit Israel ad Ioseph: “Fratres tui pascunt oves in Síchimis; veni, mittam te ad eos”. Perréxit ergo Ioseph post fratres suos et invénit eos in Dóthain.

Qui cum vidíssent eum procul, ántequam accéderet ad eos, cogitavérunt illum occídere. Et mútuo loquebántur: “Ecce somniátor venit; veníte, occidámus eum et mittámus in unam cisternárum dicemúsque: Fera péssima devorávit eum. Et tunc apparébit quid illi prosint sómnia sua”.

Audiens autem hoc Ruben nitebátur liberáre eum de mánibus eórum et dixit: “Non interficiámus ánimam eius”. Et dixit ad eos: “Non effundátis sánguinem; sed proícite eum in cistérnam hanc, quæ est in solitúdine,

Ferio. VI hebdomadae secundae

manúsque vestras serváte innóxias”. Hoc autem dicébat volens erípere eum de mánibus eórum et réddere patri suo.

Conféstim ígitur, ut pervénit ad fratres suos, nudavérunt eum túnica talári miserúntque eum in cistérnam, quæ non habébat aquam.

RESPONSORIUM.

Ps 119,1-2

3/. Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi: et exaudívit me.

y. Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, et a lingua dolósa.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Dómine, non, p. 127, vel sequens:

Ps 59,4.6b-7a

Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam.

y. Sana contritiónes eius, quia mota est.

y. Ut fúgiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui.

EVANGELIUM.

Mt 21,33-46

Hic est heres: occidamus eum.

+f* Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus princípibus sacerdotum et senióribus pópuli:

“Aliam parábolam audíte. Homo erat pater famílias, qui plantávit víneam et sæpem circúmdedit ei et fodit in ea tórcular et ædificávit turrim, et locávit eam agricolis, et péregre proféctus est.

Cum autem tempus frúctuum appropinquásset, misit servos suos ad agricolas ut accíperent fructus eius. Et agricolæ apprehénsis servis eius álium cecidérunt, álium occidérunt, álium vero lapidavérunt. Iterum misit álios servos plures prióribus, et fecérunt illis simíliter. Novís-

sime autem misit ad eos filium suum, dicens:
Verebúntur filium meum.

Agrícolæ autem, vidéntes filium dixerunt intra se: Hic est heres: veníte, occidámus eum et habébitus hereditátem eius. Et apprehénsus eum eiecérunt extra víneam et occidérunt. Cum ergo vénerit dóminus víneæ, quid fáciat agrícolis illis? ”.

Aiunt illi: “Malos male perdet, et víneam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructum temporibus suis”.

Dicit illis Iesus: “Numquam legístis in Scriptúris:
Lápidem quem reprobavérunt ædificántes
hic factus est in caput ánguli; a
Dómino factum est istud,
et est mirábile in óculis nostris?”

Ideo dico vobis, quia auferétur a vobis Regnum Dei, et dábitur genti faciénti fructus eius. Et qui ceciderit super lápidem istum confringétur; super quem vero ceciderit, cónteret eum”.

Et cum audíssent príncipes sacerdotum et Pharisæi parábolas eius, cognovérunt quod de ipsis díceret; et quæréntes eum tenére, timuérunt turbas, quóniam sicut prophétam eum habébant.

SUPER OBLATA.

Miseratio tua, Deus, ad hæc peragénda mystéria,
fámulos tuos, quaésumus, et præveniát
competenter / et devóta conversatione perdúcat: Per
Christum.

COMMUNIO.

Ps 11,8a

Tu, Dómine, servábis nos: et custódies nos a
generatióne hac in ætérnum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Accépto, Dómine, pignore salútis ætérnæ, fac nos,
quaésumus, sic téndere congruenter / ut ad eam per-

Feria VI hebdomadae secundae venire

possimus : Per Dóminum.

SABBATUM

INTROITUS.

Ps 18,8

L Ex Dómini irreprehensibilis, convértens ánimas:
testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans
párvulis.

Ps 18,2: Caeli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum
eius annúntiat firmaméntum. Glória Patri. Lex Dómini
irreprehensibilis.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

Populum tuum, quaesumus, misericors Deus, ad te
confugiéntem patérna récipé pietáte : ut qui tuam
iustítiam mérito formídant / de tua possint véniá gratu-
lári : Per Dóminum.

LECTIO.

Gen 27,6-39 (LB: 15-29)

Supplantavit Iacob fratrem et surripuit benedictionem eius.

Léctio libri Génesis.

IN diébus illis: Dixit Rebécca filio suo Iacob: "Ecce,
audívi patrem tuum loquéntem cum Esau fratre tuo
et dicéntem ei: " Aff er mihi venatiónem tuam et fac
cibos, ut cómedam et benedícam tibi coram Dómino,
ántequam móriar". Nunc ergo, fili mi, audi vocem
meam in eo quod præcípio tibi. Pergens ad gregem af f er
mihi duos hædos óptimos, ut fáciam ex eis escas patri
tuo, quibus libénter véscitur. Quas cum intúleris patri
tuo, et

coméderit, benedícat tibi, priúsqvam moriátur”. Cui ille respóndit: “Nosti quod Esau frater meus homo pilósus sit, et ego lenis. Si attrectáverit me pater meus et sénsarit, tímeo, ne putet me sibi volúisse illúdere; et indúcam super me maledictiónem pro benedictiónem”. Ad quem mater: “In me sit, ait, ista maledictio, fili mi; tantum audi vocem meam et perge afférque, quæ dixi”.

Abiit et áttulit dedítque matri. Parávit illa cibos, sicut (l) nóverat velle patrem illíus. Et véstibus Esau valde bonis, quas apud se habébat domi, índuit eum pelliculásque hædórum circúmdedit máribus et colli nuda protéxit; dedit pulméntum óptimum et panes, quos cóxerat, in manus filii sui Iacob.

Qui ingræssus ad patrem suum dixit: “Pater mi”. At ille respóndit: “Audio. Quis es tu, fili mi? ”. Dixítque Iacob ad patrem suum: “Ego sum Esau primogénitus tuus. Feci sicut præcepísti mihi; surge, sede et cómede de venatióne mea, ut benedícat mihi ánima tua”. Rursum Isaac ad filium suum: “Quómodo, inquit, tam cito inveníre potuísti, fili mi? ”. Qui respóndit: “Volúntas Dómini Dei tui fuit, ut occurreret mihi”.

Dixítque Isaac ad Iacob: “Accéde huc, ut tangam te, fili mi; et probem, utrum tu sis filius meus Esau an non”. Accessit ille ad patrem et, palpáto eo, dixit Isaac: “Vox quidem, vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau”. Et non cognóvit eum, quia pilósæ manus similitúdinem maióris exprésserant. Benedíxit ergo illi. Ait: “Tu es filius meus Esau? ”. Respóndit: “Ego sum”.

At ille: “Affer, inquit, mihi, et cómedam de venatióne tua, fili mi, ut benedícat tibi ánima mea”. Quos cum oblátos comedísset, óbtulit ei étiam vinum. Quo hausto,

(l)Lectio brevis sic incipi potest:

In diébus illis: Rebécca véstibus Esau valde bonis, quas apud se habébat domi, índuit Iacob pelliculásque...

Sabbatum hebdomadae secundae

dixit ad eum Isaac pater eius: “Accéde ad me et da mihi ósculum, fili mi”. Accéssit et osculátus est eum.

Statímque, ut sensit vestimentórum illíus fragrántiam, benedícens illi ait: “Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni,

cui benedíxit Dóminus. Det tibi Deus de rore cæli et de pinguédine terræ

et abundántiam fruménti et vini. Et sérviant tibi pópuli,

et adórent te natiónes; esto dóminus fratrum tuórum,

et incurvéntur ante te filii matris tuæ.

Qui maledíxerit tibi sit maledíctus;

et qui benedíxerit tibi sit benedíctus! ”.

Vix Isaac benedictiónem Iacob finierat, et Iacob egressus erat a patre suo Isaac, venit Esau frater eius; coctósque de venatióne cibos íntulit patri dicens: “Surge, pater mi, et cómede de venatióne filii tui, ut benedícat mihi ánima tua”. Dixítque illi Isaac pater eius: “Quis enim es tu? ” Qui respóndit: “Ego sum filius tuus primogénitus Esau”. Expávit Isaac stupóre veheménti ultra modum et ait: “Quis ígitur ille est, qui dudum captam venatiónem áttulit mihi, et comédi ex ómnibus, priúsqvam tu venires? Benedixítque ei, et erit benedíctus! ”.

Audítis Esau sermónibus patris, inrugiit clamóre magno et amáro ultra modum et ait patri suo: “Bénedic étiam mihi, pater mi! ”. Qui ait: “Venit germánus tuus fraudulénter et accépit benedictiónem tuam”. At ille subiúnxit: “Iuste vocátum est nomen eius Iacob; supplantávit enim me en áltera vice: primogénita mea ante tulit et nunc secúndo surrípuit benedictiónem meam”.

Rursúmque ait: “Numquid non reservásti mihi benedictiónem? ” Respóndit Isaac: “Ecce, dóminum tuum illum constítui et omnes fratres eius servitúti illíus subiugávi; fruménto et vino stabilívi eum. Et tibi post hæc, fili

mi, ultra quid fáciam? ” Dixítque Esau ad patrem suum: “Num unam tantum benedictiónem habes, pater mi? Mihi quoque óbsecro, ut benedícas! ”. Cumque eiulátu magno fieret, motus Isaac dixit ad eum: “Ecce, procul a pinguédine terræ erit habitátio tua, et procul a rore cæli désuper”.

RESPONSORIUM.

Ps 91,2-3

R/. Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

V/. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

EVANGELIUM.

Lc 15,1-3.11-32 (LE: 17-24a)

Frater tuus mortuus erat et revixit.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Erant appropínquant es Iesu omnes publicáni et peccatóres ut audírent illum. Et murmurábant Pharisæi et scribæ dicétes: “Hic peccatóres récipit et mandúcat cum illis”. Et ait ad illos parábolam istam dicens:

“Homo quidam habébat duos filios. Et dixit adulescéntior ex illis patri: Pater, da mihi portióne[m] substántiæ quæ me contingit. Et divísit illis substántiam. Et non post multos dies, congregátis ómnibus, adulescéntior filius péregre proféctus est in regióne[m] longínquam, et ibi dissipávit substántiam suam vivéndo luxurióse.

Et postquam ómnia consummáset, facta est fames válida in regióne illa, et ipse coepit egére. Et ábiit et adhæsit uni cívium regiónis illíus, et misit illum in villam suam ut pásceret porcos, et cupiébat saturári de síliquis quas porci manducábant, et nemo illi dabat.

(1) In se autem revérsus dixit: Quanti mercennárii patris mei abúndant pánibus, ego autem hic fame péreo. Surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi: Pater, peccávi in cælum et coram te, et iam non sum dignus vocári filius tuus: fac me sicut unum de mercennáriis tuis. Et surgens venit ad patrem suum.

Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsíus et misericórdia motus est et accúrrens cécidit supra collum eius et osculátus est illum. Dixítque ei filius: Pater, peccávi in cælum et coram te, iam non sum dignus vocári filius tuus.

Dixit autem pater ad servos suos: Cito proférte stolam primam et indúite illum, et date ánulum in manum eius et calceaménta in pedes, et addúcite vítulum saginátum, occídite et manducémus et epulémur, quia hic filius meus mórtuus erat et revíxit, períerat et invéntus est.

Et cœpérunt epulári.

Erat autem filius eius sénior in agro, et cum veníret et appropinquáret dómui, audívit symphóniam et choros, et vocávit unum de servis et interrogávit quæ hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, et occídit pater tuus vítulum saginátum, quia salvum illum recépit. Indignátus est autem et nolébat introíre, Pater ergo illíus egréssus coepit rogáre illum. At ille respóndens dixit patri suo: Ecce tot annis sérvio tibi et numquam mandátum tuum prætérii, et numquam dedísti mihi hædum ut cum amícis meis epulárer: sed postquam filius tuus hic qui devorávit substántiam tuam cum meretrícibus venit, occidísti illi vítulum saginátum.

At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, et ómnia mea tua sunt; epulári autem et gaudére oportébat, quia

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Fílius pródigus in se revérsus dixit: Quanti mercennárii...

frater tuus hic mórtuus erat et revíxit; períerat et inventus est”.

SUPER OBLATA.

PEr hæc véniat, quaésumus, Dómine, sacraménta nostræ redemptionis efféctus : qui nos et ab humánis rétrahat semper excessibus / et ad salutária dona perdúcat : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Lc 15,32

Opórtet te, fili, gaudére: quia frater tuus mórtuus fúerat et revíxit, períerat et invéntus est.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SAcraménti tui, Dómine, divína libátio penetrália nostri cordis infúndat / et sui nos partícipes potenter efficiat : Per Dóminum.

DOMINICA TERTIA QUADRAGESIMAE

INTROITUS.

Ps 24,15-16

OCuli mei semper ad Dóminum, quia ipse évéllet de láqueo pedes meos: réspice in me et miserére mei, quóniam únicus et pauper sum ego.

Ps 24,1-2a: Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam. Glória Patri. Oculi mei semper.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, totius bonitatis auctor / qui nobis in ieiuniis et orationibus vitæ remédia ostendisti : da nobis ut orando semper in te crescamus / et abstinendo cunctis hostibus efficiamur fortiores : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 5,1-9

Ambulate in dilectione sicut et Christus.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephésios.

FRatres: Estóte imitatores Dei, sicut filii carissimi, et ambuláte in dilectione, sicut et Christus diléxit nos et tradidit se ipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominétur in vobis, sicut decet sanctos, et turpítudo et stultilóquium aut scurrilitas, quæ non decent, sed magis gratiarum actio.

Hoc enim scitote, intellegentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, id est idolorum cultor, non habet hereditatem in Regno Christi et Dei. Nemo vos decípiat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici comparticipes eorum; eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Dómino; ut filii lucis ambuláte —fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate—.

RESPONSORIUM.

Ps 9,20.4

R/. Exsúrge, Dómine, non prævaleat homo: iudicéntur gentes in conspéctu tuo.

y. In converténdo inimicum meum retrórsum, infirmabúntur et períbunt a fácie tua.

TRACTUS.

Ps122,1-3a

Ad te levávi oculos meos, qui hábitas in caelis.

T. Ecce sicut óculi servórum in mánibus dominórum suórum.

V/. Et sicut óculi ancíllæ in mánibus dómínæ suæ.

V/. Ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

V/. Miserére nobis, Dómine, miserére nobis.

EVANGELIUM.

Lc 11,14-28

Pervenit in vos Regnum Dei.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Erat Iesus eíceus dæmónium, et illud erat mutum; et factum est cum dæmónium exiísset, locútus est mutus. Et admirátæ sunt turbæ: quidam autem ex eis dixérunt: “In Beélzebul príncipe dæmoniórum eícit dæmónia”. Et álii tentántes, signum de caelo quærébant ab eo.

Ipsè autem, sciens cogitatiónes eórum, dixit eis: “Omne regnum in se ipsum divísus desolátur, et domus supra domum cadit. Si autem et Sátanas in se ipsum divísus est, quómodo stabit regnum ipsíus? Quia dícitis in Beélzebul eícere me dæmónia. Si autem ego in Beélzebul eício dæmónia, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iúdice vestri erunt. Porro si in dígito Dei eício dæmónia, profécto pervénit in vos Regnum Dei.

Cum f'ortis armátus custódit átrium suum, in pace sunt ea quæ póssidet; si autem fórtior illo supervéniens vícerit eum, univérsa arma eius áuferet, in quibus confidébat, et spólia eius distríbuet.

Qui non est mecum, advérsus me est, et qui non cólligit mecum, dispérgit.

Cum immúndus spíritus exíerit de hómine, perámbulat per loca inaquósa quærens réquiem et non invéniens dicit: Revértar in domum meam unde exívi. Et cum vénerit, invénit scopis mundátam et exornátam. Et tunc

vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi, et sunt novissima hominis illius peiora prioribus”.

Factum est autem, cum haec diceret, extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi: “Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti”. At ille dixit: “Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

His sacrificiis, Domine, concede placatus : ut, qui propriis oramus absolvi delictis / fraternam dimittere studeamus : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 83,4-5

Passer invenit sibi domum, et turtur nidum, ubi reponat pullos suos: altaria tua, Domine virtutum, Rex meus, et Deus meus: beati qui habitant in domo tua, in saeculum saeculi laudabunt te.

POST COMMUNIONEM.

Oramus.

Familiam tuam, quaesumus, Domine, hoc munere reiectam, ab omni pravitatem emunda / ut redemptos Filii tui passione, non spiritus immundus, sed salvatio sempiterna possideat : Per Dominum.

FERIA SECUNDA

INTROITUS.

Ps 55,5

IN Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo.

Ps 55,2: Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me

homo: tota die impugnans tribulavit me.
Glória Patri. In Deo laudábo verbum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

DEus ómnium misericordiárum, hanc humilitátis
nostræ confessiónem propítius intuere / ut qui
inclinámur consciéntia nostra, tua semper misericórdia
sublevémur : Per Dóminum.

LECTIO.

2Reg5,1-15a

Naaman Syrus mundatus a lepra.

Léctio libri secúndi Regum.

IN diébus illis: Náaman princeps milítiaé regis Sýriæ
erat vir magnus apud dóminum suum et honorátus:
per illum enim dedit Dóminus salútem Sýriæ. Erat
autem vir fortis leprósus.

Porro de Syria egréssa fúerat turma et captívam
dúxerat de terra Israel puéllam párvulam, quæ erat in
obséquio uxóris Náaman. Quæ ait ad dóminam suam:
“Utinam esset dóminus meus ad prophétam, qui est in
Samaría! Profécto curáret eum a lepra, quam habet”.

Ingréssus est ítaque Náaman ad dóminum suum et
nuntiávit ei dicens: “Sic et sic locúta est puélla de terra
Israel”.

Dixítque ei rex Sýriæ: “Vade, et mittam líteras ad
regem Israel”.

Qui, cum proféctus esset et tulisset secum decem
talénta argénti et sex mília siclórum auri et decem
mutatória vestimentórum, détulit líteras ad regem Israel
in hæc verba: “Cum accéperis epístulam hanc, scito quod míse-

rim ad te Náaman servum meum, ut cures eum a lepra sua”.

Cumque legisset rex Israel lítteras, scidit vestiménta sua et ait: “Numquid Deus sum, ut occídere possim et vivificáre, quia iste mittit ad me, ut cures hóminem a lepra sua? Animadvértite et vidéte quod occasiónes quaerat advérsus me”.

Quod cum audisset Eliséus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestiménta sua, misit ad eum dicens: “Quare scidisti vestiménta tua? Véniat ad me et sciat esse prophétam in Israel”.

Venit ergo Náaman cum equis et cúrribus et stetit ad óstium domus Eliséi. Misítque ad eum Eliséus núntium dicens: “Vade et laváre sépties in Iordane; et recípiet sanitátem caro tua, atque mundáberis”.

Irátus Náaman recedébat dicens: “Putábam quod egrederétur ad me et stans invocáret nomen Dómini Dei sui et tángeret manu sua locum leprae et curáret me. Numquid non melióres sunt Abána et Pharphar, flúvii Damásci, ómnibus aquis Israel, ut laver in eis et munder?”.

Cum ergo vertísset se et abíret indígnans, accessérunt ad eum servi sui et locúti sunt ei: “Si rem grandem dixisset tibi prophéta, certe fáceres; quanto magis quia nunc dixit tibi: "Laváre et mundáberis!"”.

Descéndit et intínxit se in Iordane sépties iuxta sermónem viri Dei, et restitúta est caro eius sicut caro púeri párvuli, et mundátus est.

Reversúsque ad virum Dei cum univérso comitátu suo venit et stetit coram eo et ait: “Vere scio quod non sit Deus in univérsta terra, nisi tantum in Israel!”.

RESPONSORIUM.

Ps 55,9ab.2

H/. Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo.

V/. Miserere mei, Dómine, quóniam conculcávit me homo: tota die bellans tribulávit me.

TRACTUS.

Ps 102,10; 78,8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

y. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito anticipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

y. Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

EVANGELIUM.

Lc 4,23-30

Nemo propheta acceptus est in patria sua.

f Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

CUm venisset Iesus Náza-reth, dixit pópulo in synagóga: “Utique dicétis mihi hanc similitúdinem: Médice, cura te ipsum; quanta audívimus facta in Caphárnaum, fac et hic in pátria tua”.

Ait autem: “Amen dico vobis: Nemo prophéta accéptus est in pátria sua. In veritáte autem dico vobis: Multæ víduæ erant in diébus Eliae in Israel, quando clausum est caelum annis tribus et ménsibus sex, cum facta est fames magna in omni terra; et ad nullam illárum missus est Elías nisi in Saréphta Sidóniæ ad mulierem víduam.

Et multi leprósi erant in Israel sub Eliséo prophéta et nemo eórum mundátus est nisi Náaman Syrus”.

Et repléti sunt omnes in synagóga ira hæc audiéntes, et surrexérunt et eiecérunt illum extra civitátem, et duxérunt illum usque ad supercílium montis, supra quem civitas illórum erat ædificáta, ut præcipitárent eum. Ipse autem tránsiens per médium illórum ibat.

SUPER OBLATA.

MUnus quod tibi, Dómine, nostræ servitútis offérimus / tu salutáre nobis pérficé sacraméntum : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 13,7

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? Cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exsultábit Iacob et lætábitur Israel.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, omnipotens et miséricors Deus : ut quod ore contíngimus / pura menté capiámus : Per Dóminum.

FERIA TERTIA

INTROITUS.

Ps 16,6.8

EGo clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

Ps 16,1a: Exáudi, Dómine, iustítiam meam: inténde deprecatióem meam. Glória Patri. Ego clamávi.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

Concéde, quaésumus, omnipotens Deus : ut qui ex mérito nostræ actiόνis affligimur / tuæ grátiaē consolatióne respirémus : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Reg 4, 1-7

*Eliseus et oleum viduae.***Léctio libri secúndi Regum.**

IN diébus illis: Múlier quædam de uxóribus filiórum prophetárum clamábat ad Eliséum dicens: “Servus tuus vir meus mórtuus est, et tu nosti quia servus tuus fuit timens Dóminum; et ecce créditor venit, ut tollat duos fílios meos ad serviéndum sibi”.

Cui dixit Eliseus: “Quid vis, ut fáciam tibi? Dic mihi: Quid habes in domo tua? ”. At illa respóndit: “Non hábeo ancílla tua quidquam in domo mea, nisi vásculum ólei”. Cui ait: “Vade, pete mútuo ab ómnibus vicínis tuis vasa vácuá non pauca; et ingrédere et claude óstium, cum intrínsecus fúeris tu et fílii tui, et mitte inde in ómnia vasa hæc et, cum plena fúerint, tolles”.

Ivit itaque múlier et clausit óstium super se et super filios suos; illi offerébant vasa et illa infundébat. Cumque plena fuíssent vasa, dixit ad fílium suum: “Affer mihi adhuc vas”. Et ille respóndit: “Non hábeo”. Stetítque óleum.

Venit autem illa et indicávit hómini Dei. Et ille: “Vade, inquit, vende óleum et redde creditóri tuo; tu autem et fílii tui vívite de réliquo”.

RESPONSORIUM.

Ps 18,13b-14

ty. Ab occúltis meis munda me, Dómine: et ab aliénis parce servo tuo.

V/. Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: et emundábor a delícto máximo.

EVANGELIUM.

Mt 18,15-22

Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Si peccáverit in te frater tuus, vade, córripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucrátus es fratrem tuum; si autem non audierit, ádhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duórum téstium vel trium stet omne verbum; quod si nolúerit audíre eos, dic ecclésiæ; si autem et ecclésiám nolúerit audíre, sit tibi sicut éthnicus et publicánus.

Amen dico vobis: Quaecúmque alligavéritis super terram erunt ligáta in caelo et quaecúmque solvéritis super terram erunt solúta in cælo.

Iterum dico vobis: Si duo ex vobis consénsierint super terram de omni re quacúmque petierint, fiet illis a Patre meo qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregáti in Nómine meo, ibi sum in médio eórum”.

Tunc accédens Petrus dixit ei: “Dómine, quótiens peccábit in me frater meus et dimíttam ei? Usque sépties?” Dicit illi Iesus: “Non dico tibi usque sépties sed usque septuágies sépties”.

SUPER OBLATA.

HOstias famíliæ tuæ, quæsumus, Dómine, placatus
Hínténde : et, quam sacris munéribus facis esse
partícipem / tríbuas ad eórum plenitúdinem perveníre :
Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 14,1-2a

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? aut quis
requiéscet in monte sancto tuo? Qui ingréditur sine
mácula, et operátur iustítiam.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Vivíficet nos, quaesumus, Dómine, huius participatio
sancta mysterii / et páriter nobis expiatióem
tríbuat et munímen : Per Dóminum.

FERIA QUARTA

INTROITUS.

Ps 30,7b-8b

EGo autem in Dómino sperávi: exultábo, et lætabor in
tua misericórdia: quia respexísti humilitátem
meam.

Ps 30,2: In te, Dómine, sperávi, non confúndar in
æténum: in iustítia tua líbera me. Glória Patri. Ego
autem in Dómino sperávi.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

PRæsta, quaesumus, Dómine : ut tuo verbo nutriti,
sancta continéntia tibi simus toto corde devoti / et in
oratióne tua semper efficiamur concórdes : Per
Dóminum.

LECTIO.

Ex 20,1-17 (LB: 12-17)

Lex per Moysen data est.

Léctio libri Exodi.

IN diébus illis: Locútus est Deus cunctos sermónes hos:
“Ego sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra
Ægýpti, de domo servitútis.

Non habébis deos aliénos coram me.

Non fácies tibi scúlptile neque omnem similitúdinem

eórum, quæ sunt in caelo désuper et quæ in terra deórsum et quæ in aquis sub terra.

Non adorábis ea neque coles: quia ego sum Dóminus Deus tuus, Deus zelótes vísitans iniquitátem patrum in filiis in tértiam et quartam generatióem eórum, qui odérunt me, et fáciens misericórdiam in mília his, qui díligunt me et custódiunt præcépta mea.

Non assúmes nomen Dómini Dei tui in vanum, nec enim habébit insóntem Dóminus eum, qui assúmpserit nomen Dómini Dei sui frustra.

Meménto, ut diem sábbati sanctífices. Sex diébus operaberis et fácies ómnia ópera tua; séptimus autem dies sábbatum Dómino Deo tuo est: non fácies omne opus tu et fílius tuus et fília tua, servus tuus et ancílla tua, iuméntum tuum et ádvena, qui est intra portas tuas. Sex enim diébus fecit Dóminus caelum et terram et mare et ómnia quæ in eis sunt, et requiévít in die séptimo; idcírco benedíxit Dóminus diéi sábbati et sanctificávit eum.

(1) Honóra patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dóminus Deus tuus dabit tibi.

Non occídes.

Non mœcháberis.

Non furtum fácies.

Non loquéris contra próximum tuum falsum testimónium.

Non concupísces domum próximi tui. Non desiderábis uxórem eius, non servum, non ancíllam, non bovem, — non ásinum, nec ómnia quæ illíus sunt”.

RESPONSORIUM.

Ps 6,3-4a

R/. Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: sa-

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In diébus illis: Locútus est Deus cunctos sermónes hos: “Honóra...

na me, Dómine.

T. Conturbáta sunt ómnia ossa mea: et ánima mea turbáta est valde.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Domine, non, p. 152, vel sequens:

Ps 125,5-6

Qui séminant in lácrimis, in gáudio metent. V/. Eúntes ibant et flebant, mitténtes sémina sua. V/. Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, portántes manípulos suos.

EVANGELIUM.

Mt 15,1-20 (LE: 1-2.10-14)

Omnis plantatio quam non plantavit Pater, eradicabitur.

**fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Accessérunt ad Iesum ab Hierosólymis Pharisaéi et scribæ, dicéntes: “Quare discípuli tui transgrediúntur traditiónem seniórum? Non enim lavant manus suas cum panem mandúcant”.

Ipsé autem respóndens ait illis: “Quare et vos transgredímini mandátum Dei propter traditiónem vestram? Nam Deus dixit: Honóra patrem tuum et matrem; et: Qui maledíxerit patri vel matri morte moriátur. Vos autem dicitis: Quicúmque díxerit patri vel matri: Munus est quodcúmque ex me profúerit, non honorificábit patrem suum; et írritum fecístis verbum Dei propter traditiónem vestram.

Hypócritæ, bene prophetávit de vobis Isaías dicens: Pópulus hic lábiis me honórat,
cor autem eórum longe est a me;
sine causa autem colunt me,
docéntes doctrínas mandáta hóminum”.

Et convocáta ad se turba, dixit eis: “Audíte et intellégite: non quod intrat in os coínquinat hóminem, sed

quod procedit ex ore, hoc coínquinat hóminem”.

Tunc accedéntes discípuli dicunt ei: “Scis quia Pharisaéi, audíto verbo, scandalizáti sunt?”

At ille respóndens ait: “Omnis plantátio quam non plantávit Pater meus cæléstis, eradicábitur. Sínite illos: cæci sunt duces cæcórú. Cæcus autem si caeco ducátum praestet, ambo in fóveam cadent”.

Respóndens autem Petrus dixit ei: “Edíssere nobis parábolam istam”.

At ille dixit: “Adhuc et vos sine intelléctu estis? Non intellégitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit et in secéssum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde éxeunt, et ea coínquinant hóminem. De corde enim éxeunt cogitatiónes malæ, homicídia, adultéria, fornicatiónes, furta, falsa testimónia, blasphemíæ. Hæc sunt quæ coínquinant hóminem, non lotis autem mánibus manducáre non coínquinat hóminem”.

SUPER OBLATA.

Respice, Dómine, propítius sacra mystéria quæ
gérimus : et, quod ad nostra evacuánda præiudícia
miséricors prævidísti / vitam nobis tríbue fructificare
perpétuam : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 15,1 lab

Notas mihi fecísti vias vitæ: adimplébis me lætítia
cum vultu tuo, Dómine.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sanctíficet nos, Dómine, qua pasti sumus mensa
cæléstis : et a cunctis erróribus expiátos / supérnis
promissióibus réddat accéptos : Per Dóminum.

FERIA QUINTA

INTROITUS.

S Alus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Salus pópuli ego sum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

MAiestátem tuam, Dómine, suppliciter implorámus: ut, quanto magis dies salutíferæ festivitátis accédit / tanto devótius ad eius celebrándum proficiámus paschale mystérium : Per Dóminum.

LECTIO.

Ier 7,1-7

Bonas facite vias vestras et opera vestra.

Léctio libri Ieremiae prophetae.

VErbum quod factum est ad Ieremiam a Dómino, dicens: "Sta in porta domus Dómini et praedica ibi verbum istud et dic: Audíte verbum Dómini, omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, ut adorétis Dóminum.

Hæc dicit Dóminus exercítuum, Deus Israel: Bonas fácite vias vestras et ópera vestra, et habitáre vos fáciam in loco isto. Nolíte confidere in verbis mendácii, dicéntes: "Templum Dómini, templum Dómini, templum Dómini est".

Quóniam si bene direxéritis vias vestras et ópera ve-

stra, si feceritis iudicium inter virum et proximum eius, advenae et pupillo et viduae non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc et post deos alienos non ambulaveritis in malum vobismetipsis, habitare vos faciam in loco isto, in terra, quam dedi patribus vestris a saeculo usque in saeculum”.

RESPONSORIUM.

Ps 144,15-16

R/. Oculi omnium in te sperant, Domine: et tu das illis escam in tempore opportuno.

V/. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione.

EVANGELIUM.

Io 6,15-35 (LB: 30-35)

Ego sum panis vitae.

*& Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem.

IN illo tempore: Cum cognovisset Iesus quia venturi essent ut raperent eum et facerent eum regem, secessit iterum in montem ipse solus.

Ut autem sero factum est, descendérunt discipuli eius ad mare, et cum ascendissent navem, veniebant trans mare in Capharnaum. Et tenebrae iam factae erant et nondum venerat ad eos Iesus. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulántem super mare et proximum navi fieri, et timuerunt. Ille autem dicit eis: “Ego sum, nolite timere”.

Volébant ergo accipere eum in navem, et statim fuit navis ad terram in quam ibant.

Altera die turba quae stabat trans mare vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in navem, sed soli discipuli eius abiissent; aliae supervenerunt naves a Tiberiade iuxta locum ubi manducaverant panem, gratias agente Domino. Cum

ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt ipsi navículas et venerunt Caphárnaum quæréntes Iesum.

Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: “Rabbi, quando huc venisti?”

Respondit eis Iesus et dixit: “Amen, amen dico vobis: Quaeritis me non quia vidistis signa, sed quia manducástis ex pánibus et saturáti estis. Operámini non cibum qui perit, sed cibum qui pérmanet in vitam ætérnam, quem Fílius hóminis vobis dabit, hunc enim Pater signávit Deus”.

Dixerunt ergo ad eum: “Quid faciémus ut operémur ópera Dei?”

Respondit Iesus et dixit eis: “Hoc est opus Dei, ut credátis in eum quem misit Ille”.

- (1) Dixerunt ergo ei: “Quod ergo tu facis signum, ut videámus et credámus tibi? Quid operáris? Patres nostri manna manducavérunt in desérto, sicut scriptum est: Panem de caelo dedit eis manducáre”.

Dixit ergo eis Iesus: “Amen, amen dico vobis: Non Móyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum: panis enim Dei est qui descéndit de cælo et dat vitam mundo”.

Dixerunt ergo ad eum: “Dómine, semper da nobis panem hunc”.

Dixit eis Iesus: “Ego sum panis vitæ; qui venit ad me . non esúriet, et qui credit in me non sítiet umquam”.

SUPER OBLATA.

UT tibi grata sint, quaésumus, Dómine, múnera populi tui : ne falsis eum gáudiis inhærére patiaris / quem ad veritátis tuæ praémia veníre promíttis : Per

- (1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Dixit turba ad Iesum: “Quod..

Christum.

COMMUNIO.

Ps 118,4-5

Tu mandásti mandáta tua custodíre nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Quos réficis, Dómine, sacraméntis, attólle benígnus auxiliis / ut tuæ salvatiónis efféctum et mystériis capiamus et móribus : Per Dóminum.

FERIA SEXTA

INTROITUS.

Ps 85,17

FAc mecum, Dómine, signum in bonum, ut vídeant qui me odérunt et confundántur: quóniam tu, Dómine, adiuvísti me, et consolátus es me.

Ps 85,1: Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: quóniam inops, et pauper sum ego. Glória Patri. Fac mecum, Dómine, signum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

DEus, qui nos in spíritu et veritáte tuam maiestátem iubés adoráre / purífica, quaésumus, amóre tuo corda nostra : ut te in ómnibus diligentes / sincéra tibi pietáte placeámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Num 20,2-13

Loquimini ad petram, et illa dabit aquas.

Lectio libri Númeri.

IN diébus illis: Cum indigéret aqua pópulus, convenérunt advérsus Móysen et Aaron et versi in seditiónem dixerunt: “Utinam perissémus inter fratres nostros coram Dómino! Cur eduxístis ecclésiam Dómini in solitúdinem, ut et nos et nostra iuménta moriámur? Quare nos fecístis ascéndere de Ægýpto et adduxístis in locum istum péssimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec víneas, nec malogranáta, ínsuper et aquam non habet ad bibendum? ”.

Ingressúsque Móyses et Aaron, relícta congregatióne, tabernáculum convéntus corruérunt proni in terram, et apparuit glória Dómini super eos. Locutúsque est Dóminus ad Móysen dicens: “Tolle virgam et cóngrega pópulum tu et Aaron frater tuus; et loquimini ad petram coram eis, et illa dabit aquas. Cumque edúxeris aquam de petra, potábis congregatióne et iuménta eius”.

Tulit ígitur Móyses virgam, quæ erat in conspéctu Dómini, sicut præcéperat ei. Et congregavérunt Móyses et Aaron pópulum ante petram, dixítque eis: “Audíte, rebélles; num de petra hac vobis aquam potérimus eícere? ”. Cumque elevásset Móyses manum percútiens virga bis sílicem, egréssæ sunt aquæ largíssimæ, ita ut pópulus bíberet et iuménta.

Dixítque Dóminus ad Móysen et Aaron: “Quia non credidístis mihi, ut sanctificarétis me coram filiis Israel, non introducétis hos pópulos in terram, quam dabo eis”. Hæc sunt aquæ Meríba, ubi iurgáti sunt filii Israel contra Dóminum, et sanctificátus est in eis.

RESPONSORIUM.

Ps 27,7b-d.lab

IV. In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et ref lo-

ruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi.

V/. Ad te, Domine, clamavi, Deus meus ne sileas: ne discedas a me.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Domine, non, p. 152, vel sequens:

Ps 59,4.6b-7a

Commovisti, Domine, terram, et conturbasti eam.

y. Sana contritiones eius, quia mota est.

y. Ut fugiant a facie arcus: ut liberentur electi tui.

EVANGELIUM.

Io 4,5-42 (LE: 14-24)

Jesus et mulier Samaritana.

**fr* Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem.

IN illo tempore: Venit Iesus in civitatem Samaritae quae dicitur Sichar, iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo: erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem: hora erat quasi sexta.

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: “Da mihi bibere”; discipuli enim eius abierant in civitatem, ut cibos emerent.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: “Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me poscis quae sum mulier Samaritana?” Non enim contuntur Iudaei Samaritanis.

Respondit Iesus et dixit ei: “Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam”.

Dicit ei mulier: “Domine, neque in quo haurias habes et puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam? Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius?”

Respóndit Iesus et dixit ei: “Omnis qui bibit ex aqua (i)hac sítiet íterum; qui autem bíberit ex aqua quam ego dabo ei, non sítiet in ætérnum, sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquæ saliéntis in vitam ætérnam”.

Dicit ad eum múlter: “Dómine, da mihi hanc aquam, ut non sítiam neque véniam huc hauríre”.

Dicit ei: “Vade, voca virum tuum et veni huc”.

Respóndit múlter et dixit ei: “Non hábeo virum”.

Dicit ei Iesus: “Bene dixísti: Non hábeo virum; quinque enim viros habuísti, et nunc quem habes, non est tuus vir; hoc vere dixísti”.

Dicit ei múlter: “Dómine, vídeo quia prophéta es tu. Patres nostri in monte hoc adoravérunt, et vos dícitis quia in Hierosólymis est locus ubi adoráre opórtet”.

Dicit ei Iesus: “Crede mihi, múlter, quia venit hora quando neque in monte hoc neque in Hierosólymis adorábitis Patrem. Vos adorátis quod nescítis: nos adorámus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratóres adorábunt Patrem in Spíritu et veritáte; nam et Pater tales quærit qui adórent eum. Spíritus est Deus, et eos qui adórant eum, _ in Spíritu et veritáte opórtet adoráre”.

Dicit ei múlter: “Scio quia Messías venit, qui dicitur Christus; cum vénerit ille, nobis annuntiábit ómnia”.

Dicit ei Iesus: “Ego sum, qui loquor tecum”.

Et contínuo venérunt discípuli eius, et mirabántur quia cum muliere loquebátur; nemo tamen dixit: “Quid quaeris, aut quid lóqueris cum ea? ” Relíquit ergo hydriam suam múlter et ábiit in civitátem et dicit illis homínibus: “Veníte, vidéte hómíne, qui dixit mihi ómnia quæcúmque feci; numquid ipse est Christus? ”
Exiérunt

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Iesus dicébat mulíeri Samaritánæ: “Qui bíberit ex aqua quam ego...

de civitate et veniebant ad eum.

Interea rogabant eum discipuli dicentes: “Rabbi, manduca”.

Ille autem dixit eis: “Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis”.

Dicebant ergo discipuli ad invicem: “Numquid aliquis attulit ei manducare?”

Dicit eis Iesus: “Meus cibus est ut faciam voluntatem Eius, qui misit me et ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis: Adhuc quattuor menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros et videte regiones quia albae sunt ad messem. Iam qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam aeternam, ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enim est verbum verum: Alius est qui seminat et alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis; alii laboraverunt, et vos in laborem eorum introistis”.

Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis: “Dixit mihi omnia quaecumque feci”. Dum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut apud ipsos maneret; et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius, et mulieri dicebant: “Iam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audivimus, et scimus quia hic est vere Salvator mundi”.

SUPER OBLATA.

Respice, quaesumus, Domine, propitius ad munera
quae sacramus : ut tibi grata reddantur / et nobis
salutaria semper existant : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 4,13-14

Qui biberit aquam quam ego dabo ei, dicit Dominus Samaritanæ, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Fons omnis bonitátis, Dómine : mentes nostras et
córpora te sitiéntes perf (inde / ut quod participatióne
súmptimus, redemptiόνis plenitúdine capiámus : Per
Dóminum.

SABBATUM

INTROITUS.

Ps5,23a

Verba mea áuribus pécipe, Dómine, intéllege clamórem
meum: inténde, voci oratiónis meæ. Ps 5,3b: Rex
meus, et Deus meus. Glória Patri. Verba mea áuribus
pécipe.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

Observatiónis huius ánnua celebritáte lætántes,
quaesumus, Dómine : ut, paschálibus sacraméntis
inhæréntes / plenis eórum effectibus gaudeámus : Per
Dóminum.

LECTIO.

Dan 13,1-9.15-17.19-30.33-62

*(LE: 42-62)**Susanna et duo senes.***Léctio libri Daniélis prophetae.**

IN diébus illis: Erat vir hábitans in Babylóne, et nomen
eius Ioachim; et accépit uxórem nómine Susánnam,
filiam Chelciae, pulchram nimis et timéntem Dóminum:
paréntes enim illíus, cum essent iusti, erudiérunt filiam
suam secúndum legem Móysis. Erat autem Ioachim
dives valde, et erat ei pomérium vicínium dómui

suæ; et ad ipsum confluébant Iudaéi eo quod esset honorabílior ómnium.

Et constitúti sunt de pópulo duo senes iúdice in anno illo, de quibus locútus est Dóminus quia egréssa est iníquitas de Babylóne a sénibus iudícibus, qui videbántur régere pópulum. Isti frequentábant domum Ioachim, et veniébant ad eos omnes, qui habébant iudícia. Cum autem pópulus revertísset per merídiem, ingrediebátur Susánna et deambulábat in pomério viri sui. Et vidébant eam duo senes cotidie ingrediéntem et deambulántem et facti sunt in concupiscéntia eius, et evertérunt sensum suum et declinavérunt óculos suos, ut non vidérent caelum, neque recordaréntur iudiciórum iustórum.

Factum est autem cum observárent diem aptum, ingrèssa est aliquándo sicut heri et nudiustértius cum duábus solis puéllis volúitque lavári in pomério, aestus quippe erat. Et non erat ibi quisquam, præter duos senes abscónditos et contemplátes eam. Dixit ergo puéllis: “Afférte mihi óleum et smégmata, et óstia pomérii cláudite, ut laver”.

Cum autem egréssæ essent puellae, surrexérunt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerunt: “Ecce óstia pomérii clausa sunt, et nemo nos videt, et in concupiscéntia tui sumus; quam ob rem assentíre nobis et commíscere nobíscum: quod si nolúeris, dicémus testimónium contra te, quod fúerit tecum iúvenis et ob hanc causam emíseris puéllas a te”.

Ingémuit Susánna et ait: “Angústia sunt mihi úndique: si enim hoc égero, mors mihi est; si autem non égero, non effúgiam manus vestras; sed mélius mihi est absque ópere incidere in manus vestras, quam peccáre in conspéctu Dómini”. Et exclamávit voce magna Susánna; exclamavérunt autem et senes advérsus eam, et, cum cucurrísset unus, apéruit óstia pomérii.

Cum ergo audíssent clamórem in pomério fámuli do-

mus, irruerunt per posticam ut viderent quidnam esset ei. Postquam autem senes locuti sunt sermones suos, eruberunt servi vehementer, quia numquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna.

Et factum est die crastina, cum venisset populus ad virum eius Ioachim, venerunt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione adversum Susannam, ut interficerent eam; et dixerunt coram populo: "Mittite ad Susannam filiam Chelciae, quae est uxor Ioachim"; et miserunt. Et venit cum parentibus et filiis et universis cognatis suis. Flebant igitur sui et omnes, qui videbant eam.

Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus super caput eius; quae flens suspexit ad caelum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri: "Cum deambularemus in pomerio soli, ingressa est haec cum duabus puellis et clausit ostia pomerii et dimisit puellas; venitque ad eam adulescens, qui erat absconditus, et concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerii, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos et vidimus eos commisceri. Et illum quidem non quivimus comprehendere, quia fortior nobis erat et, apertis ostiis, exiit. Hanc autem cum apprehendissemus, interrogavimus, quisnam esset adulescens, et noluit indicare nobis: huius rei testes sumus".

Crederet eis multitudo quasi senibus populi et iudicibus et condemnaverunt eam ad mortem, (1) Exclamavit autem voce magna Susanna et dixit: "Deus aeternae, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum contra me tulerunt testimonium; et ecce morior, cum nihil horum fecerim, quae isti malitiose composuerunt adversum me".

Exaudivit autem Dominus vocem eius. Cumque duce-

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In diebus illis: Exclamavit voce magna Susanna...

Sabbatum hebdomadae tertiae

rétur ad mortem, suscitávit Deus spíritum sanctum púeri iunióris, cuius nomen Dániel; et exclamávit voce magna: “Innocens ego sum a sángvine huius”. Et convérsus omnis pópulus ad eum, dixit: “Quis est iste sermo, quem tu locútus es? ”. Qui cum staret in médio eórum, ait: “Sic fátui, filii Israel, non iudicántes neque quod verum est cognoscéntes, condemnástis, fíliam Israel; revertímini ad iudícium, quia falsum testimónium locúti sunt advérsus eam”.

Revérsus est ergo omnis pópulus cum festinatióne, et dixerunt ei senes: “Veni, et sede in médio nostrum et índica nobis, quia tibi dedit Deus honórem senectútis”. Et dixit ad eos Dániel: “Separáte illos ab ínvicem procul, et diiudicábo eos”.

Cum ergo divísi essent alter ab áltero, vocávit unum de eis et dixit ad eum: “Inveteráte diérum malórum, nunc venérunt peccáta tua, quæ operabáris prius, iúdicans iudícia iniústa, innocéntes ópprimens et dimíttens nóxios, dicénte Dómino: "Innocéntem et iustum non interficies". Nunc ergo si vidísti eam, dic sub qua árbore víderis eos loquéntes sibi”. Qui ait: “Sub schino”. Dixit autem Dániel: “Recte mentítus es in caput tuum: ecce enim ángelus Dei, accépta senténtia a Deo, scindet te médium”.

Et amóto eo, iussit addúci álium et dixit ei: “Semen Chánaan et non Iudae, spécies decépit te, et concupiscéntia subvértit cor tuum. Sic faciebátis filiábus Israel, et illae tíméntes loquebántur vobis, sed non filia Iudae sustínuit iniquitátem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua árbore comprehénderis eos colloquéntes sibi”. Qui ait: “Sub prino”. Dixit autem ei Dániel: “Recte mentítus es et tu in caput tuum; manet enim ángelus Dei, gládium habens, ut secet te médium et interficiat vos”.

Exclamávit ítaque omnis coetus voce magna et benedixerunt Deo, qui salvat sperántes in se. Et consurrexerunt

advérsus duos presbýteros (convicerat enim eos Dániel ex ore suo falsum dixísse testimónium) fecerúntque eis sicut male égerant advérsus próximum, ut fácerent secúndum legem Móysis; et interfecérunt eos, et salvátus est sanguis innóxius in die illa.

RESPONSORIUM.

Ps 22,4

IV. Si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: quóniam tu mecum es, Dómine.

V/. Virga tua, et báculus tuus: ipsa me consoláta sunt.

EVANGELIUM.

Io 8,1-11

Iesus et mulier in adulterio deprehensa.

“I* Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Perréxit Iesus in Montem Olivéti. Dilúculo autem íterum venit in templum, et omnis pópulus veniébat ad eum, et sedens docébat eos.

Addúcunt autem scribæ et Pharisæi mulierem in adultério deprehénsam, et statuérunt eam in médio, et dicunt ei: “Magíster, hæc múlter manifésto deprehénsa est in adultério; in Lege autem Móyses mandávit nobis huiúsmodi lapidáre; tu ergo quid dicis? ” Hoc autem dicébant tentántes eum, ut possent accusare eum.

Iesus autem inclínans se deórsum dígito scribébat in terra. Cum autem perseverárent interrogántes eum, eréxit se et dixit eis: “Qui sine peccáto est vestrum, primus in illam lápidem mittat”, et íterum se inclínans scribébat in terra. Audiéntes autem unus post unum exíbant, incipiéntes a senióribus, et remánsit solus, et múlter in médio stans.

Erigens autem se Iesus dixit ei: “Múlter, ubi sunt? Nemo te condemnávit? ”

Quæ dixit: “Nemo, Dómine”.

Dixit autem Iesus: “Nec ego te condémno: vade, et

ámplius iam noli peccáre”.

SUPER OB LATA.

DEus, de cuius grátia venit ut ad mystéria tua purgátis sénsibus, accedámus : praesta, quaesumus / ut, in eórum traditióne sollémniter honoránda, cómpetens deferamus obséquium : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 8,10b-11

Nemo te condemnávit, múlier? Nemo, Dómine. Nec ego te condemnábo: iam ámplius noli peccáre.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, quaesumus, misericors Deus : ut sancta tua quibus incessánter explémur, sincéris tractémus obsequiis / et semper fidéli mente sumámus : Per Dóminum.

DOMINICA QUARTA QUADRAGESIMAE

INTROITUS.

Is 66,10-1 la

Lætáre, Ierusalem, et convéntum fácite omnes qui dilígitis eam: gaudéte cum lætítia qui in tristítia fuístis: ut exsultétis, et satiémini ab ubéribus consolatiónis vestræ.

Ps 121,1: Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus. Glória Patri. Lætáre, Ierusalem.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui per Verbum tuum humáni géneris reconciliatiónem mirabiliter operáris : præsta, quaesumus / ut pópulus cristiánus prompta devotióne et álacri fide ad ventúra sollémnia váleat festináre : Per Dóminum.

LECTIO.

Gai 4,22-24.26-27.31- 5,1

Non sumus ancillae filii sed liberae.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas.

FRatres: Scriptum est quóniam Abraham duos filios hábuit, unum de ancílla et unum de líbera. Sed qui de ancílla secúndum carnem natus est, qui autem de líbera per promissiónem.

Quæ sunt per allegóriam dicta; ipsæ enim sunt duo Testaménta, unum quidem a monte Sina, in servitútem génerans, quod est Ágar. Illa autem quæ sursum est Ierusalem líbera est, quæ est mater nostra; scriptum est enim: “Lætáre, stérilis quæ non paris: erúmpe et excláma, quæ non párturis: quia multi filii desértæ magis quam eius quæ habet virum”.

Itaque, fratres, non sumus ancíllæ filii sed líberæ. Hac libertáte nos Christus liberávit; state ígitur, et nolíte íterum iugo servitútis detinéri.

RESPONSORIUM.

Ps 121,1.7

R/. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

V/. Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

TRACTUS.

Ps 124,1-2

Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierusalem.

T. Montes in circúitu eius: et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in saéculum.

EVANGELIUM.

Io 6,1-15

Distribuit discumbentibus, quantum volebant.

† Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Abiit Iesus trans mare Galilaeae quod est Tiberíadis. Et sequebátur eum multitúdo magna, quia vidébant signa quæ faciébat super his qui infirmabántur. Súbiit autem in montem Iesus, et ibi sedébat cum discípulis suis. Erat autem próximum Pascha, dies festus Iudaeorum.

Cum sublevásset ergo óculos Iesus et vidísset quia multitúdo magna venit ad eum, dicit ad Philíppum: “Unde emémus panes ut mandúcent hi? ” Hoc autem dicébat tentans eum, ipse enim sciébat quid esset factúrus.

Respóndit ei Philíppus: “Ducentórum denariórum panes non suffíciunt eis ut unusquísque módicum quid accípiat”.

Dicit ei unus ex discípulis eius, Andréas frater Simónis Petri: “Est puer hic, qui habet quinque panes hordeáceos et duos pisces; sed hæc quid sunt propter tantos? ”

Dixit Iesus: “Fácite hómnes discúmbere”. Erat autem fenum multum in loco. Discubuérunt ergo viri número quasi quinque mília.

Accépit ergo panes Iesus et cum grátias egísset distríbuit discumbéntibus, simíliter et ex píscibus quantum volébant. Ut autem impléti sunt, dicit discípulis suis: “Collígite quæ superavérunt fragménta, ne quid péreat”. Collegérunt ergo, et implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus hordeáceis quæ superfuérunt his qui manducavérunt.

Illi ergo hómnes, cum vidísset quod fécerat signum,

dicébant: “Hic est vere Prophéta qui venit in mundum”.
 Iesus ergo, cum cognovísset quia ventúri essent ut
 ráperent eum et fácerent eum regem, secéssit íterum
 in montem ipse solus.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

REmédii sempitérni múnera, Dómine, lætántes
 offérimus, suppliciter exorántes : ut éadem nos et
 fidéliter venerári / et pro salúte mundi congruenter
 exhibere perficias : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 121,3-4a.c

Ierusalem quæ ædificátur ut cívitas, cuius
 participátio eius in idípsum: illuc enim ascendérunt
 tribus, tribus Dómini, ad confiténdum nómini tuo,
 Dómine.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Quaésumus, omnípotens Deus : ut inter eius membra
 numerentur / cuius córpori communicamus et
 sánguini : Qui tecum vivit.

FERÍA SECUNDA

INTROITUS.

Ps53,3-4a

DEus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte
 tua iúdica me: Deus, exáudi oratióne meam. Ps
 53,4b: Auribus pércipe verba oris mei. Glória Patri.
 Deus, in nómine tuo.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus gēnua. Leváte.)

ADesto, Dómine, supplicibus tuis, et spem suam in tua misericórdia collocántes tuere propítius : ut in sancta conversatióne permáneant / et promissiónis tuæ perficiantur herédes : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Reg 3,16-28

Iudicium Salomonis.

Léctio libri primi Regum.

IN diébus illis: Venérunt duæ mulíeres meretríces ad regem Salomónem steterúntque coram eo. Quarum una ait: “Obsecro, mi dómine, ego et múlier hæc habitábamus in domo una et péperi apud eam in domo; tértia vero die, postquam ego péperi, péperit et hæc: et erámus simul, nullúsque álius nobíscum in domo, excéptis nobis duábus. Mórtuus est autem filius mulieris huius nocte: dórmiens quippe oppréssit eum. Et consúrgens intempésta nocte, siléntio tulit filium meum de látere meo ancíllæ tuæ dormiéntis et collocávit in sinu suo; suum autem filium, qui erat mórtuus, pósuit in sinu meo. Cumque surrexíssem mane, ut darem lac filio meo, appáruit mórtuus; quem diligéntius íntuens clara luce, deprehénderi non esse meum, quem genúeram”.

Respondítque áltera múlier: “Non est ita, sed filius meus vivit, tuus autem mórtuus est”. E contrário illa dicébat: “Mentíris. Fílius quippe tuus mórtuus est, meus autem vivit”. Atque in hunc modum contendébant coram rege.

Tunc rex ait: “Hæc dicit: "Fílius meus vivit, et fílius tuus mórtuus est"; et ista respóndit: "Non, sed filius tuus mórtuus est, et filius meus vivit"". Dixit ergo rex: “Afférte mihi gládium!”. Cumque attulíssent gládium coram rege: “Divídite, inquit, infántem vivum in duas par-

tes, et date dimídiam partem uni et dimídiam partem álteri”.

Dixit autem múlier, cuius fílius erat vivus, ad regem —commóta sunt quippe víscera eius super fílio suo—: “Obsecro, dómine, date illi infántem vivum et nolíte interficere eum”. E contráριο illa dicébat: “Nec mihi nec tibi sit; dividátur”.

Respóndens rex ait: “Date huic infántem vivum, et non occidátur; hæc est mater eius”.

Audívit ítaque omnis Israel iudícium, quod iudicásset rex; et timuérunt regem vidéntes sapiéntiam Dei esse in eo ad faciéndum iudícium.

RESPONSORIUM.

Ps 30,3b.2a

R/. Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii: ut salvum me fácias.

V/. Deus, in te sperávi, Dómine, non confúndar in ætérnum.

TRACTUS.

Ps 102,10; 78,8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

ý. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

V/. Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

EVANGELIUM.

Io 2,13-25

Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud.

“I* Lécio sancti Evangéllii secúndum Ioannem.

PRope erat Pascha Iudaeorum, et ascéndit Hierosólymam Iesus. Et invénit in templo vendéntes boves

et oves et colúmbas et nummulários sedéntes et eum fecísset flagéllum de funículis omnes eiécit de templo, oves quoque et boves, et nummulariórum effúdit æs et mensas subvértit; et his qui colúmbas vendébant dixit: “Auférte ista hinc, nolíte fácere domum Patris mei domum negotiatiónis”.

Recordáti sunt discípuli eius quia scriptum est: “Zelus domus tuæ comédet me”.

Respondérunt ergo Iudaéi et dixerunt ei: “Quod signum osténdis nobis, quia hæc facis?”

Respóndit Iesus et dixit eis: “Sólvite templum hoc et in tribus diébus excitábo illud”.

Dixerunt ergo Iudaéi: “Quadragínta et sex annis ædificátum est templum hoc, et tu tribus diébus excitábis illud?”

Ille autem dicébat de templo córporis sui. Cum ergo resurrexísset a mórtuis, recordáti sunt discípuli eius quia hoc dicébat, et credidérunt Scripturae et sermóni quem dixit Iesus.

Cum autem esset Hierosólymis in Pascha, in die festo, multi credidérunt in Nómine eius, vidéntes signa eius quæ faciébat. Ipse autem Iesus non credébat semetípsum eis, eo quod ipse nosset omnes, et quia opus ei non erat, ut quis testimónium perhibéret de hómine: ipse enim sciébat quid esset in hómine.

SUPER OBLATA.

HUius sacrificii poténtia, Domine, quaésumus : et
vetustátem nostram cleménter abstergat / et
novitátem nobis áugeat et salútem : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 18,13b-14a

Ab occúltis meis munda me, Dómine: et ab aliénis
parce servo tuo.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SAncta tua nos, Dómine, quaésumus, et renovándo
 vivíficent / et sanctificándo ad ætérna perdúcant :
 Per Dóminum.

FERIA TERTIA

INTROITUS.

Ps 54,2-3a

EXáudi, Deus, oratióne meam, et ne despéxeris
 deprecationem meam: inténde in me et exáudi me. Ps
 54,3b-4a: Contristátus sum in exercitatióne mea: et
 conturbátus sum a voce inimíci, et a tribulatióne
 peccatóris.

Glória Patri.

Exáudi, Deus, oratióne meam.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus gēnua. Leváte.)

Exercitatio veneránda sanctae devotiónis, Dómine,
 tuórum fidélium corda dispónat : ut et dignis
 méntibus suscípíant paschale mystérium / et salvatiónis
 nuntient præcónium : Per Dóminum.

LECTIO.

Ex 32,7-14

Quiescat ira tua, et esto placabilis.

Léctio libri Exodi.

IN diébus illis: Locútus est Dóminus ad Móysen:
 “Vade, descénde; peccávit pópulus tuus, quem eduxísti
 de terra Ægýpti. Recessérunt cito de via, quam
 præcépi eis, fecerúntque sibi vítulum conflátilem et
 adoravérunt atque immolántes ei hóstias dixerunt: "Isti
 sunt dii tui

Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti! ””.

Rursúmque ait Dóminus ad Móysen: “Cerno quod pópulus iste durae cervícis sit; dimítte me, ut irascátur furor meus contra eos et déleam eos faciámque te in gentem magnam”.

Móyses autem orábat Dóminum Deum suum dicens: “Cur, Dómine, iráscitur furor tuus contra pópulum tuum, quem eduxísti de terra Aegypti in fortitúdine magna et in manu robusta? Ne, quaeso, dicant Aegyptii: "Cállide edúxit eos, ut interfíceret in móntibus et deléret e terra"; quiéscat ira tua, et esto placábilis super nequítia pópuli tui. Recordáre Abraham, Isaac et Israel servórum tuórum, quibus iurásti per temetípsum dicens: "Multiplicábo semen vestrum sicut stellas caeli et univérsam terram hanc, de qua locútus sum, dabo sémini vestro; et possidébitis eam semper””.

Placátusque est Dóminus, ne fáceret malum, quod locútus fúerat advérsus pópulum suum.

RESPONSORIUM.

Ps 43,26b.2

R/. Exsúrge, Dómine, fer opem nobis: et líbera nos propter nomen tuum.

V/. Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis opus quod operátus es in diébus eórum, et in diébus antíquis.

EVANGELIUM.

Io 7,14-31 (LB: 25-31)

Quid me quaeritis interficere?

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Iam die festo mediánte, ascéndit Iesus in templum et docébat. Mirabántur ergo Iudaéi dicétes: “Quómodo hic lítteras scit cum non didícerit?”

Respóndit ergo eis Iesus et dixit: “Mea doctrína non est mea sed Eius qui misit me: si quis volúerit voluntá-

tem eius fácere, cognóscet de doctrína utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semetípso lóquitur, glóriam propriam quærit; qui autem quærit glóriam Eius qui misit illum, hic verax est et iniustítia in illo non est. Nonne Móyses dedit vobis Legem? Et nemo ex vobis facit Legem. Quid me quaeritis interfícere? ”

Respóndit turba: “Dæmónium habes: quis te quærit interfícere? ”

Respóndit Iesus et dixit eis: “Unum opus feci et omnes mirámini. Proptérea Móyses dedit vobis circumcisiónem —non quia ex Móyse est sed ex pátribus— et in sábbato circumcíditis hóminem. Si circumcisiónem áccipit homo in sábbato ut non solvátur Lex Móysis, mihi indignámini quia totum hóminem sanum feci in sábbato? Nolíte iudicáre secúndum fáciem, sed iustum iudícium iudicáte”.

- (1) Dicébant ergo quidam ex Hierosolymis: “Nonne hic est quem quærunť interfícere? Et ecce palam lóquitur et nihil ei dicunt. Numquid vere cognovérunt príncipes quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit, Christus autem cum vénerit nemo scit unde sit”.

Clamávit ergo docens in templo Iesus et dicens: “Et me scitis et unde sim scitis: et a me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos non scitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum et ipse me misit”.

Quærébant ergo eum apprehéndere, et nemo misit in illum manus, quia nondum vénerat hora eius. De turba autem multi credidérunt in eum et dicébant: “Christus cum vénerit numquid plura signa fáciť quam quæ hic fecit? ”

- (1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Quidam ex Hierosolymítis dicébant de Iesu: “Nonne...

SUPER OBLATA.

Offerimus tibi, Dómine, múnerá quæ dedísti : ut et creatiõnis tuæ circa mortalitátem nostram testificentur auxílium / et remédium nobis immortalitátis operéntur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 19,6ab

Lætábimur in salutári tuo: et in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

His sacraméntis reféctis, da nobis, Dómine : ita peccáta deflére prætérita / ut præsentia non agámus et futúra sollícite caveámus : Per Dóminum.

FERIA QUARTA

INTROITUS.

Cf. Ez 36,23-26

Cum sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

Ps 33,2: Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo. Glória Patri. Cum sanctificátus fúero.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

Deus, qui et iustis præmia meritórum, et peccatóribus per ieiúnium veniam præbes : miserére supplí-

cibus tuis / ut reátus nostri conféssio indulgéntiam
váleat percípere delictórum : Per Dóminum.

LECTIO.

Ez 36,23-28

Dabo vobis cor novum.

Léctio libri Ezechiélis prophetae.

HÆc dicit Dóminus: “Sanctificábo nomen meum
magnum, quod pollútum est inter gentes, quod
polluístis in médio eárum, ut sciant gentes quia ego
Dóminus, ait Dóminus Deus, cum sanctificátus fúero in
vobis coram eis. Tollam quippe vos de géntibus et
congregábo vos de univérsis terris et addúcam vos in
terram vestram; et effúndam super vos aquam mundam, et
mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris, et ab
univérsis idólis vestris mundábo vos.

Et dabo vobis cor novum et spíritum novum ponam
in médio vestri et áuferam cor lapídeum de carne vestra
et dabo vobis cor cárneum; et spíritum meum ponam in
médio vestri et fáciam, ut in præcéptis meis ambulétis et
iudícia mea custodiátis et operémini.

Et habitábitis in terra, quam dedi pátribus vestris, et
éritis mihi in pópulum, et ego ero vobis in Deum”.

RESPONSORIUM.

Ps 33,12.6

R/. Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo
vos.

V/. Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ
non confundéntur.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Dómine, non, p. 178, vel sequens:

Ps 125,5-6

Qui sémant in lácrimis, in gáudio metent.

T. Eúntes ibant et flebant, mitténtes sémina sua.

T- Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos.

EVANGELIUM.

Io 9,1-41

(Eius lectionem brevem vide infra, p. 187)

Abii et lavi et vidi.

* & Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem.

IN illo tempore: Præteriens Iesus vidit hominem caecum a nativitate. Et interrogaverunt eum discipuli sui dicentes: “Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur?”

Respondit Iesus: “Neque hic peccavit neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Nos oportet operari opera Eius qui misit me donec dies est; venit nox quando nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi”.

Hæc cum dixisset, exspuit in terram et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos eius et dixit ei: “Vade, lava in natatoria Siloæ (quod interpretatur: Missus)”. Abiit ergo et lavit et venit videns.

Itaque vicini, et qui videbant eum prius quia mendicus erat, dicebant: “Nonne hic est qui sedebat et mendicabat?” Alii dicebant: “Hic est”, alii dicebant: “Nequaquam, sed similis est eius”. Ille dicebat: “Ego sum”.

Dicebant ergo ei: “Quomodo igitur aperti sunt oculi tibi?”

Respondit ille: “Homo qui dicitur Iesus lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi: Vade ad Siloam et lava, abii ergo et lavi et vidi”. Et dixerunt ei: “Ubi est ille?” Ait: “Nescio”.

Adducunt eum ad Phariseos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum in qua die lutum fecit Iesus et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant et eum Pharisaei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: “Lutum posuit super oculos meos et lavi et video”.

Dicébant ergo ex Pharisaeís quidam: “Non est hic homo a Deo, quia sábbatum non custódit”. Alii autem dicébant: “Quómodo potest homo peccátor hæc signa fácere?” Et schisma erat in eis. Dicunt ergo caeco íterum: “Tu quid dicis de eo, quia apéruit óculos tuos?” Ille autem dixit: “Prophéta est!”

Non credidérunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuísset et vidísset, donec vocavérunt paréntes eius qui víderat. Et interrogavérunt eos dicéntes: “Hic est fílius vester, quem vos dícitis quia caecus natus est? Quómodo ergo nunc videt?” Respondérunt ergo paréntes eius et dixerunt: “Scimus quia hic est fílius noster et quia caecus natus est; quómodo autem nunc vídeat nescímus, aut quis eius apéruit óculos nos nescímus; ipsum interrogáte, ætátem habet, ipse de se loquétur”. Hæc dixerunt paréntes eius quia timébant Iudaeos, iam enim conspiráverant Iudaei ut si quis eum confiterétur Christum, extra synagógam fieret. Proptérea paréntes eius dixerunt: “Ætátem habet: ipsum interrogáte”.

Vocavérunt ergo rursus hóminem qui fúerat caecus, et dixerunt ei: “Da glóriam Deo; nos scimus quia hic homo peccátor est”. Respóndit ergo ille: “Si peccátor est néscio; unum scio, quia caecus cum essem, modo vídeo”. Dixerunt ergo illi: “Quid fecit tibi? Quómodo apéruit óculos tuos?” Respóndit eis: “Dixi vobis iam et non audístis; quid íterum vultis audíre? Numquid et vos vultis discípuli eius fieri?”

Et maledixerunt ei et dixerunt: “Tu discípulus illíus es, nos autem Móysis discípuli sumus. Nos scimus quia Móysi locútus est Deus, hunc autem nescímus unde sit”.

Respóndit homo et dixit eis: “In hoc enim mirábile est quia vos nescítis unde sit, et apéruit meos óculos. Scimus quia peccatóres Deus non audit, sed si quis Dei cultor est et voluntátem eius facit, hunc exáudit. A saéculo non est audítum quia apéruit quis óculos cæci nati:

nisi esset hic a Deo, non póterat fácere quidquam”.

Respondérunt et dixerunt ei: “In peccátis tu natus es totus, et tu doces nos?” Et eiecérunt eum foras.

Audívit Iesus quia eiecérunt eum foras, et cum invenísset eum dixit ei: “Tu credis in Fílium hóminis?” Respóndit ille et dixit: “Et quis est, Dómine, ut credam iri eum?” Dixit ei Iesus: “Et vidísti eum et qui lóquitur tecum ipse est”. At ille ait: “Credo, Dómine”, et adorávit eum.

Et dixit Iesus: “In iudícium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident vídeant, et qui vident caéci fiant”. Audiérunt hæc ex Pharisaeís qui cum ipso erant, et dixerunt ei: “Numquid et nos caeci sumus?” Dixit eis Iesus: “Si caeci essétis, non haberétis peccátum: nunc vero dícitis: Vidémus: peccátum vestrum manet”.

EVANGELIUM. (*Lectio brevis*) Io 9,1.6-9.13-17.34-38 & Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Præteriens Iesus vidit hóminem caecum a nativité. Et éxspuit in terram et fecit lutum ex sputo, et linívit lutum super óculos eius et dixit ei: “Vade, lava in natatória Síloæ (quod interpretátur: Missus)”. Abiit ergo et lavit et venit videns.

Itaque vicíni, et qui vidébant eum prius quia mendícus erat, dicébant: “Nonne hic est qui sedébat et mendicabat?” Alii dicébant: “Hic est”, álii dicébant: “Nequáquam, sed símilis est eius”. Ille dicébat: “Ego sum”.

Addúcunt eum ad Pharisaeos qui cæcus fúerat. Erat autem sábbatum in qua die lutum fecit Iesus et apéruit óculos eius. Iterum ergo interrogábant et eum Pharisaeí quómo modo vidísset. Ille autem dixit eis: “Lutum pósuit super óculos meos et lavi et vídeo”.

Dicébant ergo ex Pharisaeís quidam: “Non est hic homo a Deo, quia sábbatum non custódit”. Alii autem di-

cebant: “Quómodo potest homo peccátor hęc signa fácere?” Et schisma erat in eis. Dicunt ergo caeco íterum: “Tu quid dicis de eo, quia apéruit óculos tuos?” Ille autem dixit: “Prophéta est!”

Respondérunt et dixerunt ei: “In peccátis tu natus es totus, et tu doces nos?” Et eiecérunt eum foras.

Audívit Iesus quia eiecérunt eum foras, et cum invenísset eum dixit ei: “Tu credis in Fílium hóminis?” Respóndit ille et dixit: “Et quis est, Dómine, ut credam in eum?” Dixit ei Iesus: “Et vidísti eum et qui lóquitur tecum ipse est”. At ille ait: “Credo, Dómine”, et adorávit eum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, hęc munera / et da fámulis tuis
spíritum novum : ut regenerándi ad supérnum
lumen óculos aperiant / et renáti de claritáte in
claritatem incédant : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 9,11b.d

Lutum fecit ex sputo Dóminus, et linívit óculos meos:
et ábii, et lavi, et vidi, et crédidi Deo.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, qui illúminas omnem hóminem veniéntem in
hunc mundum / illúmina, quaésumus, corda nostra
grátia tuæ splendóre : ut digna ac plácita maiestáti tuæ
cogitáre sémper / et te sincére dilígeré valeámus : Per
Dóminum.

FERI A QUINTA

INTROITUS.

Ps 104,3b-4

Lætétur cor quæréntium Dóminum: quærite
Dóminum, et confirmámini: quærite fáciem eius
semper.

Ps 104,1: Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius. Glória Patri. Lætétur cor quæréntium.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

QUæsumus, Dómine, ut pæniténtia emendátos et bonis opéribus erudítos : in mandátis tuis fácias nos perseveráre sinceros / et ad paschália festa perveníre illaeso s : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Reg 4,25-37 (LE: 32-37)

Eliseus incubuit super puerum, et puer aperuit oculos.

Léctio libri secúndi Regum.

IN diébus illis: Venit múlier Sunamítis ad Eliséum virum Dei in montem Carméli. Cumque vidísset eam vir Dei de contra, ait ad Giézi púerum suum: “Ecce Sunamítis illa. Vade cito in occúrsum eius et dic ei. Recténe ágitur circa te et circa virum tuum et circa filium tuum?” Quæ respóndit: “Recte”.

Cumque venísset ad virum Dei in monte, apprehéndit pedes eius; et accéssit Giézi, ut amovéret eam, et ait homo Dei: “Dimítte illam, ánima enim eius in amaritúdine est, et Dóminus celávit me et non indicávit mihi”.

Quæ dixit illi: “Numquid petívi filium a dómimo meo? Numquid non dixi tibi: Ne illúdas me?” Et ille ait ad Giézi: “Accíngelumbos tuos et tolle báculum meum in manu tua et vade. Si occúrrerit tibi homo, non salútes eum; et, si salutáverit te quíspiam, non respóndeas illi. Et pones báculum meum super fáciem púeri”.

Porro mater púeri ait: “Vivit Dóminus, et vivit ánima

tua, non dimittam te”. Surréxit ergo et secútus est eam. Giézi autem præcésserat eos et posúerat báculum super fáciem púeri, et non erat vox neque sensus; reversúsque est in occúrsum eius et nuntiávit ei dicens: “Non evigilávit puer”.

- (1) Ingréssus est ergo Eliséus domum, et ecce puer mórtuus iacébat in léctulo eius; ingressúsque clausit óstium super se et púerum et orávit ad Dóminum. Et ascéndit et incúbuit super púerum posuítque os suum super os eius et óculos suos super óculos eius et manus suas super manus eius et incurvávit se super eum, et calefácta est caro púeri. At ille revérsus deambulávit in domo semel huc et illuc et ascéndit et incúbuit super eum, et sternutávit puer sépties aperuítque óculos.

Et ille vocávit Giézi et dixit ei: “Voca Sunamítin hanc”. Quæ vocáta ingrédita est ad eum. Qui ait: “Tolle filium tuum”. Venit illa et córruit ad pedes eius et adorávit super terram; tulítque filium suum et egréssa est.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 73,20a.19b.22ab

R/. Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

V/. Exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam: memor esto oppróbrii servórum tuórum.

EVANGELIUM.

Io 5,17-29 (LB: 17-23)

Filius quos vult vivificat.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Respóndit Iesus Iudaeis: “Pater meus usque modo operátur, et ego óperor”.

- (1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In diébus illis: Ingréssus est Eliséus domum Sunamítidis, et ecce huius puer mórtuus...

Propterea ergo magis quærebant eum Iudaei interficere quia non solum solvabat sabbatum sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.

Respondit itaque Iesus et dixit eis:

“Amen, amen dico vobis: Non potest Filius a se facere quidquam nisi quod viderit Patrem facientem; quæcumque enim ille faciat, hæc et Filius similiter facit. Pater enim diligit Filium et omnia demonstrat ei quæ ipse facit, et maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.

Sicut enim Pater suscitatur mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat. Neque enim Pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit Filio, ut omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum.

Amen, amen dico vobis: Qui verbum meum audit et credit Ei qui misit me, habet vitam æternam, et in iudicium non venit sed transiit a morte in vitam.

Amen, amen dico vobis: Venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei et qui audierint vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso; et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.

Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii”.

SUPER OBLATA.

Purifica nos misericors Deus : ut Ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia mûnera deferentes / fiant expiatis mentibus gratiores : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 70,16b-17a.18a

Dômine, memorabor iustitiæ tuæ solius: Deus, do-

cuísti me a iuventúte mea: et usque in senéctam et
sénium, Deus, ne derelínquas me.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PUríficent nos, quaésumus, Dómine, sacraménta quæ
sumpsimus / et fámulos tuos ab omni culpa líberos
esse concéde : ut qui consciéntiæ reátu constringunt ur /
cæléstis remédii plenitúdine gloriéntur : Per Dóminum.

FERIA SEXTA

INTROITUS.

Ps 18,15bc

Meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper:
Dómine, adiútor meus, et redémptor meus. Ps 18,2:
Caeli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius
annúntiat firmaméntum. Glória Patri. Meditátio cordis
mei.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

DEus, qui fragilitáti nostræ cóngrua subsídia
præparásti : concéde, quaésumus, ut suæ
reparatiónis efféctum et cum exsultatióne suscípiat / et
pia conversatione recéseat : Per Dóminum.

LECTIO.

I Reg 17,17-24

En vivit filius tuus.

Léctio libri primi Regum.

IN diébus illis: Ægrotávit filius mulieris matris famíliæ; et
erat languor fortis nimis, ita ut non remanéret in eo

hálitus. Dixit ergo ad Elíam: “Quid mihi et tibi, vir Dei? Ingréssus es ad me, ut rememoraréntur iniquitátes meæ, et interfíceres fílium meum? ”.

Et ait ad eam: “Da mihi fílium tuum”. Tulítque eum de sinu illíus et portávit in cenáculum, ubi ipse manébat, et pósuit super léctulum suum; clamavítque ad Dóminum et dixit: “Dómine Deus meus, etiámne víduam, apud quam ego ut hospes hábito, afflixísti, ut interfíceres fílium eius? ”. Et expándit se atque mensus est super púerum tribus vícibus et clamávit ad Dóminum et ait: “Dómine Deus meus, revertátur, oro, ánima púeri huius in víscera eius”.

Et exaudivít Dóminus vocem Elíæ, et revérta est ánima púeri intra eum, et revíxit. Tulítque Elías púerum et depósuit eum de cenáculo in inferiórem domum et trádidit matri suæ et ait illi: “En vivit fílius tuus”.

Dixítque múlter ad Elíam: “Nunc in isto cognóvi quóniam vir Dei es tu, et verbum Dómini in ore tuo verum est”.

RESPONSORIUM.

Ps 117,8-9

R/- Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in hómine.

V/- Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Dómine, non, P- 178,^{vel} sequens:

Ps59,4.6b-7a

Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam.

V/- Sana contritiónes eius, quia mota est.

V/- Ut fúgiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui.

EVANGELIUM.

Io 11,1 -45 (LB: 32-45)

*Lazare, veni foras.**<fr>* Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Erat quidam languens Lázarus a Bethánia, de castélllo Mariae et Marthae soróris eius. María autem erat quae unxit Dóminum unguénto et extérsit pedes eius capíllis suis, cuius frater Lázarus infirmabátur. Misérunt ergo soróres ad eum dicéntes: “Dómine, ecce quem amas infirmátur”. Audiens autem Iesus dixit: “Infirmitas hæc non est ad mortem sed pro glória Dei, ut glorificétur Fílius Dei per eam”.

Diligébat autem Iesus Martham et sorórem eius et Lázarum.

Ut ergo audívit quia infirmabátur, tunc quidem mansit in loco in quo erat duóbus diébus; deínde post hoc dicit discípulis: “Eámus in Iudaeam íterum”.

Dicunt ei discípuli: “Rabbi, nunc quærébant te Iudaéi lapidáre, et íterum vadis illuc? ”

Respóndit Iesus: “Nonne duódecim horae sunt diéi? Si quis ambuláverit in die, non offéndit, quia lucem huius mundi videt; si quis autem ambuláverit in nocte, offéndit, quia lux non est in eo”.

Hæc ait, et post hoc dicit eis: “Lázarus amícus noster dormit, sed vado ut a somno exsúscitem eum”.

Dixerunt ergo ei discípuli: “Dómine, si dormit salvus erit”. Díxerat autem Iesus de morte eius, illi autem putavérunt, quia de dormitióne somni díceret.

Tunc ergo dixit eis Iesus maniféste: “Lázarus mórtuus est, et gáudeo propter vos, ut credátis, quóniam non eram ibi: sed eámus ad eum”.

Dixit ergo Thomas qui dicitur Dídymus ad condiscípulos: “Eámus et nos, ut moriámur cum eo”.

Venit ítaque Iesus et invénit eum quattuor dies iam in monuménto habéntem. Erat autem Bethánia iuxta Hie-

rosólymam quasi stádiis quíndecim. Multi autem ex Iudaeis vénerant ad Martham et Mariám ut consolaréntur eas de fratre.

Martha ergo ut audívit quia Iesus venit, occúrrit illi; Mariá autem domi sedébat. Dixit ergo Martha ad Iesum: “Dómine, si fuísses hic, frater meus non esset mórtuus; sed et nunc scio quia quaecúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus”.

Dicit illi Iesus: “Resúrget frater tuus”.

Dicit ei Martha: “Scio quia resúrget in resurrectione in novíssimo die”.

Dixit ei Iesus: “Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, et si mórtuus fúerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc? ”

Ait illi: “Utique, Dómine; ego crédidi quia tu es Christus Fílius Dei qui in mundum venísti”.

Et cum hæc dixisset, ábiit et vocávit Mariám sorórem suam siléntio, dicens: “Magíster adest et vocat te”. Illa autem ut audívit surréxit cito et venit ad eum; nondum enim vénerat Iesus in castéllum, sed erat adhuc in illo loco ubi occúrrerat ei Martha. Iudaéi ígitur qui erant cum ea in domo et consolabántur eam, cum vidíssent Mariám quia cito surréxit et éxiit, secúti sunt eam, putántes: “Vadit ad monuméntum, ut ploret ibi”, (i) Mariá ergo, cum venísset ubi erat Iesus, videns eum cécidit ad pedes eius, dicens ei: “Dómine, si fuísses hic, non esset mórtuus frater meus”.

Iesus ergo ut vidit eam plorántem et Iudaeos qui vénerant cum ea plorántes, frémuit spírítu et turbávit se ipsum, et dixit: “Ubi posuístis eum? ”

Dicunt ei: “Dómine, veni et vide”. Lacrimátus est le-

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Cum venísset Mariá, soror Lázari, ubi erat Iesus,...

sus. Dicébant ergo Iudaéi: “Eccequómo modo amábat eum”. Quidam autem dixerunt ex ipsis: “Non póterat hic qui aperuit óculos caeci fácere ut et hic non morerétur?”

Iesus ergo rursus fremens in semetípso, venit ad monuméntum; erat autem spelúnca, et lapis superpósitus erat ei.

Ait Iesus: “Tóllite lápidem”.

Dicit ei Martha, soror eius qui mórtuus fúerat: “Dómine, iam fetet, quatríduánus enim est”.

Dicit ei Iesus: “Nonne dixi tibi quóniam si credíderis, vidébis glóriam Dei?” Tulérunt ergo lápidem. Iesus autem elevátis sursum óculis, dixit: “Pater, grátias ago tibi quóniam audísti me. Ego autem sciébam quia semper me audis, sed propter pópulum qui circúmstat dixi, ut credant quia Tu me misísti”. Et hæc cum dixisset, voce magna clamávit: “Lázare, veni foras”. Pródiit qui fúerat mórtuus ligátus pedes et manus ínstitis, et fácies illius sudário erat ligáta. Dicit Iesus eis: “Sólvite eum et sínite eum abíre”.

Multi ergo ex Iudaeis, qui vénerant ad Mariám et víderant quæ fecit, credidérunt in eum.

SUPER OBLATA.

His sacrificiis, Dómine, concéde placátus : ut pópulus tuus, salúbri compunctióne devótus, gratánte quæ præcipis exsequátur / et quæ promíttis accípiat : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 11,33a.35.43b-44a.39b

Videns Dóminus flentes soróres Lázari ad monuméntum, lacrimátus est coram Iudaeis, et exclamávit: Lázare, veni foras: et pródiit, ligátis mánibus et pédibus, qui fúerat quatríduánus mórtuus.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, Dómine, ut sicut de præteritis ad nova transimus / ita, vetustáte depósita, sanctificáti méntibus innovémur : Per Dóminum.

SABBATUM

INTROITUS.

Cf. Is 55,1

Sitiéntes veníte ad aquas, dicit Dóminus: et qui non habétis prétium veníte, et bíbite cum lætítia. Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Sitiéntes veníte ad aquas.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

Flat, Dómine, quaésumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotionis afféctus : quia tunc nobis próderunt suscepta ieiunia / si tuæ sint plácita pietáti : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 49,8-15

Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram.

Léctio libri Isaiae prophétæ.

HÆc dicit Dóminus: “In témpore benepláciti exaudívi te et in die salútis auxiliátus sum tui; et servávi te et dedi te in fœdus pópuli, ut suscitáres terram et distribúeres hereditátes dissipátas.

ut díceres his, qui vincti sunt: "Exíte"
 et his, qui in ténebris: "Revelámini".

Super vias pascéntur,
 et in ómnibus cóllibus decalvátis páscua eórum;
 non esúrient neque sítient,
 et non percútiet eos aestus vel sol,
 quia miserátor eórum reget eos
 et ad fontes aquárum addúcet eos.

Et ponam omnes montes meos in viam,
 et sémitæ meæ exaltabúntur.

Ecce isti de longe vénient,
 et ecce illi ab aquilóne et mari, et
 isti de terra Sinim".

Laudáte, caeli, et exsúlta, terra;
 iubiláte, montes, laudem, quia consolátur
 Dóminus pópulum suum
 et páuperum suórum miserétur.

Et dixit Sion: "Derelíquit me Dóminus,
 et Dóminus oblítus est mei".

Numquid oblivísci potest múlier infántem suum, ut
 non misereátur filio úteri sui?

Et si illa oblíta fúerit,
 ego tamen non oblivíscar tui.

RESPONSORIUM.

Ps 9,35b.22-23a

R/. Tibi, Dómine, derelíctus est pauper: pupíllo tu eris
 adiútor.

V/. Ut quid, Dómine, recessísti longe, déspicis in
 opportunitátibus, in tribulatióne? dum supérbit ímpius,
 incénditur pauper.

EVANGELIUM.

Io 8,12-20

Ego sum lux mundi.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem”

IN illo témpore: Locútus est Iesus Pharisaéis dicens: “Ego sum lux mundi; qui séquitur me non ambulábit in ténebris, sed habébit lucem vitæ”.

Dixerunt ergo ei Pharisaéi: “Tu de te ipso testimónium pérhibes; testimónium tuum non est verum”.

Respóndit Iesus et dixit eis: “Et si ego testimónium perhíbeo de me ipso, verum est testimónium meum, quia scio unde veni et quo vado: vos autem nescítis unde vénio aut quo vado. Vos secúndum carnem iudicátis, ego non iú dico quemquam. Et si iú dico ego, iudícium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui me misit Pater. Sed et in Lege vestra scriptum est quia duórum hóminum testimónium verum est. Ego sum qui testimónium perhíbeo de me ipso et testimónium pérhibet de me qui misit me Pater”.

Dicébant ergo ei: “Ubi est Pater tuus? ”

Respóndit Iesus: “Neque me scitis neque Patrem meum; si me scirétis, fórsitan et Patrem meum scirétis”.

Hæc verba locútus est in gazophylácio docens in templo ; et nemo apprehéndit eum quia necdum vénerat hora eius.

SUPER OBLATA.

POpulum tuum, hanc hóstiam offeréntem, quaésumus ad te, Dómine, toto corde convérte : quia quos deféndis étiam delinquéntes / maióre pietáte tuéris sincéra mente devótos : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 22,1-2

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuæ ibi me collocávit: super aquam refectionis educávit me.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

S Atiáti múnere salutári, quaesumus, Dómine : ut quæ tibi non placent respuentes / tuórum pótius repleámur delectationibus mandatórum : Per Dóminum.

DOMINICA PASSIONIS

INTROITUS.

Ps42,1-2a

Iudica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo, et dolóso éripe me: quia tu es Deus meus, et fortitúdo mea.

Ps 42,3: Emítte lucem tuam, et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua. Glória Patri. Iúdica me, Deus.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Q uaesumus, Dómine Deus noster : ut in illa caritáte, qua Fílius tuus díligens mundum morti se tradidit / inveniámur ipsi, te opitulánte, aláriter ambulánte : Per Dóminum.

†

LECTIO.

Hebr 9,11-15

Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram.

Léctio Epístolæ ad Hebræos.

F Ratres: Christus cum advénit Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius Tabernáculum non manufáctum, id est non huius creatiόνis, neque per

sánguinem hircórum et vitulórum sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, æténa redemptióne invénta.

Si enim sanguis hircórum et taurórum et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatióne[m] carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum æténum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis ad serviéndum Deo vivénti.

Et ídeo Novi Testaménti Mediátor est, ut, morte intercedénte, in redemptióne[m] eárum prævaricatiónum, quæ erant sub prióre Testaménto, repromissióne[m] accípiant qui vocáti sunt æténnæ hereditátis.

RESPONSORIUM.

Ps 142,9a. 10a; 17,48b-49

R/. Eripe me, Dómine, de inimícis meis: doce me fácere voluntátem tuam.

V/. Liberátor meus, Dómine, de géntibus iracúndis: ab insurgéntibus in me exaltábis me: a viro iníquo erípies me.

TRACTUS.

Ps 128,1-4

Sæpe expugnávérunt me a iuventúte mea, dicat nunc Israel.

y. Sæpe expugnávérunt me a iuventúte mea: étenim non potuérunt mihi.

y. Supra dorsum meum fabricávérunt peccatóres.

y. Prolongávérunt iniquitátem sibi.

y. Dóminus iustus concídet cervíces peccatórum.

EVANGELIUM.

Io 8,46-59 (LB: 54-59)

Tulerunt lapides ut iacerent in Iesum.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudaeorum[^] “Quis ex vobis árguit me de peccáto? Si veritátem dico,

quare vos non créditis mihi? Qui est ex Deo verba Dei audit; proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis”.

Respondérunt Iudaéi et dixerunt ei: “Nonne bene dícimus nos quia Samaritánus es tu, et dæmónium habes?”

Respóndit Iesus: “Ego dæmónium non hábeo, sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorátis me. Ego autem non quaero glóriam meam; est qui quærit et iúdicat. Amen, amen dico vobis: Si quis sermónem meum serváverit, mortem non vidébit in ætérnum”.

Dixerunt ergo ei Iudaéi: “Nunc cognóvimus quia dæmónium habes. Abraham mórtuus est et Prophétæ, et tu dicis: Si quis sermónem meum serváverit, non gustábit mortem in ætérnum. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mórtuus est? Et Prophétæ mórtui sunt: quem te ipsum facis?”

Respóndit Iesus: “Si ego glorífico me ipsum, glória mea nihil est; est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis: Deus noster est; et non cognovístis eum, ego autem novi eum. Et si díxero: Non scio eum, ero símilis vobis, mendax, sed scio eum et sermónem eius servo. Abraham pater vester exsultávit ut vidéret diem meum, et vidit et gavísus est”.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: “Quinquagínta annos nondum habes, et Abraham vidísti?”

Dixit eis Iesus: “Amen, amen dico vobis: Ante quam Abraham fieret, ego sum”.

Tulérunt ergo lápides ut iácerent in eum, Iesus autem abscondit se et exívit de templo.

Credo in unum Deum.

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

Im iMo tẽmpore: Dixit Iesus Iudaeis: “Si ego...

SUPER OBLATA.

TRíbue, Dómine, huius sacrificii opératione : ut Christus
Póntifex tibi æquális nos absolvat / quibus símilis
reconciliatióem ín Cruce áttulit : Per Christum.

Praefatio Passionis.

COMMUNIO.

1 Cor 11,24b.25bc

Hoc corpus quod pro vobis tradétur, hic calix novi
testaménti est in meo Sáanguine, dicit Dóminus: hoc
fácite quotiescúmque súmitis, in meam
commemoratióem.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis
cæléste mystérium : ut simus eius in glória coheredes /
cui, mortem ipsíus annuntiando, compátimur : Qui
tecum vivit.

FERIA SECUNDA

INTROITUS.

Ps 55,2

Iserére mei, Dómine, quóniam conculcávit me
homo: tota die bellans tribulávit me.

Ps 55,3: Conculcavérunt me inimíci mei tota die:
quóniam multi bellántes advérsum me.

Glória Patri.

Miserére mei, Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

D Eus, qui, licet salútem hóminum semper operáris, nunc tamen pópulum tuum grátia abundantiore lætífieas : réspice propítius ad electiónem tuam / ut piae protectiónis auxilium et regenerándos múniat et renátos : Per Dóminum.

LECTIO.

Ion 3,1-10

*Conversi sunt Ninevitae de via sua mala.***Léctio libri Ionae prophetae.**

F Actum est verbum Dómini ad Ionam secúndo dicens: “Surge, vade in Níneven civitátem magnam; et praedica in ea praedicationem, quam ego loquor ad te”.

Et surréxit Ionas et ábiit in Níneven iuxta verbum Dómini. Et Níneve erat cívitas magna coram Deo, itinere trium diérum. Et coepit Ionas introíre in civitátem itinere diéi unius; et clamávit et dixit: “Adhuc quadragínta dies, et Níneve subvertétur”.

Et credidérunt viri Ninevítæ in Deo; et praedicavérunt ieiúnium, et vestíti sunt saccis a maióre usque ad minórem. Et pervénit verbum ad regem Níneve; et surréxit de sólio suo et abiécit pállium suum a se et indútus est sacco et sedit in cínere. Et clamávit et dixit in Níneve decreto regis et princípum eius, dicens:

“Hómines et iuménta et boves et pécora non gustent quidquam, nec pascántur et aquam non bibant; et operiántur saccis hómines et iuménta et clament ad Deum in fortitúdine, et convertátur vir a via sua mala et a violéntia, quæ est in mánibus eórum. Quis scit si convertátur et ignóscat Deus et revertátur a furóre iræ suæ, et non peribimus? ”.

Et vidit Deus ópera eórum, quia convérsi sunt de via sua mala; et misértus est Deus super malum, quod locú-

tus fúerat ut fáceret eis, et non fecit.

RESPONSORIUM.

Ps 53,4.3

R/. Deus, exáudi oratióem meam: áuribus pércipe verba oris mei.

V/. Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua iúdica me.

TRACTUS.

Ps 102,10; 78,8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V/. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito anticipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

y. Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

EVANGELIUM.

Io 7,32b-39

Quaeritis me et non invenietis.

& Lécio sancti Evangélli secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Misérunt pontífices et Pharisaeí ministros ut apprehénderent Iesum. Dixit ergo Iesus: “Adhuc módicum tempus vobíscum sum et vado ad Eum qui misit me. Quærétis me et non inveniétis, et ubi sum ego vos non potéstis veníre”.

Dixerunt ergo Iudaíi ad se ipsos: “Quo hic itúrus est, quia nos non inveniémus eum? Numquid in dispersiónem Græcórum itúrus est et doctúrus Graecos? Quis est hic sermo, quem dixit: Quærétis me et non inveniétis, et: Ubi sum ego vos non potéstis veníre?”

In novíssimo autem die magno festivitátis stabat Iesus et clamávit dicens: “Si quis sitit véniat ad me et bibat qui credit in me. Sicut dixit Scriptúra, flúmina de ventre

eius fluent aquæ vivæ”.

Hoc autem dixit de Spíritu quem acceptúri erant credentes in eum: nondum enim erat Spíritus, quia Iesus nondum fúerat glorificátus.

SUPER OBLATA.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos baptísmatis ré-parás sacraménto : súscipe tuórum múnera et vota famulorum / ut in te sperántium et desidéria iúbeas pérfici et peccata deléri : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 23,10b

Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Visita, quaésumus, Dómine, plebem tuam, et corda sacris dicáta mystériis pietáte tuére pervígili : ut remédia salútis æternæ, quæ te miseránte percipit / te protegente custódiat : Per Dóminum.

FERIA TERTIA

INTROITUS.

Ps 26,H

EXspécta Dóminum, viríliter age: et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Ps 26,1a: Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo? Glória Patri. Exspécta Dóminum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

P Reficiat, quaesumus, Domine, plebs tibi dicata pia
 devotionis affectu : ut sacris actionibus erudita,
 quanto maiestati tuae fit gratior / tanto donis potioribus
 augeatur : Per Dominum.

LECTIO.

Dan 14,29-42

Daniel in lacu leonum.

Lectio libri Daniélis prophetae.

IN diebus illis: Congregati sunt Babylonii ad regem, et
 dixerunt ei: “Trade nobis Daniélem; alioquin
 interficiemus te et domum tuam”. Vidit ergo rex quod
 irruerent in eum vehementer et, necessitate compulsus,
 tradidit eis Daniélem.

Qui miserunt eum in lacum leonum, et erat ibi diebus
 sex. Porro in lacu erant septem leones, et dabantur eis
 cotidie duo corpora et duae oves; et tunc non data sunt
 eis, ut devorarent Daniélem.

Erat autem Abacuc propheta in Iudaea et ipse coxerat
 pulmentum et intriverat panes in alveolo et ibat in
 campum, ut ferret messoribus. Dixitque angelus Domini
 ad Abacuc: “Fer prandium, quod habes, in Babylonem
 Da-nieli, qui est in lacu leonum”. Et dixit Abacuc:
 “Domine, Babylonem non vidi et lacum nescio”. Et
 apprehendit eum angelus Domini in vertice eius et
 portavit eum capillo capitis sui posuitque eum in
 Babylone supra lacum in impetu spiritus sui. Et clamavit
 Abacuc dicens: “Daniél, Daniél, tolle prandium, quod
 misit tibi Deus”. Et ait Daniél: “Recordatus es enim mei,
 Deus, et non dereliquisti diligentes te”. Surgensque
 Daniél comedit. Porro angelus Dei restituit Abacuc
 festum in loco suo.

Venit ergo rex die septima, ut lugeret Daniélem; et
 venit ad lacum et introspectit, et ecce Daniél sedens. Et

exclamávit rex voce magna, dicens: “Magnus es, Dómine Deus Daniélis, et non est álius præter te”. Porro illos, qui perditionis eius causa fúerant, intromísit in lacum; et devoráti sunt in moménto coram eo.

RESPONSORIUM.

Ps 42,lb.d.3ab

R/. Discérne causam meam, Dómine: ab hómine iníquo, et dolóso éripe me.

y. Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum.

EVANGELIUM.

Io 7,1-13

Mundus me odit.

“I” **Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.**

IN illo témpore: Ambulábat Iesus in Galilaéam; non enim volébat in Iudaeam ambuláre, quia quærébant eum Iudaéi interficere. Erat autem in próximo dies festus Iudaeorum, Scenopégia. Dixérunt ergo ad eum fratres eius: “Transi hinc et vade in Iudaeam, ut et discípuli tui vídeant ópera tua quæ facis: nemo quippe in occúlto quid facit et quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifésta te ipsum mundo”. Neque enim fratres eius credébant in eum.

Dicit ergo eis Iesus: “Tempus meum nondum adest, tempus autem vestrum semper est parátum. Non potest mundus odísse vos, me autem odit, quia ego testimónium perhíbeo de illo quia ópera eius mala sunt. Vos ascéndite ad diem festum, ego non ascéndo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum implétum est”. Hæc autem cum dixísset, ipse mansit in Galilaéa.

Ut autem ascendérunt fratres eius ad diem festum, tunc et ipse ascéndit, non maniféste, sed quasi in occúlto, Iudaéi ergo quærébant eum in die festo et dicébant: “Ubi est ille?” Et murmur multus de eo erat in turba:

alii quidem dicébant: “Bonus est”, alii autem dicébant: “Non, sed sedúcit turbam”. Nemo tamen palam loquebátur de illo propter metum Iudaeorum.

SUPER OBLATA.

Hostias tibi, Dómine, deférimus immolándas, quæ temporálem consolatióem significant / ut promíssa non desperemus æténa : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Ps 24,22

Rédime me, Deus Israel, ex ómnibus angústis meis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA, quaésumus, omnípotens Deus, ut, quæ divína sunt iúgiter ambientes / donis semper mereámur cæléstibus propinquáre : Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

INTROITUS.

Ps 17,48c-49

Liberátor meus de géntibus iracúndis: ab insurgéntibus
in me exaltábis me: a viro iníquo erípies me,
Dómine.

Ps 17,2b-3a: Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Glória Patri.
Liberátor meus de géntibus.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

Sanctificáta per pæniténtiam tuórum corda
filiórum, Deus miserator, illústra : et, quibus
præstas

devoti6nis affectum / praebe supplic6ntibus pium
benignus auditum : Per D6minum.

LECTIO.

Lev 19,1-2.11-18

Diliges proximum tuum sicut teipsum.

L6ctio libri Lev6tici.

Locutus est D6minus ad M6ysen dicens: “L6quere ad
omnem coetum fili6rum Israel et dices ad eos:
Sancti est6te, quia sanctus sum ego, D6minus Deus
vester.

Non faci6tis furtum. Non menti6mini, nec decipiet
unusqu6sque pr6ximum suum.

Non periur6bis in n6mine meo, nec p6llues nomen
Dei tui. Ego D6minus.

Non f6cies cal6mnia[m] pr6ximo tuo, nec spoli6bis
eum. Non mor6bitur merces mercen6rii apud te usque
mane.

Non maled6ces surdo, nec coram caeco pones
offend6culum; sed tim6bis Deum tuum. Ego D6minus.

Non faci6tis quod in6quum est in iudicio. Non
cons6deres pers6nam p6uperis, nec hon6res vultum
pot6ntis. Iuste i6dica pr6ximo tuo. Non eris crimin6tor
et sus6rro in p6pulo tuo. Non stabis contra s6nguinem
pr6ximi tui. Ego D6minus.

Ne 6deris fratrem tuum in corde tuo; 6rgue eum, ne
h6beas super illo pecc6tum. Non qu6eres ult6ionem, nec
ir6sceris c6vibus tuis. D6ligeris pr6ximum tuum sicut
teipsum. Ego D6minus”.

RESPONSORIUM.

Ps 29,2-4

R/. Exalt6bo te, D6mine, qu6niam suscepisti me: nec
delect6sti inim6cos meos super me.

y. D6mine Deus meus, clam6vi ad te, et san6sti me:
D6mine, abstraxisti ab 6nferis 6nimam meam: salv6sti

me a descendéntibus in lacum.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Dómine, non, p. 205, vel sequens:
Ps21,16-20

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit fáucibus meis, et in púlverem mortis deduxísti me.

y. Circumdedérunt me canes multi: concílium malignántium obsédit me.

V/. Fodérunt manus meas et pedes meos: dinumeravérunt ómnia ossa mea.

T. Ipse vero consideravérunt, et conspexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

y. Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum a me: ad defénsiónem meam cónspice.

EVANGELIUM.

Io 10,22-38 (LB: 30-38)

Ego et Pater unum sumus.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

FActa sunt Encænia in Hierosólymis, hiems erat, et ambulábat Iesus in templo in pórticu Salomónis. Circumdedérunt ergo eum Iudaéi et dicébant ei: “Quoúsque ánimam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam”.

Respóndit eis Iesus: “Dixi vobis et non créditis; ópera quæ ego fácio in nómine Patris mei, hæc testimónium pérhibent de me. Sed vos non créditis, quia non estis ex óvibus meis.

Oves meæ vocem meam áudiunt, et ego cognósco eas, et sequúntur me, et ego vitam ætérnam do eis, et non períbunt in ætérnum, et non rápiet eas quisquam de manu mea.

Pater meus quod dedit mihi maius ómnibus est, et ne-

- mo potest rápere de manu Patris,
- (1) Ego et Pater unum sumus”.
- Sustulérunt íterum lápides Iudaéi ut lapidárent eum.
- Respóndit eis Iesus: “Multa ópera bona osténdi vobis ex Patre; propter quod eórum opus me lapidatis?”
- Respondérunt ei Iudaéi: “De bono ópere non lapidámus te sed de blasphemía, et quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum”.
- Respóndit eis Iesus: “Nonne scriptum est in Lege vestra: Ego dixi: Dii estis? Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptúra, quem Pater sanctificávit et misit in mundum vos dicitis: Blasphémas, quia dixi: Fílius Dei sum? Si non fácio ópera Patris mei, nolíte crédere mihi; si autem fácio, et si mihi non vultis crédere, opéribus créдите, ut cognoscátis et . sciátis quia in me est Pater et ego in Patre”.

SUPER OBLATA.

Concéde nobis, quaésumus, Dómine, hæc digne frequentare mystéria : quia, quóties huius hóstiæ commemorátio celebratur / opus nostræ redemptiónis exercétur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 25,6-7

Lavábo inter innocétes manus meas: et circuíbo altáre tuum, Dómine: ut áudiam vocem laudis tuæ, et enárrem univérta mirabília tua.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Satiáti múnere salutári, tuam, Dómine, misericórdiam deprecámur : ut hoc eódem sacraménto, quo nos temporáliter vegetas / efficias perpétuæ vítæ partíei-

- (1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In fflo témpore: Dixit Iesus Iudaeis: “Ego et Pater...

pes : Per Dóminum.

FERIA QUINTA

INTROITUS.

Dan 3,31b.29a.30a.43b.42b

OMnia quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obædívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ. Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri. Omnia quæ fecisti.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus : ut dígnitas condicióis humánæ per immoderántiam sauciãta / medicinális parcimóniæ stúdio reformétur : Per Dóminum.

LECTIO.

Dan 3,25.34-45

In anima contrita et spiritu humilitatis suscipiamur.

Léctio libri Daniélis prophetae.

IN diébus illis: Stans Azarías orávit sic aperiénsque os suum in médio ignis ait: “Ne, quæsumus, tradas nos in perpétuum propter nomen tuum et ne díssipes testaméntum tuum, neque áuferas misericórdiam tuam a nobis propter Abraham diléctum tuum

et Isaac servum tuum et Israel sanctum tuum,
 quibus dixisti
 quod multiplicáres semen eórum sicut stellas caeli
 et sicut arénam, quæ est in lítore maris; quia, Dómine,
 imminúti sumus plus quam omnes gentes
 sumúsque húmiles in univérsa terra
 hódie propter peccáta nostra, et non est in témpore
 hoc princeps et prophéta et dux,
 neque holocáustum neque sacrificium,
 neque oblátio neque incénsum,
 neque locus primitiárum coram te,
 ut possímus inveníre misericórdiam; sed in ánima
 contríta et spírítu humilitátis suscipiámur
 sicut in holocáusto aríetum et taurórum,
 et sicut in mílibus agnórum pínguium, sic fiat
 sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie,
 et pérfice subsequétes te,
 quóniam non est confúsió confidéntibus in te. Et
 nunc séquimur te in toto corde
 et timémus te et quaerimus fáciem tuam;
 ne confúndas nos,
 sed fac nobíscum iuxta mansuetúdinem tuam
 et secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ
 et érue nos in mirabílibus tuis
 et da glóriam nómini tuo, Dómine. Et confundántur
 omnes, qui osténdunt servis tuis mala; confundántur
 absque ulla poténtia,
 et robur eórum conterátur.
 Sciant quia tu es Dóminus
 Deus solus et gloriósus super orbem terrárum”.

RESPONSORIUM.

Ps 95,8b-9a; 28,9bc

R/. Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte
 Dóminum in aula sancta eius.

V/. Revelábit Dóminus condénsa: et in templo eius

omnes dicent glóriam.

EVANGELIUM.

Lc 7,36-50

Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum.

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Rogábat Iesum quidam de Pharisaéis ut manducáret cum illo; et ingrèssus domum Pharisaei discúbuit. Et ecce múlier quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit quod accúbuit in domo Pharisaei, áttulit alabástrum unguénti et stans retro secus pedes eius flens, lácrimis coepit rigáre pedes eius et capillis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes eius et unguénto ungébat.

Videns autem Phariseus qui vocáverat eum, ait intra se dicens: “Hic si esset prophéta sciret útique quæ et qualis múlier quæ tangit eum, quia peccátrix est”.

Et respóndens Iesus dixit ad illum: “Simon, hábeo tibi áliquid dícere”.

At ille ait: “Magíster, dic”.

“Duo debitóres erant cuidam fæneratóri; unus debébat denários quingéntos, álius quinquagínta. Non habéntibus illis unde rédderent, donávit utrísque. Quis ergo eórum plus díliget eum? ”

Respóndens Simon dixit: “Æstimo quia is cui plus donávit”.

At ille dixit ei: “Recte iudicásti”. Et convérsus ad mulierem, dixit Simóni: “Vides hanc mulierem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti: hæc autem lácrimis rigávit pedes meos et capíllis suis tersit. Osculum mihi non dedísti: hæc autem ex quo intrávi non cessávit osculári pedes meos. Oleo caput meum non unxísti: hæc autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remíssa sunt peccáta eius multa, quóniam diléxit multum; cui autem minus dimíttitur, minus díligit”.

Dixit autem ad illam: “Remissa sunt peccata tua”.

Et cœperunt qui simul accumbébant dícere intra se:
“Quis est hic, qui étiam peccata dimíttit? ”

Dixit autem ad mulierem: “Fides tua te salvam fecit;
vade in pace”.

SUPER OBLATA.

DEus, qui creatúras pótius ad fragilitátis nostræ
subsídium cónditas tuo nómini múnera iussísti
dicân-da / tríbue, quaésumus : ut et vitæ præsentis
auxílium / et æternitátis nobis fiant sacraméntum : Per
Christum.

COMMUNIO.

Ps 118,49-50a

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi
spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

QUod ore sumpsimus, Dómine, pura mente
capiámus / et de múnere temporáli fiat nobis
remédium sempitérnum : Per Dóminum.

FERIA SEXTA

INTROITUS.

Ps 30,10a.16b.18a

Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulo: líbera me,
et éripe me de mánibus inimicórum meórum, et a
persequéntibus me: Dómine, non confúndar, quóniam
invocávi te.

Ps 30,2: In te, Dómine, sperávi, non confúndar in
æténum: in iustítia tua líbera me. Glória Patri. Miserére
mei, Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

Cordibus nostris, quaesumus, Domine, gratiam tuam
benignus infunde : ut peccata nostra castigatione
voluntaria cohibentes / temporaliter potius maceremur,
quam suppliciiis deputentur aeternis : Per Dominum.

LECTIO.

Ier 17,13-18

Sana me, Domine, et sanabor.

Lectio libri Ieremiae prophetae.

IN diebus illis: Dixit Ieremias: "Domine, omnes, qui te
derelinquunt, confundentur,
recedentes a te in terra scribentur,
quoniam dereliquerunt venam
aquarum viventium, Dominum.
Sana me, Domine, et sanabor;
salvum me fac, et salvus ero,
quoniam laus mea tu es.

Ecce ipsi dicunt ad me:

"Ubi est verbum Domini? Veniat".

Et ego non institi pro malo apud te,
et diem calamitatis non desideravi, tu
scis: quod egressum est de labiis meis
rectum in conspectu tuo fuit.

Non sis mihi tu formidini;
refugium meum tu in die afflictionis.

Confundantur, qui me persequuntur,
et non confundar ego; paveant
illi, et non paveam ego; induc
super eos diem afflictionis
et duplici contritione conterere eos".

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 34,20.22

R/- Pacifice loquebantur mihi inimici mei: et in ira mo-

lésti erant mihi.

y. Vidísti, Dómine, ne síleas: ne discédas a me.

TRACTUS.

Dici potest Tractus Dómine, non, p. 205, vel sequens:

Ps21,15-16a

Sicut aqua effúsus sum: et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

y. Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei.

y. Aruit tamquam testa virtus mea: et lingua mea adhæsit fáucibus meis.

EVANGELIUM.

Io 11,45-54

Jesus moriturus ut filios Dei congregaret in unum.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Multi ex Iudaeis, qui vénerant ad Mariám, sorórem Lázari, et víderant quæ fecit Iesus, credidérunt in eum; quidam autem ex ipsis abiérunt ad Pharisaeos et dixerunt eis quæ fecit Iesus.

Collegérunt ergo pontífices et Pharisaéi concílium et dicébant: “Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum, et vénient Románi et tollent nostrum et locum et gentem”. Unus autem ex ipsis, Caiáphas, cum esset póntifex anni illíus, dixit eis: “Vos nescítis quicquam, nec cogitátis quia éxpedit vobis ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat”.

Hoc autem a semetípso non dixit, sed cum esset póntifex anni illíus, prophetávit quia Iesus moritúrus erat pro gente, et non tantum pro gente sed et ut filios Dei qui erant dispérsi congregáret in unum. Ab illo ergo die cogitavérunt ut interfícerent eum.

Iesus ergo iam non in palam ambulábat apud Iudaeos,

sed abiit inde in regionem iuxta desertum, in civitatem
quae dicitur Ephrem, et ibi morabatur cum discipulis.

SUPER OBLATA.

PRæsta nobis, misericors Deus, ut digne tuis servire
semper altaribus mereamur / et eorum perpétua
participatione salvári : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 26,12

Ne tradideris me, Dómine, in ánimas persecúentium
me: quia insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta
est iníquitas sibi.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sumpti sacrificii, Dómine, perpétua nos tuítio non
derelínquat / sed passiónis et resurrectiόνis Fílii tui
memóriam semper in nobis vivíficet : Qui tecum vivit.

Sabbato

COMPASSIO B. V. MARIAE

12 lectionum

INTROITUS.

Ps 85,3.5

Miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota
die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus
in misericórdia ómnibus invocántibus te.

Ps 85,1: Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me:
quóniam inops, et pauper sum ego. Glória Patri.
Miserére mihi, Dómine.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis (nec etiam extra Quadrag.)

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui Fílio tuo in cruce exaltáto compatiéntern Matrem astáre voluísti : da Ecclésiæ tuæ ut Christi passiónis cum ipsa consors effecta / eiúsdem resurrectiόνis párticeps esse mereátur : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 12,1-6a

*Mulier cruciatu ut pariat.***Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.**

Signum magnum appáruit in caelo: Múlier amícta sole, et luna sub pédibus eius, et super caput eius coróna stellárum duódecim, et in útero habens, et clamat partúriens et cruciat a ut páriat.

Et visum est áliud signum in caelo, et ecce Draco rufus magnus, habens cápita septem et córnua decem et super cápita sua septem diadémata, et cauda eius trahit tértiam partem stellárum caeli et misit eas in terram. Et Draco stetit ante Mulíerem quæ erat parítúra, ut cum peperísset Fílium eius devoráret.

Et péperit Fílium, másculum, qui rectúrus est omnes gentes in virga férrea; et raptus est Fílius eius ad Deum et ad thronum eius. Et Múlier fugit in desértum, ubi habet locum parátum a Deo.

RESPONSORIUM.

Ps 16,3

ty. Probásti, Dómine, cor meum, et visitásti nocte. y.
Igne me examinásti, et non est invénta in me iníquitas.

TRACTUS.

Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum. V/. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

y. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur no-

men eius Emmánuel.

y. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

V/. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

y. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

IN MISSIS VOTIVIS.

Extra Quadragesimam:

Loco Tractus dicitur sequens Alleluia:

ALLELUIA.

Phil 2,5

Allelúia, y. Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu. Allelúia.

Tempore Paschali, emittuntur Responsorium et Tractus, et eorum loco dicitur:

ALLELUIA 1.

Phil 2,5

Allelúia, y. Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,1

Allelúia, y. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 19,25-27

Stabat iuxta crucem Iesu mater eius”

Y Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius, María Cléopæ et María Magdalé-

ne.

Cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri: "Mulier, ecce filius tuus". Deinde dicit discipulo: "Ecce mater tua". Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe, misericors Deus, ad tui nominis laudem, preces hostiasque in veneratione beatae Mariae Virginis exhibitas / quam, stantem iuxta crucem Iesu, clementer nobis Matrem piissimam providisti : Per Christum.

COMMUNIO.

Lc 1,38b

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sumptis, Domine, sacramentis redemptionis aeternae : supplices deprecamur, ut compassionem Beatae Mariae Virginis recolentes / ea in nobis pro Ecclesia adimpleamus, quae desunt Christi passionum : Per Dominum.

DOMINICA PALMARUM

BENEDICTIO RAMORUM.

Benedictio ramorum locum tenet actus paenitentialis.

Post Introitum, stans in cathedra Celebrans benedictionem cantat to no lectio num, manu dextera extensa super ramos benedicendos.

ORATIO.

Oremus /

AD esto supplicatióibus nostris, Dómine, qui Rex mansuétus, mansuétí asélli tergo insídens, ad PassiÓNem tuam spontáneus advenisti / cum tibi ramis arbó-reis discipulórum turbae occurrerunt resultántes : Hosán-na, Fílio David : benedíctus qui venit in nomine Dómini.

Tu quondam colúmbas ministério : Noe in arca, per olivae ramum pacem in terris rédditam nuntiári voluísti. Ex huius árboris ramis óleum benedictiÓNis Iacob in lapidem infúdit : unde étiam reges et prophétas tuos unxísti.

Tu enim es Christus Dei: tibi cómpetit fructus unctiÓNis et pacis / in cuius ineffábilem unctiÓNem psalmísta cécinit dicens : Unxit te Deus, Deus tuus, óleo exsultatiÓNis.

Quaprópter, quaesumus, Dómine : bene & dic hos ramos quos tui fámuli gestántes te glorificáre desíderant.

Advéni ergo in córdibus nostris / ut in médio nostri te consísteré sentiámus : et, ímbribus tuis irrigáti, fructum viriditátis habeámus.

Concéde, ut qui hódie tibi triumpháti pálmites exhibémus : redeúnti in secúndo advéntu cum palmis victóriæ laeti mereámur occurrere / Salvátor mundi, qui cum Patre in unitáte Spíritus Sancti vivis ét regnas Deus : per ómnia saécula saeculorum.

R/. "Amen.

Benedicti vero Rami, aspersique aqua benedicta, incipiente Cantor e Antiphonam Collegérunt, traduntur a Sacerdote in gradu sanctuarii. Singuli, facta modica inclinatione ad Celebrantem, flexis genibus ramum accipiunt; postea, ad latus paululum pergentes, Sanctissimo Sacramento inclinant.

Interim cantatur dicta Antiphona cum Versiculis sequentibus.

ANTIPHONA.

Io 11,47-49a.50b.53.48b

Collegérunt Pontífices et Pharisaeí concílium, et dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum.

V/. Ne forte véniant Románi, et tollant nostrum locum, et gentem.

V/. Unus autem ex ipsis, Cáiphas nómine, cum esset Póntifex anni illíus, prophetávit dicens: Expedit vobis ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat.

V/. Ab illo ergo die cogitavérunt interfícere eum dicétes.

V/. Ne forte véniant Románi, et tollant nostrum locum, et gentem.

Si opus sit, Antiphona repetitur.

Diaconus ultimus duos ramos porrigit Celebranti, quorum unum de ipsius manu accipit, alterum Celebrans retinet sibi, usque ad offertorium.

Cum omnes ad sedes regressi sunt, incipitur Kýrie, et Celebrans digitos abluit.

Ramos per totam Missam manu tenemus, sicut fecerunt Iudaei, ingressum Domini comitantes in Ierusalem ad paschale mysterium consummandum. Diaconus tamen dum legit Passionem, ramum non tenet.

INTROITUS.

Ps 21,20.22

Domine, ne longe fácias auxiliú tuum a me: ad defensiónem meam áspice: líbera me de ore leónis, et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ps 21,2a: Deus, Deus. meus, réspice in me: quare me dereliquísti? Glória Patri. Dómine, ne longe fácias.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui humano géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmer, et crucem subíre fecísti / concede propítius : ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta / et Resurrectiónis consórtiá mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Phii2,5-11

Factus oboediens usque ad mortem.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Philippéenses.

FRatres: Hoc sentíte in vobis quod et in Christo Iesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo, sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus: et hábitu invéntus ut homo, humiliávit semetípsum factus oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus illum exaltávit et donávit illi Nomen quod est super omne nomen, ut in Nómine Iesu omne genu flectátur cæléstium et terréstrium et infernórum et omnis lingua confiteátur “Dóminus Iesus Christus! ”, in glóriam Dei Patris.

RESPONSORIUM.

Ps 72,23b-24.1-3

R/. Tenuísti manum délixteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me, et cum glória assumpsísti me.

y. Quam bonus Israel Deus rectis corde: mei autem pæne moti sunt pedes, pæne effúsi sunt gressus mei: quia zelávi in peccatóribus, pacem peccatórum videns.

TRACTUS.

Ps 21,2-9.18b-19.22.24ab.31b-32

Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquí-

sti?

y. Longe a salute mea verba delictorum meorum.

y. Deus meus, clamabo per diem, nec exaudies: et nocte, et non ad insipientiam mihi.

y. Tu autem in sancto habitas, laus Israel.

y. In te speraverunt patres nostri: speraverunt, et liberasti eos.

y. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: in te speraverunt, et non sunt confusi.

y. Ego autem sum vermis, et non homo: opprobrium hominum, et abiectio plebis.

y. Omnes qui videbant me, aspernabantur me: locuti sunt labiis, et moverunt caput.

y. Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum.

y. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

y. Libera me de ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam.

y. Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Iacob magnificate eum.

y. Annuntiabitur Domino generatio ventura: et annuntiabunt caeli iustitiam eius.

y. Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

EVANGELIUM.

Mt 26,1- 27,66 (LB: 27,45-66) (1)

Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Matthaum. *A choro nihil respondetur.*

Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam?

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis; “Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis traditur ut

(1) *Lectio brevis tantum adhiberi potest in Missa lecta.*

crucifigátur”.

Tunc congregáti sunt príncipes sacerdotum et senióres pópuli in aulam príncipis sacerdotum qui dicebátur Caiáphas, et consilium fecérunt ut Iesum dolo tenérent et occíderent; dicébant autem: “Non in die festo, ne tumúltus fiat in pópulo”.

Cum autem esset Iesus in Bethánia, in domo Simónis leprósi, accessit ad eum múlier habens alabástrum unguénti pretiósi et effúdit super caput ipsíus recumbéntis. Vidéntes autem discípuli, indignáti sunt dicéntes: “Ut quid perdítio hęc? Pótuít enim istud venúndari multo et dari paupéribus”.

Sciens autem Iesus ait illis: “Quid molésti estis mulíeri? Opus enim bonum operáta est in me; nam semper páuperes habétis vobíscum, me autem non semper habétis. Mittens enim hęc unguéntum hoc supra corpus meum, ad sepeliéndum me fecit. Amen dico vobis, ubicúmque prædicátum fúerit hoc Evangélium in toto mundo, dicétur et quod hęc fecit in memóriam eius”.

Tunc ábiit unus de Duódecim, qui dicebátur Iudas Is-cariótes, ad príncipes sacerdotum, et ait: “Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam? ” At illi constituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde quærébat opportunitátem ut eum tráderet.

Ubi vis paremus tibi Pascha ?

Prima autem Azymórum accessérunt discípuli ad Iesum dicéntes: “Ubi vis parémus tibi comédere Pascha? ”

Ille autem dixit: “Ite in civitátem ad quemdam et dícite ei: Magíster dicit: Tempus meum prope est; apud te fácio Pascha cum discípulis meis”. Et fecérunt discípuli sicut constitúit illis Iesus, et paravérunt Pascha.

Unus vestrum me traditurus est.

Véspere autem factó, discumbébat cum Duódecim.

Et edéntibus illis, dixit: “Amen dico vobis: Unus vestrum me traditúrus est”.

Et contristáti valde, coepérunt sínguli dícere ei: “Numquid ego sum, Dómine?”

At ipse respóndens ait: “Qui intíngit mecum manum in parópside, hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit sicut scriptum est de illo, vae autem hómini illi per quem Fílius hóminis tráditur: bonum erat ei si natus non fuisset homo ille”.

Respóndens autem Iudas, qui trádidit eum, dixit: “Numquid ego sum, Rabbi?”

Ait illi: “Tu dixísti”.

Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus.

Cenántibus autem eis, accépit Iesus panem et benedíxit ac fregit dedítque discípulis et ait: “Accípите, comédite: hoc est corpus meum”. Et accípiens cálicem, grátias egit et dedit illis, dicens: “Bíbite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus novi testaménti, qui pro multis effúnditur in remissiónem peccatórum. Dico autem vobis: Non bibam ámodo de hoc genímine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobíscum novum in Regno Patris mei”.

Et hymno dicto, exiérunt in Montem Olivéti.

Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.

Tunc dicít illis Iesus: “Omnes vos scándalum patiémíni in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percútiam pastórem, et dispergéntur oves gregis. Postquam autem resurréxero, præcédam vos in Galilaéam”.

Respóndens autem Petrus ait illi: “Et si omnes scandalizáti fúerint in te, ego numquam scandalizábor”.

Ait illi Iesus: “Amen dico tibi: In hac nocte, ante quam gallus cantet, ter me negábis”.

Ait illi Petrus: “Etiam si oportúerit me mori tecum,

non te negábo”. Simíliter et omnes discípuli dixerunt.

Coepit contristari et maestus esse.

Tunc venit Iesus cum illis in praedium quod dicitur Gethsémani. Et dicit discipulis: “Sedéte hic, donec vadam illuc et orem”. Et assumpto Petro et duobus filiis Zebedaí, coepit contristári et maestus esse. Tunc ait illis: “Tristis est ánima mea usque ad mortem; sustinéte hic et vigiláte mecum”.

Et progréssus pusillum, prócidit in fáciem suam orans et dicens: “Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste: verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut Tu”.

Et venit ad discipulos et invénit eos dormiéntes, et dicit Petro: “Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte et oráte, ut non intrétis in tentatiónem: spíritus quidem promptus est, caro autem infírma”.

Iterum secúndo ábiit et orávit dicens: “Pater mi, si non potest hoc transíre nisi bibam illud, fiat volúntas tua”. Et venit íterum et invénit eos dormiéntes, erant enim óculi eórum graváti. Et relíctis illis, íterum ábiit et orávit tértio, eúndem sermónem íterum dicens. Tunc venit ad discipulos et dicit illis: “Dormíte iam et requiéscite; ecce appropinquávit hora et Fílius hóminis tráditur in manus peccatórum. Súrgite, eámus: ecce appropinquávit qui me tradit”.

Manus iniecerunt in Iesum et tenuerunt eum.

Et adhuc ipso loquente, ecce Iudas, unus de Duódecim, venit et cum eo turba multa cum gládiis et fústibus, missi a princípibus sacerdotum et senióribus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis signum dicens: “Quemcúmque osculátus fúero, ipse est, tenéte eum”. Et conféstim accédens ad Iesum dixit: “Ave, Rabbi!” et osculátus est eum.

Iesus autem dixit illi: “Amíce, ad quod venísti”. Tunc

accessérunt et manus iniecérunt in Iesum et tenuérunt eum.

Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu exténdens manum exémit gládium suum, et percútiens servum príncipis sacerdotum amputávit aurículam eius. Tunc ait illi Iesus: “Convérte gládium tuum in locum suum, omnes enim qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas quia non possum rogáre Patrem meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiónes angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scripturae quia sic opórtet fieri?”

In illa hora dixit Iesus turbis: “Tamquam ad latrónem existis cum gládiis et fústibus comprehendere me? Cotídie sedébam docens in templo et non me tenuístis”. Hoc autem totum factum est ut impleréntur Scripturae Prophetárum. Tunc discípuli omnes, relicto eo, fugérunt.

Videbitis Filium hominis a dextris Virtutis.

Illi autem tenéntes Iesum duxérunt ad Caiápham príncipem sacerdotum, ubi scribæ et senióres convénerant. Petrus autem sequebátur eum a longe usque in aulam príncipis sacerdotum; et ingressus intro sedébat cum minístris ut vidéret finem.

Príncipes autem sacerdotum et omne concílium quærébant falsum testimónium contra Iesum ut eum morti tráderent, et non invenérunt, cum multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem veniéntes duo dixerunt: “Hic dixit: "Possum destrúere Templum Dei et post tríduum ædificáre illud"”.

Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: “Nihil respóndes? Quid isti advérsus te testificantur?” Iesus autem tacébat. Et princeps sacerdotum ait illi: “Adiúro te per Deum vivum ut dicas nobis si tu es Christus Fílius Dei”.

Dicit illi Iesus: “Tu dixísti. Verúmtamen dico vobis: Amodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris Vir-

tútis et veniéntem in núbibus caeli”.

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: “Blasphemavit I Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur? ” Illi autem respondentes dixerunt: “Reus est mortis”.

Tunc expuerunt in faciem eius et colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ei dederunt dicentes: “Propheta nobis, Christe, quis est qui te percussit? ”

Prius quam gallus cantet, ter me negabis.

Petrus vero sedebat foris in atrio; et accessit ad eum una ancilla, dicens: “Et tu cum Iesu Galilaeo eras”.

At ille negavit coram omnibus dicens: “Nescio quid dicis”.

Exeunte autem illo ad ianuam vidit eum alia et ait his qui erant ibi: “Hic erat cum Iesu Nazareno”.

Et iterum negavit cum iuramento: “Non novi hominem”.

Post pusillum autem accesserunt qui stabant et dixerunt Petro: “Vere et tu ex illis es, nam et loquela tua manifestum te facit”.

Tunc coepit detestari et iurare: “Non novi hominem”. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat: “Prius quam gallus cantet, ter me negabis”. Et egressus foras ploravit amare.

Tradiderunt Iesum Pilato praesidi.

Mane autem facto, consilium iniérunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Iesum ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum et tradiderunt Pilato praesidi.

Non licet mittere eos in corbanam, quia pretium sanguinis est.

Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus

esset, pæniténtia ductus, réttulit trigínta argénteos princípibus sacerdotum et senióribus dicens: “Peccávi tradens sánguinem innocéntem”.

At illi dixerunt: “Quid ad nos? Tu víderis”. Et proiécit argénteis in templo, recéssit et ábiens láqueo se suspéndit.

Príncipes autem sacerdotum, accéptis argénteis, dixerunt: “Non licet mittere eos in corbánam, quia prétium sánguinis est”. Consilio autem iníto, emérunt ex illis Agrum Fíguli in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille 'Ager Sánguinis' usque in hodiérnum diem.

Tunc implétum est quod dictum est per Ieremiam prophétam dicéntem: “Et accepérunt trigínta argénteos, prétium appretiáti quem appretiavérunt a filiis Israel, et dedérunt eos in agrum fíguli, sicut constituit mihi Dóminus”.

Tu es Rex Iudaeorum?

Iesus autem stetit ante praesidem; et interrogávit eum praeses dicens: “Tu es Rex Iudaeorum?”

Dixit autem Iesus: “Tu dicis”. Et cum accusarétur a princípibus sacerdotum et senióribus, nihil respóndit.

Tunc dicit illi Pilátus: “Non audis quanta advérsus te dicant testimónia?” Et non respóndit ei ad ullum verbum, ita ut mirarétur praeses veheménter.

Per diem autem sollémnem consuéverat praeses dimittere turbæ unum vinctum quem voluissent. Habébant autem tunc vinctum insígnem, qui dicebátur Barábbas. Congregátis ergo illis dixit Pilátus: “Quem vultis dimíttam vobis, Barábbam, an Iesum qui dicitur Christus?” Sciébat enim quod per invídiam tradidissent eum.

Sedénte autem illo pro tribunáli, misit ad illum uxor eius dicens: “Nihil tibi et iusto illi, multa enim passa sum hódie per visum propter eum”.

Príncipes autem sacerdotum et senióres persuaserunt turbis ut péterent Barábbam, Iesum vero pérderent. Respóndens autem praeses ait illis: “Quem vultis vobis de duóbus dimíttam? ”

At illi dixerunt: “Barábbam”.

Dicit illis Pilátus: “Quid ígitur fáciam de Iesu, qui dicitur Christus? ”

Dicunt omnes: “Crucifigátur”.

Ait autem: “Quid enim mali fecit? ”

At illi magis clamábant dicétes: “Crucifigátur”.

Videns autem Pilátus quia nihil proficeret sed magis tumúltus fieret, accépta aqua lavit manus coram turba dicens: “Innocens ego sum a ságuine hoc: vos vidéritis”.

Et respóndens univérsus pópulus dixit: “Sanguis eius super nos et super filios nostros”. Tunc dimísit illis Barábbam, Iesum autem flagellátum trádedit ut crucifigerétur.

A ve, rex Iudaeorum.

Tunc mílites praesidis suscipiétes Iesum in praetório congregavérunt ad eum univérsam cohórtem. Et exuéntes eum, clámydem coccíneam circumdedérunt ei, et plectétes corónam de spinis posuérunt super caput eius et harúndinem in délixtera eius, et genu flexo ante eum illudébant ei dicétes: “Ave, rex Iudaeorum”. Et ex-spuéntes in eum accepérunt harúndinem et percutiébant caput eius. Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum clá-myde et induérunt eum vestiméntis eius, et duxérunt eum ut crucifigerent.

Crucifiguntur cum eo duo latrones.

Exeútes autem invenérunt hóminem Cyrenaéum, nómine Simónem; hunc angariavérunt ut tólleret crucem eius.

Et venérunt in locum qui dicitur Gólgotha, quod est

Calváriæ Locus, et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mixtum; et cum gustásset, nóluit bíbere. Postquam autem crucifixerunt eum, divisérunt vestiménta eius sortem mitténtes, et sedéntes servábant eum ibi.

Et imposuérunt super caput eius causam ipsíus scriptam: “Hic est Iesus Rex Iudaeorum”. Tunc erucifigún-tur cum eo duo latrónes, unus a dextris et unus a sinístris.

Si Filius Dei es, descende de cruce.

Prætereúntes autem, blasphemábant eum, movéntes cápita sua et dicéntes: “Qui déstruis templum et in trídno illud reädíficas, salva temetípsum, si Fílius Dei es, descénde de cruce”.

Simíliter et príncipes sacerdotum illudéntes cum scribis et senióribus dicébant: “Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum fácere; rex Israel est, descéndat nunc de cruce et credémus in eum. Confídit in Deo, líberet nunc si vult eum; dixit enim: Dei Fílius sum”. Idípsum autem et latrónes qui crucifíxi erant cum eo improperábant ei.

Eli, Eli, lema sabacthani?

A sexta autem hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Iesus voce magna dicens: “Eli, Eli, lema sabacthani? ”, hoc est: “Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? ”

Quidam autem ex illic stántibus, audiéntes dicébant: “Elíam vocat iste”. Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto et impósuit harúndini et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant: “Sine, videámus an véniat Elías líberans eum”.

Iesus autem íterum clamans voce magna emísit spíritum.

Hic Sacerdos modice inclinatus, Diaconus genua flectit et prosternitur, unoquoque submissa voce dicente:

Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi, quia per mortem tuam redemisti mundum.

Et ecce velum Templi scissum est a summo usque deorsum in duas partes, et terra mota est, et petrae scissae sunt, et monumenta aperta sunt et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant custodiens Iesum, viso terrae motu et his quae fiebant, timuerunt valde, dicentes: "Vere Dei Filius erat iste".

Erant autem ibi mulieres multae a longe aspicientes, quae secutae erant Iesum a Galilaea ministrantes ei; inter quas erat Maria Magdalene et Maria Iacobi et Ioseph mater et mater filiorum Zebedaei.

Ioseph posuit corpus Iesu in monumento suo novo.

Cum sero autem factum esset, venit homo dives ab Arimathaea, nomine Ioseph, qui et ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi. Et accepto corpore, Ioseph involvit illud in sindone munda, et posuit illud in monumento suo novo quod exciderat in petra, et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti et abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene et altera Maria sedentes contra sepulcrum.

Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis.

Altera autem die quae est post Parasceven!, convenerunt principes sacerdotum et Pharisaei ad Pilatum dicentes: "Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens: "Post tres dies resurgam". Iube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant

discípuli eius et furéntur eum et dicant plebi: Surréxit a mórtuis, et erit novíssimus error péior prióre”.

Ait illis Pilátus: “Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis”. Illi autem abeúntes muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem, cum custódia.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

PEr Unigéniti tui passiónem placátio tua nobis, Dóminé, sit propínqua : quam, etsi nostris opéribus non meremur / interveniénte sacrificio singulári, tua per-cipiámus miseratione prævénti : Per Christum.

Praefatio Passionis.

COMMUNIO.

Mt 26,42b

Pater, si non potest hic calix transíre nisi bibam illum, fiat volúntas tua.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

SAcro múnere satiáti, súplices te, Dóminé, deprecámur : ut, qui fecísti nos morte Fílii tui speráre quod crédimus / fácias nos, eódem resurgénte, perveníre quo téndimus : Per Dóminum.

FERIA SECUNDA

INTROITUS.

Ps 34,1-2; 139,8a

TUdica, Dómine, nocéntes me, expúgna impugnántes **A** me: apprehénde arma et scutum, et exsúrge in adiutórium meum, Dómine, virtus salútis meæ.

Ps 34,3: Effúnde frámeam, et conclúde advérsus eos qui persecúntur me: dic ánimæ meæ, Salus tua ego sum.

Glória Patri.
Iúdica, Dómine, nocéntes me.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génua. Leváte.)

DA, quæsumus, omnípotens Deus : ut, qui ex nostra infirmitáte defícimus / intercedénte Unigéniti Fílii tui passióne, respirémus : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 50,4-10

Dorsum meum dedi percutientibus.

Léctio libri Isaiae prophetae.

Dominus Deus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentáre eum qui lassus est verbo; éxcitat mane, mane éxcitat mihi aurem, ut áudiam quasi discípulus. Dóminus Deus apéruit mihi aurem; ego autem non rebeUávi, retrórsum non ábii. Dorsum meum dedi percutiéntibus et genas meas velléntibus: fáciem meam non avérti ab increpatiόνibus et sputis. Dóminus Deus auxiliátor meus; ídeo non sum confúsus, ídeo pósuit fáciem meam ut petram duríssimam, et scio quóniam non confúndar. Iuxta est qui iustíficat me; quis contradícet mihi? Stemus simul; quis est adversárius meus? Accédát ad me. Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus; quis est qui condémnet me? Ecce omnes quasi vestiméntum conteréntur,

tínea cómedet eos. Quis ex
vobis timet Dóminum,
áudiens vocem servi sui? Qui ambulávit in
ténébris, et non est lumen ei,
speret in nómine Dómini,
et innitátur super Deum suum.

RESPONSORIUM.

Ps 34,23.3ab

R/. Exsúrge, Dómine, et inténde iudício meo, Deus
meus, et Dóminus meus in causam meam.

y. Effúnde frámeam, et conclúde advérsus eos qui me
persequúntur.

TRACTUS.

Ps 102,10; 78,8 9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis:
neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V/. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum
antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia
páuperes facti sumus nimis.

V/. Aduva nos, Deus salutáris noster: et propter
glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius
esto peccátis nostris propter nomen tuum.

EVANGELIUM.

Io 12,1-36 (LB: 27-36)

Si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me ipsum.

3+ Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

ANte sex dies Paschae venit Iesus Bethániam, ubi erat
Lázarus, quem suscitávit a mórtuis Iesus. Fecerunt
ergo ei cenam ibi, et Martha ministrábat, Lázarus vero
unus erat ex discumbéntibus cum eo. María ergo accépit
libram unguénti nardi puri, pretiósí, et unxit pedes Iesu
et extérsit capíllis suis pedes eius; domus autem impléta
est ex odóre unguénti.

Dicit autem Iudas Iscariótes, unus ex discípulis eius,

qui erat eum traditúrus: “Quare hoc unguéntum non véniit trecéntis denáriis, et datum est egénis? ” Dixit autem hoc non quia de egénis pertinébat ad eum, sed quia fur erat et, lóculos habens, ea quæ mittebántur portábat.

Dixit ergo Iesus: “Sine illam, ut in diem sepulturae meæ servet illud. Páuperes enim semper habétis vobíscum, me autem non semper habétis”.

Cognóvit ergo turba multa ex Iudaeis quia illic est, et venérunt non propter Iesum tantum, sed ut et Lázarum vidérent, quem suscitávit a mórtuis. Cogitavérunt autem príncipes sacerdotum ut et Lázarum interficerent, quia multi propter illum abíbant ex Iudaeis et credébant in Iesum.

In crástinum turba multa quæ vénerat ad diem festum, cum audíssent quia venit Iesus Hierosólymam, accepérunt ramos palmárum et processérunt óbviám ei, et clamábant: “Hosáanna! Benedíctus qui venit in Nómine Dómini, et rex Israel”. Invénit autem Iesus aséllum et sedit super eum, sicut scriptum est: “Noli timére, fília Sion: ecce rex tuus venit, sedens super pullum ásinæ”.

Hæc non cognovérunt discípuli eius primum, sed quando glorificátus est Iesus tunc recordáti sunt quia hæc erant scripta de eo et hæc fecérunt ei.

Testimónium ergo perhibébat turba quæ erat cum eo, quando Lázarum vocávit de monuménto, et suscitávit eum a mórtuis. Proptérea et óbviám venit ei turba, quia audiérunt eum fecísse hoc signum.

Pharisaéi ergo dixerunt ad semetípsos: “Vidétis quia nihil profícitis, ecce mundus post eum ábiit”.

Erant autem Graeci quidam ex his qui ascénderant ut adorárent in die festo; hi ergo accessérunt ad Philíppum, qui erat a Bethsáida Galilaeae, et rogábant eum dicétes: “Dómine, vólumus Iesum vidére”. Venit Philíppus et dicit Andréæ; venit Andréas et Philíppus et dicunt Iesu.

Iesus autem respóndet eis dicens: “Venit hora ut glo-

rificétur Fílius hóminis. Amen, amen dico vobis: Nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet; si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdit eam, et qui odit ánimam suam in hoc mundo in vitam ætérnam custódiét eam. Si quis mihi minístrat, me sequátur, et ubi sum ego, illic et miníster meus erit: si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater.

- (1) Nunc ánima mea turbáta est. Et quid dicam? Pater, salvífica me ex hora hac? Sed proptérea veni in horam hanc. Pater, glorífica tuum Nomen”.

Venit ergo vox de caelo: “Et glorificávi, et íterum glorificábo”. Turba ergo, quæ stabat et audíerat, dicébat tonítruum factum esse, álii dicébant: “Angelus ei locútus est”. Respóndit Iesus et dixit: “Non propter me vox hæc facta est sed propter vos. Nunc iudícium est huius mundi, nunc princeps huius mundi eiciétur foras: et ego, si exaltátus fúero a terra, omnes traham ad me ipsum”.

Hoc autem dicébat significans qua morte esset moritúrus.

Respóndit ergo ei turba: “Nos audívimus ex Lege quia Christus manet in ætérnum, et quómo do tu dicis: Opórtet exaltári Fílium hóminis? Quis est iste Fílius hóminis?”.

Dixit ergo eis Iesus: “Adhuc módicum tempus lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis, ut non ténebræ vos comprehéndant; et qui ámbulat in ténebris nescit quo vadat. Dum lucem habétis, créдите in lucem, ut filii lucis fiátis”. Hæc locútus est Iesus, et ábiit et abscondit se ab eis.

- (1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Nunc...

SUPER OBLATA.

HÆc sacrificia nos, omnipotens Deus, potènti virtúte mundatos / ad suum fáciant puriòres veníre princípium : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 34,26

Erubéscant et revearéantur simul, qui gratulántur malis meis: induántur pudóre et reveréntia, qui máliгна loquúntur advérsum me.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Super pópulum tuum, quaésumus, Dómine, qui mortem Fílii tui in spe resurrectiònis recóluit, benedíctio copiòsa descéndat / ut perceptiòne huius mystérii, fides sancta succréscaat : Per Dóminum.

FERIA TERTIA

INTROITUS.

Cf. Gai 6,14

NOs autem gloriári opórtet in cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus.

Ps 66,2: Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. Glória Patri. Nos autem gloriári.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus génuá. Leváte.)

DEus, per cuius ineffábilem grátiam omnibenedictiòne ditámur : praesta nobis, ita in novitáte a vetustáte transíre / ut regni cæléstis gloriæ praeparentur : Per

Dóminum.

LECTIO.

Ier 11,18-20

Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.

Lectio libri Ieremiae prophetae.

TU, Dómine, demonstrásti mihi, et cognóvi; tunc ostendísti mihi ópera eórum.

Et ego quasi agnus mansuétus, qui portátur ad víctimam; et non cognóvi quia super me cogitavérunt consília: “Cædámus lignum in vigóre eius et eradámus eum de terra vivéntium, et nomen eius non memorétur ámplius”. Tu autem, Dómine exercítuum,

qui iúdicas iuste et probas renes et corda,
vídeam ultiónem tuam ex eis:

tibi enim revelávi causam meam.

RESPONSORIUM.

Ps 34,13.1-2

R/. Ego autem cum mihi molésti essent, induébam me cilício: et humiliábam in ieiúnio ánimam meam: et orátio in sinu meo convertétur.

V/. Iúdica, Dómine, nocéntes me, expúgna impugnántes me: apprehénde arma et scutum, et exsúrge in adiutórium mihi.

EVANGELIUM.

Me 14,1- 15,47 (LB: 15,33-47) (1)

Pássio Dómini nostri Iesu Christi secúndum Marcum.

A choro nihil respondetur.

Quaerebant quomodo Iesum dolo tenerent et occiderent.

ERat Pascha et Azyma post bíduum. Et quærébant summi sacerdótes et scribæ quómo Iesum dolo

(1) *Lectio brevis tantum adhiberi potest in Missa lecta.*

tenérent et occíderent; dicébant enim: “Non in die festo ne forte tumúltus fieret pópuli”.

Praevenit ungere corpus meum in sepulturam.

Et cum esset Bethánia in domo Simónis leprósi et recumberet, venit múlier habens alabástrum unguénti nardi puri pretiósí; fracto alabástro, effúdit super caput eius. Erant autem quidam indígne feréntes intra semetípsos: “Ut quid perditio ista unguénti facta est? Póterat enim unguéntum istud veníri plus quam trecéntis denáriis et dari paupéribus”. Et fremébant in eam.

Iesus autem dixit: “Sínite eam; quid illi molésti estis? Bonum opus operáta est in me. Semper enim páuperes habétis vobíscum, et cum voluérítis, potéstis illis bene fácere, me autem non semper habétis. Quod hábuit, operáta est: prævénit úngere corpus meum in sepultúram. Amen autem dico vobis: Ubicúmque prædicátum fúerit Evangélium in univérsum mundum, et quod fecit hæc, narrábitur in memóriam eius”.

Promiserunt Iudae pecuniam se daturos.

Et Iudas Iscárioth, unus de Duódecim, ábiit ad summos sacerdótes ut próderet eum illis. Qui audiéntes gavísi sunt et promiserunt ei pecúniam se datúros. Et quærébat quómo illo oppórtune tráderet.

Ubi est refectio mea ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

Et primo die Azymórum, quando Pascha immolábant, dicunt ei discípuli eius: “Quo vis eámus et parémus ut mandúces Pascha?”

Et mittit duos ex discípulis suis et dicit eis: “Ite in civitátem, et occúrret vobis homo lagénam aquæ báiulans; sequímini eum, et quocúmque introíerit, dícite dómino domus: Magíster dicit: Ubi est refectio mea ubi Pascha cum discípulis meis manducem? Et ipse vobis demon-

strábit cenáculum grande stratum parátum: et illic paráte nobis”. Et abiérunt discipuli et venérunt in civitátem et invenérunt sicut díxerat illis, et paravérunt Pascha.

Unus ex vobis me tradet, qui manducat mecum.

Et véspere facto venit cum Duódecim. Et discumbéntibus eis et manducántibus, ait Iesus: “Amen dico vobis: Unus ex vobis me tradet, qui mandúcat mecum”.

Cœpérunt contristári et dícere ei singillátim: “Numquid ego? ”

Qui ait illis: “Unus ex Duódecim, qui intíngit mecum in catíno. Nam Fílius quidem hóminis vadit sicut scriptum est de eo, vae autem hómini illi per quem Fílius hóminis tráditur: bonum est ei si non esset natus homo ille”.

Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus novi testamenti.

Et manducántibus illis accépit panem, et benedícens fregit et dedit eis et ait: “Súmíte, hoc est corpus meum”. Et accépto cálice, grátias agens dedit eis, et bibérunt ex illo omnes. Et ait illis: “Hic est sanguis meus novi testaménti, qui pro multis effúnditur. Amen dico vobis: Iam non bibam de genímine vitis usque in diem illum cum illud bibam novum in Regno Dei”.

Prius quam bis gallus vocem dederit ter me es negaturus.

Et hymno dicto exiérunt in Montem Olivárum.

Et ait eis Iesus: “Omnes scandalizabímuni, quia scriptum est: Percútiam pastórem, et dispergéntur oves. Sed póstea quam resurréxero, præcédam vos in Galilaéam”.

Petrus autem ait ei: “Et si omnes scandalizáti fúerint, sed non ego”.

Et ait illi Iesus: “Amen dico tibi: Tu hódie, in nocte hac, prius quam bis gallus vocem dederit ter me es negaturus”.

At ille ámplius loquebátur: “Et si oportúerit me comóri tibi, non te negábo”. Simíliter autem et omnes dicébant.

Coepit pavere et taedere.

Et véniunt in praédium, cui nomen Gethsémani, et ait discíplis suis: “Sedéte hic donec orem”. Et assúmit Petrum et Iacobum et Ioannem secum, et coepit pavére et tædere, et ait illis: “Tristis est ánima mea usque ad mortem; sustinéte hic et vigiláte”.

Et cum processísset páululum, procidébat super terram, et orábat ut si fíeri posset transíret ab eo hora, et dicébat: “Abba, Pater, ómnia tibi possibília sunt: transfer cálicem hunc a me; sed non quod ego volo, sed quod Tu”.

Et venit et invénit eos dormiéntes, et ait Petro: “Simon, dormis? Non potuísti una hora vigiláre? Vigiláte et oráte ut non intrétis in tentatióem: spíritus quidem promptus, caro vero infirma”.

Et íterum ábiens orávit, eúndem sermónem dicens. Et véniens dénuo invénit eos dormiéntes; erant enim óculi illórum ingraváti, et ignorábant quid respondérent ei.

Et venit tértio et ait illis: “Dormíte iam et requiéscite. Súfficit: venit hora, ecce tráditur Fílius hóminis in manus peccatórum. Súrgite, eámus: ecce qui me tradit, prope est”.

Tenete eum et ducite caute.

Et conféstim, adhuc eo loquénte, venit Iudas unus ex Duódecim, et cum illo turba cum gládiis et lignis a summis sacerdotibus et scribis et senióribus. Déderat autem tráditor eius signum eis dicens: “Quemcúmque osculátus fúero, ipse est: tenéte eum et dúcite caute”.

Et cum venísset, statim accédens ad eum ait: “Rabbi”, et osculátus est eum. At illi manus iniecérunt in eum et

tenuérunt eum. Unus autem quidam de circumstántibus edúcens gládium percússit servum summi sacerdotís et amputávit illi aurículam.

Et respóndens Iesus ait illis: “Tamquam ad latrónem exístis cum gládiis et lignis comprehénderé me? Cotídie eram apud vos in templo docens et non me tenuístis; sed adimpleántur Scripturæ”. Et relinquéntes eum omnes fugérunt.

Et aduléscens quidam sequebátur eum amíctus síndone super nudo, et tenent eum: at ille reiécta síndone nudus profúgit.

Tu es Christus filius Benedicti?

Et adduxérunt Iesum ad summum sacerdotem, et convéniunt omnes summi sacerdotés et senióres et scribæ. Et Petrus a longe secútus est eum usque intro in átrium summi sacerdotís, et sedébat cum minístris et calefaciébat se ad ignem.

Summi vero sacerdotés et omne concílium quærébant advérsus Iesum testimónium ut eum morte afficerent nec inveniébant. Multi enim testimónium falsum dicébant advérsus eum, et conveniéntia testimónia non erant. Et quidam surgéntes falsum testimónium ferébant advérsus eum dicéntes: “Nos audívimus eum dicéntem: Ego dissólvam templum hoc manu factum et intra tríduum áliud non manu factum ædificábo”. Et ne ita quidem convéniens erat testimónium illórum.

Et exsúrgens summus sacérdos in médium interrogávit Iesum dicens: “Non respóndes quidquam ad ea qua isti testántur advérsum te?” Ille autem tacébat et nihil respóndit. Rursum summus sacérdos interrogábat eum et dicit ei: “Tu es Christus fílius Benedícti?”

Iesus autem dixit: “Ego sum, et vidébitis Fílium hóminis a dextris sedéntem Virtútis et veniéntem cum núbibus caeli”.

Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait: “Quid adhuc necessari sunt nobis testes? Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? ” Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.

Et ceperunt quidam conspuere eum et velare faciem eius et colaphis eum caedere et dicere ei: “Prophetiza”, et ministri alapis eum caedebant.

Nescio hominem istum quem dicitis.

Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi sacerdotis, et cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum ait: “Et tu cum hoc Nazareno, Iesu, eras”.

At ille negavit dicens: “Neque scio neque novi quid tu dicas”. Et exiit foras ante atrium, et gallus cantavit.

Et ancilla, cum vidisset illum, rursus coepit dicere circumstantibus: “Hic ex illis est”. At ille iterum negabat.

Et post pusillum rursus qui astabant dicebant Petro: “Vere ex illis es, nam et Galilaeus es”.

Ille autem coepit anathematizare et iurare: “Nescio hominem istum quem dicitis”. Et statim iterum gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi, sicut dixerat ei Iesus: “Prius quam gallus cantet bis, ter me negabis”, et coepit flere.

Vultis dimittam vobis regem Iudaeorum?

Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis, idest universum concilium, vincientes Iesum duxerunt et tradiderunt Pilato. Et interrogavit eum Pilatus: “Tu es rex Iudaeorum? ”

At ille respondens ait illi: “Tu dicis”. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.

Pilatus autem rursus interrogabat eum dicens: “Non respondes quidquam? Vide in quantis te accusant”. Iesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus-

tus.

Per diem autem festum dimittere solébat illis unum ex vinctis quem péterent. Erat autem qui dicebátur Barábbas vinctus cum seditiósus, qui in seditiône fécerant homicídium. Et cum ascendísset turba, coepit rogáre sicut faciébat illis. Pilátus autem respóndit eis et dixit: “Vultis dimittam vobis regem ludæórum?” Sciébat enim quod per invídiam tradidísset eum summi sacerdotés. Pontífices autem concitavérunt turbam ut magis Barábbam dimíttet eis.

Pilátus autem íterum respóndens aiébat illis: “Quid ergo vultis fáciam regi ludæórum?”

At illi íterum clamavérunt: “Crucifige eum”.

Pilátus vero dicébat eis: “Quid enim mali fecit?”

At illi magis clamavérunt: “Crucifige eum”.

Pilátus autem volens pópulo satisfácere dimísit illis Barábbam, et trádidit Iesum flagéllis caesum ut crucifigerétur.

Imponunt ei plectentes spineam coronam.

Míletes autem duxérunt eum intro in átrium, quod est prætorium, et cónvocant totam cohórtem. Et índuunt eum púrpuram, et impónunt ei plecténtes spíneam corónam, et cœpérunt salutáre eum: “Ave, rex ludæórum”, et percutiébant caput eius harúndine et conspuébant eum, et ponéntes génuá adorábant eum.

Et postquam illusérunt ei, exuérunt illum púrpuram et induérunt eum vestiméntis suis. Et edúcunt illum ut crucifigerent eum.

Perducunt illum in Golgotha locum.

Et angáriant prætereúntem quémpiam Simónem Cyrenæum veniéntem de villa, patrem Alexándri et Rufi, ut tólleret crucem eius. Et perdúcunt illum in Gólgotha locum, quod est interpretátum Calváriæ Locus.

Crucifigunt eum.

Et dabant ei myrrhátum vinum, ille autem non accépit. Et crucifigunt eum et dívidunt vestiménta eius, mitténtes sortem super eis quis quid tólleret. Erat autem hora tértia et crucifixerunt eum. Et erat título causae eius inscriptus: “Rex Iudaeorum”. Et cum eo crucifigunt duos latrónes, unum a dextris et álium a sinístris eius.

Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere.

Et prætereúntes blasphemábant eum movéntes cápita sua et dicéntes: “Vah, qui déstruit templum et in tribus diébus ædíficat, salvum fac temetípsum descéndens de cruce”.

Simíliter et summi sacerdotés ludéntes ad altéruum cum scribis dicébant: “Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum fácere. Christus rex Israel descéndat nunc de cruce, ut videámus et credámus”. Etiam qui cum eo crucifíxi erant, conviciabántur ei.

Iesus emissa voce magna exspiravit.

Et facta hora sexta ténebræ factæ sunt per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona exclamávit Iesus voce magna: “Héloi, Héloi, lema sabachthani? ”, quod est interpretátum: “Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? ”

Et quidam de circumstántibus audiéntes dicébant: “Ecce Elíam vocat”. Currrens autem unus et implens spóngiam acéto circumponénsque cálamo potum dabat ei, dicens: “Sínite, videámus, si véniat Elías ad deponéndum eum”.

Iesus autem emíssa voce magna exspirávit.

Hic Sacerdos modice inclinatus, Diaconus genua flectit et prosternitur, unoquoque submissa voce dicente:

Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi, quia per

mortem tuam redemísti mundum.

Et velum templi scissum est in duo a sursum usque deórsum. Videns autem centúrio qui ex advérso stabat, quia sic clamans exspirásset, ait: “Vere homo hic Fílius Dei erat”.

Erant autem et mulíeres de longe aspiciéntes, inter quas et María Magdaléne et María Iacobi minóris et Iosétis mater et Sálome, quæ cum esset in Galilaéa sequebántur eum et ministrábant ei, et áliæ multæ quæ simul cum eo ascénderant Hierosólymam.

Advolvit Ioseph lapidem ad ostium monumenti.

Et cum iam sero esset factum, quia erat Parascéve, quod est ante sábbatum, venit Ioseph ab Arimathæa nóbilis decúrio, qui et ipse erat exspéctans Regnum Dei, et audácter introívit ad Pilátum et pétiit corpus Iesu. Pilátus autem mirátus est si iam obísset, et accersíto centurióne interrogávit eum si iam mórtuus esset: et cum cognovísset a centurióne, donávit corpus Ioseph. Is autem mercátus síndonem et depónens eum invólvit síndone et pósuit eum in monuménto quod erat excísus de petra, et advólvit lápidem ad óstium monuménti. María autem Magdaléne et María Iosétis aspiciébant ubi pósitus esset.

SUPER OBLATA.

nobis, Domine, quaésumus : ut, celebratúri sancta mystéria / tamquam pæniténtiæ corporális fructum, lætam tibi exhibeámus méntium puritátem : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 68,13-14ab

Advérsus me exercebantur qui sedébant in porta, et in me psallébant qui bibébant vinum: ego vero oratióne meam ad te, Dómine: tempus benepláciti Deus in

multitúdine misericórdiæ tuæ.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sacramentórum tuórum benedictióne roboráti,
quaesumus, Dómine : ut per hæc semper emundémur
a vitiis / et per sequélam Christi ad te festinántér
gradiámur : Per Dóminum.

FERIA QUARTA

INTROITUS.

Phil 2,10.8b.1 1b

IN Nómine Iesu omne genu flectátur cæléstium,
terréstrium, et infernórum: quia Dóminus factus
oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis,
ídeo Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.
Ps 101,2: Dómine, exáudi oratióem meam: et clamor
meus ad te véniat. Glória Patri. In Nómine Iesu.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

(In conventu: Flectámus gènu. Leváte.)

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patíbulum
subíre voluísti / ut inimíci a nobis expéllerés
potestátem : concéde nobis fámulis tuis / ut
resurrectiόνis eius grátiam consequámur : Per
Dóminum.

LECTIO PRIMA.

Is 63,1-7a

Torcular calcavi solus.

Léctio libri Isaiae prophetae.

Quis est iste qui venit de Edom,
tinctis véstibus de Bosra?

Iste formósus in stola sua,
 grádiens in multitudíne fortitúdinis suæ.
 “Sum ego qui loquor iustítiam,
 potens ad salvándum”. “Quare ergo
 rubrum est induméntum tuum,
 et vestiménta tua sicut calcántis in torculari? ”.
 “Tórcular calcávi solus,
 et de géntibus non erat vir mecum;
 calcávi eos in furóre meo
 et conculcávi eos in ira mea. Et aspérsus est
 sanguis eórum super vestiménta mea,
 et ómnia induménta mea inquinávi.
 Dies enim ultiónis in corde meo,
 annus redemptiónis meæ venit.
 Circumpéxi et non erat auxiliátor,
 mirátus sum et non fuit qui adiuváret; et
 salvávit mihi brácchium meum,
 et indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi.
 Et conculcávi pópulos in furóre meo
 et contrívi eos in indignatióne mea
 et effúdi in terram sánguinem eórum”.
 Miseratiónum Dómini recordábor, laudum Dómini
 super ómnibus quæ réddidit nobis Dóminus.

RESPONSORIUM.

Ps 68,18.2-3a

IV. Ne avértas fáciem tuam a púero tuo: quóniam
 tribulor, velóciter exáudi me.

y. Salvum me fac, Deus, quóniam intravérunt aquæ
 usque ad ánimam meam: infíxus sum in limo profúndi,
 et non est substántia.

LECTIO SECUNDA.

Is 52,13- 53,12 (LE: 53,1-5)

Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

Léctio libri Isaiae prophetae.

ECce prospere aget servus meus; exaltábitur et
 elevábitur et sublímis erit valde.

Sicut obstupuerunt super eum multi,
sic deformis erat quasi non esset hominis species eius,
filiorum hominis aspectus eius,
sic disperget gentes multas. Super ipsum
continebunt reges os suum,
quia quae non narrata eis viderunt,
et quae non audierunt contemplati sunt.

“Quis credidit auditui nostro,
et brachium Domini cui revelatum est?
Et ascendit sicut virgultum coram eo
et sicut radix de terra sitienti. Non erat species ei
neque decor ut aspiceremus eum,
et non erat aspectus ut desiderarimus eum.
Despectus erat et novissimus virorum,
vir dolorum et sciens infirmitatem,
et quasi abscondebamus vultum coram eo;
despectus, unde nec reputabamus eum. Vere
languores nostros ipse tulit
et dolores nostros ipse portavit; et
nos putavimus eum quasi plagatum,
percussum a Deo et humiliatum. Ipse autem
vulneratus est propter iniquitates nostras,
attritus est propter scelera nostra;
disciplina pacis nostrae super eum,
et livore eius sanati sumus.

Omnes nos quasi oves erravimus,
unusquisque in viam suam declinavit; et
posuit Dominus in eo
iniquitatem omnium nostrum”.
Afflictus est et ipse subiicit se
et non aperuit os suum; sicut agnus
qui ad occisionem ducitur,
et quasi ovis quae coram tondentibus se obmutuit
et non aperuit os suum.

Angústia et iudício sublátus est. De
 generatióne eius quis curábit? Quia
 abscíssus est de terra vivéntium;
 propter scelus pópuli mei percússus est ad mortem. Et
 posuérunt sepúlcrum eius cum ímpiis,
 cum divítibus túmulum eius, eo
 quod iniquitátem non fécerit,
 neque dolus fúerit in ore eius. Et Dóminus
 vóluit contérere eum infirmitáte. Si posúerit in
 piáculum ánimam suam,
 vidébit semen longævum,
 et volúntas Dómini in manu eius prosperábitur.
 Propter labórem ánimæ eius
 vidébit lucem, saturábitur in sciéntia sua.
 Iustificabit iustus servus meus multos
 et iniquitátes eórum ipse portábit.
 Ideo dispértiam ei multos,
 et cum fórtibus dívidet spólia, pro eo quod
 trádidit in mortem ánimam suam,
 et cum scelerátis reputátus est;
 et ipse peccátum multórum tulit
 et pro transgressóribus rogat.

TRACTUS.**Ps 101,2-5.14**

Dómine, exáudi oratiónem meam: et clamor meus ad te véniat.

y. Non avértas fáciem tuam a me: in quacúmque die tríbulator, inclína ad me aurem tuam.

y. In quacúmque die invocávero te, velóciter exáudi me.

y. Quia defecérunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixório confríxa sunt.

y. Percússus sum sicut fenum, et áruit cor meum: quia oblítus sum manducáre panem meum.

y. Tu exsúrgens, Dómine, miseréberis Sion: quia venit

tempus miseréndi eius.

EVANGELIUM.

Lc 22,1- 23,56 (LE: 23,44-56) (1)

Pássio Dómini nostri Iesu Chrísti secúndum Lucam. A
choro nihil respondetur.

Quaerebant Iesum interficere.

A Ppropinquábat dies festus Azymórum qui dicitur -
* ^Pascha. Et quærébant príncipes sacerdotum et scribæ
quómo Iesum interficerent; timébant vero plebem.
Intrávit autem Sátanas^ in Iudam qui cognominabátur
Iscárioth, unum de Duódecim, et ábiit et locúsus est
cum princípibus sacerdotum et magistrátibus
quemádmódu illum tráderet eis. Et gavísi sunt et
pacti sunt pecúniám illi dare. Et spopóndit, et
quærébat oportunitátem ut eis tráderet illum sine
turba.

Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.

Venit autem dies Azymórum, in qua necesse erat
occídi Pascha. Et misit Petrum et Ioannem dicens:
“Eúntes paráte nobis Pascha, ut manducémus”. At illi
dixerunt ei: “Ubi vis parémus? ” Et dixit ad eos: “Ecce
introeúntibus vobis in civitátem occúrret vobis homo
ámphoram aquæ portans; sequímini eum in domum in
quam intrat. Et dicétis patri famílias domus: Dicit tibi
Magíster: Ubi est diversórium ubi Pascha cum discípu-
lis meis manducem? Ipse vobis osténdet cenáculum
magnum stratum; ibi paráte”. Eúntes autem invenérunt
sicut dixit illis, et paravérunt Pascha.

Et cum facta esset hora, discúbuit et Apóstoli cum eo.
Et ait illis: “Desidério desiderávi hoc Pascha manducáre
vobíscum ántequam pátiar. Dico enim vobis: Non
manducábo illud donec impleátur in Regno Dei”.

(1) *Lectio brevis tantum adhiberi potest in Missa lecta.*

Et accépto cálice, grátias egit et dixit: “Accípite hoc et dividite inter vos. Dico enim vobis: Non bibam ámodo de generatióne vitis donec Regnum Dei véniat”.

Hoc facite in meam commemorationem.

Et accépto pane, grátias egit, et fregit et dedit eis dicens: “Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc fácite in meam commemoratiónem”. Simíliter et cálicem postquam cenávit, dicens: “Hic calix novum testaméntum est in ságuine meo, qui pro vobis fúnditur.

Vae homini per quem Filius hominis traditur.

Verúmtamen ecce manus tradéntis me mecum est in mensa; et quidem Fílius hóminis, secúndum quod definítum est, vadit, verúmtamen væ illi hómini per quem tráditur”. Et ipsi cœpérunt quaerere inter se quis esset ex eis, qui hoc factúrus esset.

Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

Facta est autem et conténtio inter eos, quis eórum viderétur esse maior.

Dixit autem eis: “Reges géntium dominántur eórum et qui potestátem habent super eos benéfici vocántur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis fiat sicut iúnior, et qui præcésor est, sicut ministrátor. Nam quis maior est, qui recúmbit an qui minístrat? Nonne qui recúmbit? Ego autem in médio vestrum sum sicut qui minístrat.

Vos autem estis qui permansístis mecum in tentatióne meis; et ego dispóno vobis sicut dispósuit mihi Pater meus Regnum, ut edátis et bibátis super mensam meam in Regno meo, et sedeátis super thronos iudicántes duódecim tribus Israel.

Tu, aliquando conversus, confirma fratres tuos.

Simon, Simon, ecce Sátanas expetivit vos ut cribráret sicut tríticum; ego autem rogávi pro te ut non deficiat fides tua; et tu, aliquándo convérsus, confírma fratres tuos”.

Qui dixit ei: “Dómine, tecum parátus sum et in cárcerem et in mortem ire”.

Et ille dixit: “Dico tibi, Petre, non cantábit hódie gallus donec ter ábneges nosse me”.

Quod scriptum est oportet impleri in me.

Et dixit eis: “Quando misi vos sine sácculo et pera et calceamentis, numquid áliquid defuit vobis? ”

At illi dixerunt: “Nihil”.

Dixit ergo eis: “Sed nunc qui habet sácculum tollat, simíliter et peram, et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gládium. Dico enim vobis: Hoc quod scriptum est opórtet impléri in me: illud "Cum iniústis deputátus est". Etenim ea quæ sunt de me, adimpletiónem habent”.

At illi dixerunt: “Dómine, ecce gládii duo hic”.

At ille dixit eis: “Satis est”.

Factus in agonia, prolixius orabat.

Et egréssus ibat secúndum consuetúdinem in montem Olivárum; secúti sunt autem illum et discípuli. Et cum pervenísset ad locum, dixit illis: “Oráte ne intrétis in tentatiónem”.

Et ipse avúlsus est ab eis quantum iactus est lápidis, et pósitis génibus orábat dicens: “Pater, si vis, transfer cálicem istum a me: verúmtamen non mea volúntas sed tua fiat”. Appáruit autem illi ángelus de cælo confórtans eum. Et factus in agónia, prolíxius orábat. Et factus est sudor eius sicut guttae sánguinis decurréntis in terram.

Et cum surrexísset ab oratióne et venísset ad discípu-

Ios, invénit eos dormiéntes præ tristítia, et ait illis: “Quid dormitis? Súrgite, oráte ne intrétis in tentatiónem”.

Iuda, osculo Filium hominis tradis?

Adhuc eo loquente, ecce turba, et qui vocabátur Iudas, unus de Duódecim, antecedébat eos, et appropinquávit Iesu ut oscularétur eum. Iesus autem dixit ei: “Iuda, ósculo Fílium hóminis tradis? ”

Vidéntes autem hi qui circa ipsum erant quod futúrum erat, dixerunt: “Dómine, si percútimus in gládio? ” Et percússit unus ex illis servum princípis sacerdotum et amputávit aurículam eius dextram.

Respóndens autem Iesus ait: “Sínite usque huc”, et cum tetigisset aurículam eius, sanávit eum.

Dixit autem Iesus ad eos qui vénerant ad se príncipes sacerdotum et magistrátus templi et senióres: “Quasi ad latrónem exístis cum gládiis et fústibus? Cum cotidie vobíscum fúerim in templo non extendístis manus in me; sed hæc est hora vestra et potéstas tenebrárum”.

Egressus foras Petrus flevit amare.

Comprehendéntes autem eum, duxérunt et introduxérunt in domum princípis sacerdotum. Petrus vero sequebátur a longe. Accénso autem igni in médio átrio et circumsedéntibus illis, sedébat Petrus in médio eórum. Quem cum vidísset ancílla quædam sedéntem ad lumen et eum fuísset intúita, dixit: “Et hic cum illo erat”.

At ille negávit eum dicens: “Múlier, non novi illum”.

Et post pusillum álius videns eum dixit: “Et tu de illis es”.

Petrus vero ait: “O homo, non sum”.

Et intervállo facto quasi horae unius, álius quidam affirmábat dicens: “Vere et hic cum illo erat, nam et Galilaeus est”.

Et ait Petrus: “Homo, néscio quid dicis”. Et contínuo

adhuc illo loquente cantavit gallus.

Et conversus Dominus respexit Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixit ei: “Priusquam gallus cantet hodie, ter me negabis”, et egressus foras flevit amare.

Prophetiza, quis est qui te percussit?

Et viri qui tenebant illum, illudabant ei caedentes, et velaverunt eum et interrogabant eum dicentes: “Prophetiza, quis est qui te percussit? ” Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Duxerunt illum in concilium suum.

Et ut factus est dies, convenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribae, et duxerunt illum in concilium suum, dicentes: “Si tu es Christus, dic nobis”.

Et ait illis: “Si vobis dixerero, non credetis; si autem interrogavero, non respondebitis mihi. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris Virtutis Dei”.

Dixerunt autem omnes: “Tu ergo es Filius Dei? ”

Qui ait ad illos: “Vos dicitis quia ego sum”.

At illi dixerunt: “Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audivimus de ore eius”.

Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.

Nihil invenio causae in hoc homine.

Coeperunt autem accusare illum dicentes: “Hunc invenimus subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dare Caesari et dicentem se Christum regem esse”.

Pilatus autem interrogavit eum dicens: “Tu es rex Iudaeorum? ”

At ille respondens ait: “Tu dicis”.

Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas: “Nihil invenio causae in hoc homine”.

At illi invalescébant dicentes: “Cómmoveť pópulum docens per univérsam Iudaeam, et incípiens a Galilaéa usque huc”.

Pilátus autem áudiens, interrogávit si homo Galilaeus esset, et ut cognóvit quod de Heródis potestáte esset, remisit eum ad Heródem, qui et ipse Hierosólymis erat illis diébus.

Sprevit illum Herodes cum exercitu suo.

Heródes autem, viso Iesu, gávisus est valde; erat enim cúpiens ex multo témpore vidére eum eo quod audíret de illo, et sperábat signum áliquod vidére ab eo fieri. Interrogábat autem illum multis sermónibus; at ipse nihil flii respondébat. Stabant étiam príncipes sacerdotum et scribæ constánter accusántes eum. Sprevit autem illum Heródes cum exércitu suo et illúsit indútum veste alba et remisit ad Pilátum. Facti sunt autem amíci inter se Heródes et Pilátus in ipsa die, nam ántea inimíci erant ad ínvicem.

Tradidit Pilatus Iesum voluntati eorum.

Pilátus autem, convocátis princípibus sacerdotum et magistrátibus et plebe, dixit ad illos: “Obtulístis mihi hunc hómíneť quasi averténtem pópulum, et ecce ego coram vobis intérogans nullam causam invéni in hómíne isto ex his in quibus eum accusátis, sed neque Heródes: remisit enim illum ad nos. Et ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendátum ergo illum dimíttam”.

Exclamávit autem univérsa turba, dicens: “Tolle hunc, et dimítte nobis Barábbam”, qui erat propter seditiónem quamdam factam in civitáte et homicídium missus in cárcerem.

Iterum autem Pilátus locútus est ad illos, volens dimíttre Iesum, at illi succlamábant dicentes: “Crucifíge, crucifíge illum”.

Ille autem tertio dixit ad illos: “Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo; corrípíam ergo illum, et dimíttam”. At illi instábant vóci bus magnis, postulántes ut crucifigerétur, et invalescébant voces eórum.

Et Pilátus adiudicávit fieri petitió nem eórum: dimísit autem eum qui propter sediti ónem et homicídium missus fúerat in cárcerem, quem petébant, Iesum vero trádidit voluntáti eórum.

Filiae Ierusalem, nolite flere super me.

Et cum ab ducerent eum, apprehendérunt Simónem quemdam Cyrenensem veniéntem de villa et imposuérunt illi crucem portáre post Iesum.

Sequebátur autem illum multa turba pópuli et mulierum, quæ plangébant et lamentábant eum. Convérsus autem ad illas Iesus dixit: “Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros, quóniam ecce veniént dies, in quibus dicent: Beatae stériles et ventres qui non genuérunt et úbera quæ non lactavérunt. Tunc incípient dícere móntibus: Cádite super nos, et cóllibus: Operíte nos, quia si in víridi ligno hæc fáciunt, in árido quid fiet? ”

Ducebántur autem et álíi duo nequam cum eo ut interficeréntur.

Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

Et postquam venérunt in locum qui vocátur Calváriæ, ibi crucifixérunt eum et latrónes, unum a dextris et álterum a sinístris. Iesus autem dicébat: “Pater, dimítte illis, non enim sciunt quid fáciunt”. Dividéntes vero vestiménta eius misérunt sortes.

Hic est rex Iudaeorum.

Et stabat pópulus expéctans. Et deridébant illum et

príncipes dicentes: “Alios salvos fecit, se salvum fáciat, si hic est Christus Dei eléctus”.

Illudébant autem ei et mílites accedéntes, acétum offeréntes illi et dicentes: “Si tu es rex ludæórum, salvum te fac”.

Erat autem et superscríptio super illum: “Hic est rex ludæórum”.

Hodie mecum eris in paradiso.

Unus autem de his qui pendébant latrónibus blasphemábat eum dicens: “Nonne tu es Christus? Salvum fac temetípsum et nos”.

Respóndens autem alter increpábat illum dicens: “Neque tu times Deum, quod in eádem damnatióne es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recípimus: hic vero nihil mali gessit”. Et dicébat: “Iesu, meménto mei cum véneris in Regnum tuum”.

Et dixit illi: “Amen dico tibi: Hódie mecum eris in paradíso”.

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

Et erat iam fere hora sexta, et ténebræ factæ sunt in univérſa terra usque in horam nonam, et obscurátus est sol, et velum templi scissum est médium. Et clamans voce magna Iesus ait: “Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum”, et hæc dicens exspirávit.

Hic Sacerdos modice inclinat, Diaconus genua flectit et prosternitur, unoquoque submissa voce dicente:

Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi, quia per mortem tuam redemísti mundum.

Videns autem centúrio quod factum fúerat, glorificávit Deum dicens: “Vere hic homo iustus erat”. Et omnis turba eórum qui simul áderant ad spectáculum istud, et vidébant quæ fiébant, percutiéntes péctora sua reverté-

bántur. Stabant autem omnes noti eius a longe, et mulieres quæ secutae erant eum a Galilaéa, hæc vidéntes.

Posuit Ioseph corpus Iesu in monumento exciso.

Et ecce vir nómine Ioseph, qui erat decúrio, vir bonus et iustus —hic non consenserat consílio et áctibus eórum— ab Arimathaéa civitáte Iudaeorum, qui exspectábat Regnum Dei, hic accessit ad Pilátum et pétiit corpus Iesu, et depósitum invólvit síndone, et pósuit eum in monuménto excíso, in quo nondum quisquam pósitus fúerat. Et dies erat Parascéves, et sábbatum illucescébat.

Subsecutae autem mulieres, quæ cum ipso vénerant de Galilaéa, vidérunt monuméntum, et quemádmódum pósitum erat corpus eius, et reverténtes paravérunt arómata et unguénta, et sábbato quidem siluérunt secúndum mandátum.

SUPER OBLATA.

S Uscipe, quaésumus, Dómine, munus oblátum, et dignánte operáre : ut quod Passiónis Fílii tui mystério gerimus / piis affectibus consequámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 101,10b.11b.12b-13a.14

Potum meum cum fletu temperabant, quia élevans allisísti me, et ego sicut fenum áruí: tu autem, Dómine, in ætérnum pémanes: tu exsúrgens miseréberis Sion, quia venit tempus miseréndi eius.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

L Argíre sénsibus nostris, omnipotens Deus : ut per temporálem Fílii tui mortem, quam mystéria veneránda testántur / vitam te nobis dedísse perpétuam con-fidámus : Per Dóminum.

FERIA QUINTA IN CENA DOMINI

Post Mandatum, concelebantes, lotis manibus, induuntur, et statim incipitur Missa, cui Prior praeest. In ea consecrantur Hostiae pro crastina etiam Communione.

INTROITUS.

Cf. Gai 6,14

NOs autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quem salváti et liberáti sumus.

Ps 66,2: Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Non dicitur Glória Patri. Nos autem gloriári opórtet.

Actus paenitentialis fit more solito.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

(Non dicitur Flectámus génu.)

SAcratíssimam, Deus, frequentántibus Cenam, in qua Unigénitus tuus, morti se traditúrus / novum in saeculá sacrificium dilectionísque suæ convívium Ecclesiae commendávit : da nobis, quaesumus / ut ex tanto mystério plenitúdinem caritátis hauriámus et vitæ : Per Dóminum.

LECTIO.

I Cor 11,23-29

*Quotiescumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis,
mortem Domini annuntiatis.*

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Corínthios.

FRatres: Ego accépi a Dómino quod et trádidi vobis: quóniam Dóminus Iesus in qua nocte tradébatur accépit panem et grátias agens fregit et dixit: “Hoc est corpus meum quod pro vobis est: hoc fácite in meam commemoratióem”. Simíliter et cálicem postquam cenátum est, dicens: “Hic calix novum Testaméntum est in meo sánguine: hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratióem”.

Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiatis donec véniat.

Itaque quicúmque manducáverit panem vel bíberit cálicem Dómini indigne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat et de cálice bibat; qui enim mandúcat et bibit, iudícium sibi mandúcat et bibit, non diiúdicans corpus.

RESPONSORIUM.

Phil 2,8b-9

R/. Christus factus est pro nobis oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

V/. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi Nomen quod est super omne nomen.

EVANGELIUM.

Io 17,1-26

Oratio sacerdotalis.

Ý Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Sublevátis Iesus óculis suis in caelum, dixit: “Pater, venit hora: glorífica Fílium tuum, ut Fílius

gloríficet te sicut dedísti ei potestátem omnis carnis, ut omne quod dedísti ei det eis vitam ætérnam. Hæc est autem vita ætérna, ut cognóscant te solum verum Deum et quem misísti Iesum Christum.

Ego te glorificávi super terram, opus consummávi quod dedísti mihi ut fáciam; et nunc glorífica me tu, Pater, apud temetípsam glória quam habébam prius quam mundus esset, apud te.

Manifestávi Nomen tuum homínibus quos dedísti mihi de mundo. Tui erant et mihi eos dedísti, et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt quia ómnia quæ dedísti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedísti mihi dedi eis, et ipsi accepérunt et cognovérunt vere quia a te exívi, et credidérunt quia tu me misísti.

Ego pro eis rogo; non pro mundo rogo sed pro his quos dedísti mihi, quia tui sunt, et mea ómnia tua sunt et tua mea; et glorificátus sum in eis. Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio.

Pater sancte, serva eos in Nómine tuo quod dedísti mihi, ut sint unum sicut nos. Cum essem cum eis, ego servábam eos in Nómine tuo quod dedísti mihi et custodívi, et nemo ex his périit, nisi filius perditionis, ut Scriptúra impleátur.

Nunc autem ad te vénio, et hæc loquor in mundo ut hábeant gáudium meum implétum in semetípsis. Ego dedi eis sermónem tuum, et mundus ódio eos hábuit, quia non sunt de mundo sicut ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex Malo. De mundo non sunt sicut ego non sum de mundo.

Sanctífica eos in veritáte: sermo tuus veritas est. Sicut me misísti in mundum, et ego misi eos in mundum; et pro eis ego sanctífico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificáti in veritáte.

Non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui creditúri sunt per verbum eórum in me, ut omnes unum

sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis sint, ut mundus credat quia tu me misisti.

Et ego glóriam quam dedisti mihi, dedi illis, ut sint unum sicut nos unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum, ut cognóscat mundus quia tu me misisti et dilexisti eos sicut me dilexisti.

Pater, quod dedisti mihi, volo ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut vídeant glóriam meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutióem mundi.

Pater iuste, et mundus te non cognóvit, ego autem te cognóvi et hi cognóverunt quia tu me misisti, et notum feci eis Nomen tuum et notum fáciam, ut diléctio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

I Pse tibi, quaesumus, Dómine, sancte Pater, sacrificium nostrum reddat acceptum / qui discipulis suis in sui commemoratióem, hoc fieri hodiérna traditióne monstrávit Iesus Christus Fílius tuus : Qui vivit.

Praefatio de Ss. Corpore et Sanguine Christi.

Pro Prece Eucharistica /, Communicantes, Hanc igitur ei Qui pridie propria.

COMMUNIO.

Cf. Io 13,12a.c.14b.15a.c

Dóminus Iesus postquam cenávit cum discipulis suis, lavit pedes eórum, et ait illis: Scitis quid fécerim vobis, ego Dóminus et Magíster? Exémplum dedi vobis, ut et vos ita faciátis.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Concède nobis, omnipotens Deus : ut sicut Cena Fílii tui refícimur temporali / ita satiári mereamur aetérna : Per Christum.

Missa Postcommunione absolvitur.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE

Pro celebratione huius diei altare nudum sit. Congruo tempore omnibus in ecclesiam congregatis, Hebdomadarius casula indutus ecclesiam ingreditur, et ad gradum sanctuarii profunde inclinatus orat in silentio. Quod omnes simul faciunt, super misericordias inclinati. Postea Sacerdos recte vadit ad cathedram, et fit actus paenitentialis more solito. Quo facto, omnes sedent.

Sequitur Lectio ex Osea propheta, quam legit ultimus, titulo praetermisso.

LECTIO.

Os5,15b-6,6

Caritatem volo, et non sacrificium.

IN tribulatione sua me desiderabunt:

"Venite, et revertamur ad Dominum, quia ipse laceravit et sanabit nos, percussit et curabit nos.

Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu eius.

Sciamus sequamurque, ut cognoscamus Dominum.

Quasi diluculum preparatus est egressus eius, et veniet quasi imber nobis temporaneus, quasi imber serotinus irrigans terram".

Quid faciam tibi, Ephraim? Quid faciam tibi, Iuda? Caritas vestra quasi nubes matutina

et quasi ros mane pertransiens.

Propter hoc dolavi per prophetas, occidi eos in verbis oris mei,

sed ius meum quasi lux egrediatur;

quia caritatem volo, et non sacrificium, et scientiam Dei plus quam holocausta.

TRACTUS.

Cf. Hab 3,2-3

Dómine, audívi audítum tuum, et tímui: considerávi ópera tua, et expávi.

y. In médio duórum animálium innotescéris: dum appropinquáverint anni, cognoscéris: dum advénerit tempus, ostendéris.

y. In eo dum conturbáta fúerit ánima mea, in ira misericórdiæ memor eris.

y. Deus a Líbano véniet, et Sanctus de monte umbróso et condénso.

y. Opéruit caelos maiéstas eius: et laudis eius plena est terra.

Celebrans surgens dicit sequentem Orationem.

ORATIO.

Orémus.

SAnctífica, Dómine, fámulos tuos / pro quibus Fílius tuus per suum cruórem instítuit paschale mystérium : et præsta ut confórmes éidem fácti / étiam cæléstis imáginem hominis portémus : Per Dóminum.

Mox secunda lectio dicitur ab eo qui cantaturus esset Epistolam.

LECTIO SECUNDA.

Ex 12, M I

Praecepta de cena paschali.

IN diébus illis: Dixit Dóminus ad Móysen et Aaron in terra Ægýpti: “Mensis iste vobis princípium ménsium, primus erit in ménsibus anni. Loquímini ad univérsum coetum filiórum Israel et dícite eis: Décima die mensis huius tollat unusquisque agnum per famílias et domos suas. Sin autem minor est númerus, ut sufficere possit ad vescéndum agnum, assúmet vicínium suum, qui iunctus est

dómuī suæ, iuxta númerum animárum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem vobis agnus absque mácula, másculus, annículus; quem de agnis vel haedis tollétis. Et servábitis eum usque ad quartam décimam diem mensis huius, immolabítque eum univérſa congregátio filiórum Israel ad vésperam. Et sument de sángvine eius ac ponent super utrúmque postem et in superlimináribus domórum, in quibus cómedent illum; et edent carnes nocte illa assas igni et ázymos panes cum lactúcis amáris.

Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni; caput cum pédibus eius et intestínis vorábitis. Nec remanébit quidquam ex eo usque mane; si quid resíduum fúerit, igne comburétis.

Sic autem comedétis illum: renes vestros accingétis, calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus, et comedétis festinánter; est enim Pascha (id est tránsitus) Dómini!”.

TRACTUS.**Ps 139,2-10.14**

Eripe me, Dómine, ab hómīne malo: a viro iníquo líbera me.

V/. Qui cogitavérunt malítias in corde: tota die constituébant proélia.

y. Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: venénūm áspidum sub lábiis eórum.

V/. Custódi me, Dómine, de manu peccatóris: et ab homínibus iníquis líbera me.

V/. Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: abscondérunt supérbi láqueum mihi.

V/. Et funes extendérunt in láqueum pédibus meis: iuxta iter scándalum posuérunt mihi.

V/. Dixi Dómino, Deus meus es tu: exáudi, Dómine, vocem oratiónis meæ.

V/. Dómine, Dómine virtus salútis meæ, obúmbra caput meum in die belli.

V/. Ne tradas me, Dómine, a desidério meo peccatóri: cogitavérunt advérsus me: ne derelínquas me, ne umquam exalténtur.

y. Caput circúitus eórum: labor labiórum ipsórum opériet eos.

y. Verúmtamen iusti confitebúntur nómini tuo: et habitábunt recti cum vultu tuo.

Sequitur Passio, ad quam Diaconus petit benedictionem, sed non dicit Dóminus vobíscum.

EVANGELIUM.

Io 18,1- 19,42

Passio Dómini nostri Iesu Christi secúndum Ioannem. *A choro nihil respondetur.*

Comprehenderunt Iesum et ligaverunt eum.

IN illo témpore: Egréssus est Iesus cum discípulis suis trans torréntem Cedron, ubi erat hortus, in quem introívit ipse et discípuli eius. Sciébat autem et Iudas, qui tradébat eum, locum, quia frequénter Iesus convénerat illuc cum discípulis suis.

Iudas ergo, cum accepisset cohórtem et a pontíficibus et Pharisaeís minístros, venit illuc cum lanternis et fácibus et armis. Iesus ítaque, sciens ómnia quæ ventúra erant super eum, procéssit et dicit eis: “Quem quaeritis?”

Respondérunt ei: “Iesum Nazarénum”.

Dicit eis: “Ego sum”. Stabat autem et Iudas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: “Ego sum”, abiérunt retrórsum et cecidérunt in terram.

Iterum ergo eos interrogávit: “Quem quaeritis?”

Illi autem dixérunt: “Iesum Nazarénum”.

Respóndit Iesus: “Dixi vobis: Ego sum; si ergo me quaeritis, sínite hos abíre”, ut implerétur sermo quem dixit: “Quos dedísti mihi, non pérdidi ex ipsis quemquam”.

Simon ergo Petrus, habens gládium, edúxit eum et

percussit pontíficis servum, et abscídit eius aurículam dextram. Erat autem nomen servo Malchus.

Dixit ergo Iesus Petro: “Mitte gládium in vagínam: cálicem quem dedit mihi Pater non bibam illum?”

Adduxerunt Iesum ad Annam primum.

Cohors ergo et tribúnus et minístri Iudaeorum comprehendérunt Iesum et ligavérunt eum et adduxérunt ad Annam primum; erat enim socer Caiaphae, qui erat pónlífex anni illíus; erat autem Caiáphas qui consílium déderat Iudaeis: “Expedit unum hóminem mori pro pópulo”.

Sequebátur autem Iesum Simon Petrus et álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus pontífici et introívit cum Iesu in átrium pontíficis, Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípulus álius qui erat notus pontífici et dixit ostiáriæ et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla ostiária: “Numquid et tu ex discípulis es hóminis istíus?” Dicit ille: “Non sum”.

Stabant autem servi et minístri, qui prunas fécerant, quia frigus erat, et calefiébant; erat autem cum eis et Petrus stans et calefáciens se.

Pónlífex ergo interrogávit Iesum de discípulis suis et de doctrína eius. Respóndit ei Iesus: “Ego palam locútus sum mundo; ego semper dócui in synagóga et in templo, quo omnes Iudaéi convéniunt, et in occúlto locútus sum nihil. Quid me intérogas? Intérroga eos qui audiérunt quid locútus sum ipsis; ecce hi sciunt quæ díxerim ego”.

Hæc autem cum dixíset, unus assístens ministrórum dedit álapam Iesu dicens: “Sic respóndes pontífici?”

Respóndit ei Iesus: “Si male locútus sum, testimónium pérhibe de malo; si autem bene, quid me cædis?”

Misit ergo eum Annas ligátum ad Caiápham pontíficem.

Numquid et tu ex discipulis eius es? Non sum.

Erat autem Simon Petrus stans et calefaciens se. Dixérunt ergo ei: “Numquid et tu ex discipulis eius es?”

Negávit ille et dixit: “Non sum”.

Dicit unus ex servis pontíficis, cognátus eius, cuius abscídit Petrus aurículam: “Nonne ego te vidi in horto cum illo?” Iterum ergo negávit Petrus: et statim gallus cantávit.

Regnum meum non est de mundo hoc.

Addúcunt ergo Iesum a Caiápha in prætóríum. Erat autem mane. Et ipsi non introiérunt in prætóríum, ut non contaminaréntur sed manducárent Pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras et dicit: “Quam accusatióem affértis advérsus hóminem hunc?”

Respondérunt et dixérunt ei: “Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissémus eum”.

Dixit ergo eis Pilátus: “Accípíte eum vos, et secúndum Legem vestram iudicáte eum”.

Dixérunt ei Iudaéi: “Nobis non licet interfícere quemquam”, ut sermo Iesu implerétur, quem dixit signíficans qua esset morte moritúrus.

Introívit ergo íterum in prætóríum Pilátus et vocávit Iesum et dixit ei: “Tu es rex Iudaeorum?”

Respóndit Iesus: “A temetípso tu hoc dicis, an álii tibi dixérunt de me?”

Respóndit Pilátus: “Numquid ego Iudaeus sum? Gens tua et pontífices tradidérunt te mihi: quid fecísti?”

Respóndit Iesus: “Regnum meum non est de mundo hoc; si ex hoc mundo esset Regnum meum, minístri mei decertárent, ut non tráderer Iudaeis; nunc autem meum Regnum non est hinc”.

Dixit ítaque ei Pilátus: “Ergo rex es tu?”

Respóndit Iesus: “Tu dicis quia rex sum. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimónium

perhíbeam veritáti; omnis qui est ex veritáte audit meam vocem”.

Dicit ei Pilátus: “Quid est véritas? ”

Et cum hoc dixisset, íterum exívit ad Iudaeos, et dicit eis: “Ego nullam invénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis ut unum dimíttam vobis in Pascha; vultis ergo dimíttam vobis regem Iudaeorum? ”

Clamavérunt ergo rursus dicétes: “Non hunc, sed Barábbam”. Erat autem Barábbas latro.

Ave, rex Iudaeorum.

Tunc ergo apprehéndit Pilátus Iesum et flagellávit. Et mílites, plectétes corónam de spinis, imposuérunt cápiti eius, et veste purpúrea circumdedérunt eum, et veniébant ad eum et dicébant: “Ave, rex Iudaeorum”, et dabant ei álapas.

Et éxiit íterum Pilátus foras et dicit eis: “Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscátis quia in eo nullam causam invénio”. Exiit ergo Iesus foras, portans spíneam corónam et purpúreum vestiméntum.

Et dicit eis: “Ecce homo”.

Cum ergo vidíssent eum pontífices et minístri, clamavérunt dicétes: “Crucifíge, crucifíge!”

Dicit eis Pilátus: “Accípite eum vos et crucifígite; ego enim non invénio in eo causam”.

Respondérunt ei Iudaéi: “Nos Legem habémus, et secúndum Legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit”.

Cum ergo audíssent Pilátus hunc sermónem, magis tímuit, et ingrèssus est prætórium íterum et dicit ad Iesum: “Unde es tu? ” Iesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus: “Mihi non lóqueris? Nescis quia potestátem hábeo dimíttre te et potestátem hábeo crucifígere te? ”

Respóndit Iesus: “Non habéres potestátem advérsum me ullam, nisi tibi esset datum désuper: proptérea qui

trádidit me tibi, maius peccátum habet”.

Tolle, tolle, crucifige eum.

Exínde quærébat Pilátus dimittere eum; Iudaéi autem clamábant, dicétes: “Si hunc dimíttis, non es amícus Caesaris; omnis qui se regem facit, contradícit Caésari”. Pilátus ergo, cum audísset hos sermónes, addúxit foras Iesum, et sedit pro tribunáli in locum qui dícitur Lithóstrotus, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschae, hora erat quasi sexta.

Et dicit Iudaeis: “Ecce rex vester”.

Clamavérunt ergo illi: “Tolle, tolle, crucifige eum”.

Dicit eis Pilátus: “Regem vestrum crucifigam?”

Respondérunt pontífices: “Non habémus regem nisi Caesarem”. Tunc ergo trádidit eis illum ut crucifigerétur.

Eum crucifixerunt, et cum eo alios duos.

Suscepérunt ergo Iesum. Et báifulans sibi crucem, exívit in eum qui dícitur Calváriæ Locum, quod hebráice dícitur Gólgotha, ubi eum crucifixerunt, et cum eo álios duos hinc et hinc, médium autem Iesum. Scripsit autem et título Pilátus et pósuit super crucem; erat autem scriptum: “Iesus Nazarénus Rex Iudæórum”. Hunc ergo título multi legérunt Iudæórum, quia prope civitátem erat locus ubi crucifixus est Iesus; et erat scriptum hebráice, latíne, graece.

Dicébant ergo Piláto pontífices Iudæórum: “Noli scríbere: Rex Iudæórum, sed: Ipse dixit: Rex sum Iudæórum”.

Respóndit Pilátus: “Quod scripsi, scripsi”.

Partiti sunt vestimenta mea sibi.

Míletes ergo cum crucifixissent Iesum accepérunt vestiménta eius et fecérunt quattuor partes, unicuíque míliti partem, et túnica. Erat autem túnica inconsútilis, dé-

super contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem “Non scindámus eam, sed sortiámur de illa cuius sit”, ut Scriptúra impleátur, dicens: “Partíti sunt vestiménta mea sibi et in vestem meam misérunt sortem”. Et mílites quidem hæc fecérunt.

Ecce filius tuus. Ecce mater tua.

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius, María Cléopæ et María Magdaléne. Cum vidisset ergo Iesus matrem et discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri: “Múlier, ecce filius tuus”. Deínde dicit discípulo: “Ecce mater tua”. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua.

Consummatum est.

Póstea sciens Iesus quia iam ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra dicit: “Sítio”. Vas pósitum erat acéto plenum; spóngiam ergo plenam acéto hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acétum, dixit: “Consummátum est”, et inclináto cápite trádidit spíritum.

Hic Sacerdos modice inclinatur, Diaconus genua flectit et prosternimur, unoquoque submissa voce dicente:

Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi, quia per mortem tuam redemísti mundum.

Et continuo exivit sanguis et aqua.

Iudaéi ergo, quóniam Parascéve erat, ut non remanérent in cruce córpora sábbato, erat enim magnus dies illíus sábbati, rogavérunt Pilátum ut frangeréntur eórum crura et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura et altérius qui crucifíxus est cum eo; ad Iesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura, sed unus mílitum láncea latus eius apéruit, et contínuo exívit sanguis et

aqua.

Et qui vidit testimónium perhíbuit, et verum est eius testimónium, et ille scit quia vera dicit, ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc ut Scriptúra impleátur: “Os non comminuétur eius”, et íterum ália Scriptúra dicit: “Vidébunt in quem transfixérunt”.

Ligaverunt corpus Iesu linteis cum aromatibus.

Post hæc autem rogávit Pilátum Ioseph ab Arimathæa, qui erat discípulus Iesu, occúltus autem propter metum Iudaeorum, ut tólleret corpus Iesu: et permísit Pilátus. Venit ergo et tulit corpus eius.

Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad eum nocte primum, ferens mixtúram myrrhæ et áloes quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Iesu et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos Iudæis est sepelíre. Erat autem in loco ubi crucifíxus est, hortus et in horto monuméntum novum in quo nondum quisquam pósitus erat: ibi ergo propter Parasceven! Iudæórum, quia iuxta erat monuméntum, posuérunt Iesum.

Finita lectione Passionis, Sacerdos versa facie ad conventum incipit Orationem universalem. Dum dicit monitiones, conventus versa facie ad altare stat, capitibus de-tectis; postea Diaconus, stans in sede servitoris, subiungit Flectámus génuá; et super formas procumbimus, in siléntio orantes; dicente eodem Leváte, surgimus, et inclinati super misericordias collectam audimus, quam Sacerdos dicit (absqueOrémus).

PRO SANCTA ECCLESIA.

Orémus, dilectíssimi nobis, pro Ecclésia sancta Dei / ut eam Deus et Dóminus noster pacificáre, adunáre et custodíre dignétur toto orbe terrarum / detque nobis, quiétam et tranquíllam vitam degéntibus, glorificáre

Deum Patrem omnipotentem :

(*Diaconus dicit: Flectamus gēnua. Leváte.*)

O Mnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam
ómnibus in Christo géntibus revelásti : custódi
ópera misericórdiæ *túæ* / ut Ecclésia tua, toto orbe
diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis
persevéret : Per Christum Dominum nostrum : R/. Amen.

PRO PAPA.

Orémus et pro beatíssimo Papa nostro N. / ut Deus et
Dóminus noster, qui elégit eum in órđine episcopatus /
salvum atque incólumem custódiat Ecclésiæ suæ sanctae,
ad regéndum pópulum Dei : (*Diaconus dicit: Flectamus
gēnua. Leváte.*)

O Mnípotens sempitérne Deus, cuius iudício universa
fundántur : réspice propítius ad preces nostras, et
eléctum nobis Antístitem tua pietáte consérva / ut
christiána plebs, quæ te gubernátur auctóre, sub ipso
Pontí-fice, fidei suæ méritis augeátur : Per Christum
Dominum nostrum : R/. Amen.

PRO OMNIBUS ORDINIBUS ECCLESIAE.

Orémus et pro ómnibus Episcopis, presbyteris,
diáconis / et pro ómnibus ordínibus Ecclésiæ, et pro omni
pópulo sancto Dei :

(*Diaconus dicit: Flectamus gēnua. Leváte.*)

O Mnípotens sempitérne Deus, cuius Spíritu totum
corpus Ecclésiæ sanctificátur et régitur : exáudi
nos pro univérsis ordínibus supplicántes / ut, grátiae tuæ
múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidélitér serviátur : Per
Christum Dominum nostrum : R/. Amen.

PRO CATECHUMENIS.

Orémus et pro catechumenis / ut Deus et Dóminus no-

ster adapériat aures præcórdium ipsórum ianuámque misericórdiæ / ut, per lavácrum regeneratiónis accépta remissióne ómnium peccatórum, et ipsi inveniántur in Christo Iesu Domino nostro : (*Diaconus dicit: Flectámus génua. Leváte.*)

O Mnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiám tuam nova semper prole fecúndas : auge fidem et intelléctum catechúmenis / ut, renáti fonte baptísmatis, adoptiόνis tuæ filiis aggregantur : Per Christum Dominum nostrum : R/. Amen.

PRO UNITATE CHRISTIANORUM.

Orémus et pro univérsis frátribus in Christum credentibus / ut Deus et Dóminus noster eos, veritátem faciéntes, in una Ecclésia sua congregáre et custodíre dignétur : (*Diaconus dicit: Flectámus génua. Leváte.*)

O Mnípotens sempitérne Deus, qui dispérsa cóngregas et congregata consérvas : ad gregem Fílii tui placátus inténde / ut, quos unum baptísma sacrávit, eos et fídei iungat intégritas et vínculum sóciét caritátis : Per Christum Dominum nostrum : R/. Amen.

PRO IUDAEIS.

Orémus et pro Iudaeis / ut, ad quos prius locútus est Dóminus Deus noster, eis tríbuat in sui nóminis amóre et in sui foéderis fidelitate profícere : (*Diaconus dicit: Flectámus génua. Leváte.*)

O Mnípotens sempitérne Deus, qui promissiónes tuas Abrahæ eiúsque séminí contulísti : Ecclésiæ tuæ preces cleménter exáudi / ut pópulus acquisitiόνis prióris ad redemptiόνis mereátur plenitúdinem perveníre : Per Christum Dominum nostrum : E/. Amen.

PRO IIS QUI IN CHRISTUM NON CREDUNT.

Orémus et pro iis qui in Christum non crédunt / ut,

luce Sancti Spíritus illustráti, viam salútis et ipsi valeant introíre :

(Diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)

OMnípotens sempitérne Deus, fac ut qui Christum non confiténtur, coram te sincéro corde ambulántes, invéniant veritátem : nosque, mútuo proficiéntes semper amóre et ad tuæ vitæ mystérium plénius percipiéndum sollicitos / periectiões éffice tuæ testes caritatis in mundo : Per Christum Dominum nostrum : R/. Amen.

PRO IIS QUI IN DEUM NON CREDUNT.

Orémus et pro iis qui Deum non agnoscunt / ut, quæ recta sunt sincéro corde sectántes, ad ipsum Deum perveníré mereántur : *(Diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)*

OMnípotens sempitérne Deus, qui cunctos hómines condidísti, ut te semper desiderándo quaérent et inveniéndó quiéscerent : praesta, quaésumus, ut inter nóxia quaeque obstácula omnes, tuæ signa pietátis et in te credéntium testimónium bonórum óperum percipiéntes / te solum verum Deum nostríque géneris Patrem gáudeant confitéri : Per Christum Dominum nostrum : IV. Amen.

PRO REMPUBLICAM MODERANTIBUS.

Orémus et pro ómnibus natiónes moderántibus / ut Deus et Dóminus noster mentes et corda eórum secúndum voluntátem suam dírigat ad veram ómnium pacem ét libertátem : *(Diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)*

OMnípotens sempitérne Deus, in cuius manu sunt hóminum corda et iura populórum : réspice benígnus ad eos, qui nos in potestáte moderante / ut ubíque terrá-

rum et pacis securitas et gentium prosperitas et religionis libertas, te largiente, consistant : Per Christum Dominum nostrum : R/. Amen.

PRO TRIBULATIO

Orémus, dilectissimi nobis, Deum Patrem omnipotentem / ut cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincula solvat / viatoribus securitatem, peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem atque morientibus salutem indulgeat : (*Diaconus dicit: Flectamus genua. Levate.*)

O Mnipotens sempiternus Deus, maestorum consolatio, laborantium fortitudo : perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium / ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse : Per Christum Dominum nostrum : R/. Amen.

Finita Oratione universali exutaque casula, Sacerdos et Diaconus in vestiario calceamenta deponunt.

Regressus Sacerdos ad cathedram, stat in choro versus; Diaconus autem Crucem gerens ecclesiam ingreditur, versus in choro genua flectit, Illamque discooperit incipiendo Antiphonam Nos autem. Tunc conventus, capita detegens, procumbit super formas, sic totam cantaturus Antiphonam, Sacerdote inclinato manente.

ANTIPHONA.

Cf. Gai 6,14

a-8-r+

N

Os autem gloriari oportet in
Cruce Domini nostri Iesu Christi.

Finita Antiphona, Diaconus Crucem collocat super cilicium et linteum, a Sacrista et Procuratore in gradibus sanctuarii preparata.

Tunc Celebratis Crucem adorat, deinde Diaconus, postea Prior et ceteri per ordinem, singulatim intra se dicentes: Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi, quia per Crucem tuam redemísti mundum. Interim conventus, stans versis ad altare vultibus et capitibus detectis, cantat responsoria, quae Cantor inchoat.

Celebrans Crucem veneratus redit ad cathedram, ibique stat verso ad Crucem vultu, detectoque capite, donec omnes adoraverint. Diaconus vero ad sedem servito-ris revertitur.

RESPONSORIUM PRIMUM.

Mic 6,3-4

Pópule meus, quid feci tibi, aut quid moléstus fui? respónde mihi. Quóniam edúxi te de terra Ægýpti. <& Et de domo servitútis liberávi te.

V/. Et misi ante fáciem tuam Móysen, et Aaron, et Mariám. Et de domo servitútis.

RESPONSORIUM SECUNDUM. Is 65,2,5a

Expándi manus meas tota die ad pópulum non credéntem, et contradicéntem mihi. *ty* Qui ámbulant vias non bonas, et post peccáta sua.

V/. Qui dicunt: Recéde a me, ne appropínques mihi. Qui ámbulant.

RESPONSORIUM TERTIUM.

Cf. Is 53,2b.5a.c.4a

Ecce vídimus eum non habéntem spéciem, neque decórem: aspéctus eius in eo non est. Hic peccáta nostra portávit, et pro nobis dolens, vulnerátus est propter iniquitátes nostras. <& Cuius livóre sanáti sumus.

V/. Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit. Cuius livóre.

RESPONSORIUM QUARTUM.

Is 53,12bc.8c

Trádidit in mortem ánimam suam, et cum scelerátis

reputátus est. *b Et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

V/. Propter scelus pópuli mei percússi eum. Et ipse.

RESPONSORIUM QUINTUM.

Cf. Ier 11,19; Lam 3,60.59b

Ego quasi agnus innocens ductus sum ad immolándum, et nesciébam. *b Consílium fecérunt inimíci mei advérsus me, dicéntes: Veníte, mittámus lignum in pane eius, et conterámus eum de terra vivéntium.

V/. Vidísti, Dómine, iniquitátem eórum advérsus me: iúdica iudícium meum. Consílium fecérunt.

Responsoria, si opus sit, repetuntur.

Finito cantu et Cruce per Diaconum reposita, Celebrans casulam induit, et, ablutis digitis, corporale expandit.

Omnes vero super formas procumbunt, nudatis capitibus. Diaconus, extensa super umerum sindone, Corpus dominicum de tabernaculo educit et offert Celebranti, incipiens cum nota sequentem Antiphonam:

ANTIPHONA.

I Cor II,24b.25bc

H Oc Cor- pus

quod pro vobis tradétur: Hic Calix novi Testaménti est in meo Sángvine, dicit Dóminus. Hoc fácite quotiescúmque súmitis in meam commemoratióem.

Antiphona finita, sumpta venia surgimus et, verso ad altare vultu, capita cooperimus. Tum Celebrans orat in silentio pro tota Ecclesia; dicere etiam potest, submissa voce, sequentem Orationem.

ORATIO.

Orémus.

Pietáte tua, quaésumus, Dómine, nostrórum solve víncula delictórum : et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genetríce María, cum ómnibus Sanctis tuis, Domnum Apostólicum, Pontífices, Abbátes, et Prióres nostros, sed et omnes congregatiónes illis comíssas, Reges et Príncipes nostros, et omnem pópulum Christiánum, et nos fámulos tuos, atque locum istum, et ómnia loca nostra in omni sanctitáte custódi : omnésque affinitáte, societáte ac familiaritáte nobis coniúctos, et nos a vítiis purga, virtútibus illústra : pacem et salútem nobis tríbue, hostes visíbiles et invisíbiles rémove, carnália desidéria repélle, áerem salúbrem indúlge, amícis et inimícis nostris et nobis veram caritátem largíre : et omnibus fidélibus tuis vivis et defúntis in terra vivéntium vitam et réquiem ætéram concéde. Per Dóminum nostrum.

Oratione completa, Pater noster cum Celebrante omnes cantamus, more solito.

Dein Celebrans dicit Líbera nos et Dómine Iesu Christe, da nobis, in silentio et praeparat se ad Communionem. Interim conventus accedit ad sanctuarium ad recipiendum Corpus Domini sub specie panis.

Communione peracta Celebrans excutit digitos super pyxidem, quam Diaconus in tabernaculum reponit. Deinde Celebrans, digitis ablutis, plicato corporali clausoque missali, altare discoopertum relinquit.

Sacerdos et Diaconus in vestiario vestes sacras deponunt. Interim conventus se prosternit. Dato a Praeside signo, omnes calceamenta resumunt; deinde surgunt, fa-cto que Crucis signo, discedunt.

RESURRECTIO DOMINI**PERVIGILIUM PASCHAE**

Statim post Vigiliam lectionum, sedente conventu, celebraturi induuntur. Quibus in sedes reversis fit benedictio et aspersio aquae, ut sequitur, tono lectionum:

INTRODUCTIO.

DOminum Deum nostrum, fratres caríssimi, suppliciter deprecémur / ut hanc creatúram aquæ benedícere dignétur : super nos aspergéndam in nostri memóriam baptísmit. Ipse autem nos adiuváre dignétur, ut fidéles Spirítui, quem accépinus, maneámus.

Dómine Deus noster, pópulo tuo hac nocte sacratíssima vigilánti adésto propítius : et nobis, mirábile nostræ creatiónis opus / sed et redemptiónis nostræ mirabiliús, memorántibus : hanc aquam benedícere tu dignáre. Ipsam enim tu fecísti / ut et arva fecunditate donáret : et levámen corpóribus nostris munditiámqué præbéret. Aquam étiam tuæ minístram misericórdiæ condidisti / nam per ipsam solvísti tui pópulí servitútem : illiúsque sitim in desérto sedásti. Per ipsam novum foedus nuntiaverunt prophetae : quod eras cum homínibus ínitúrus. Per ipsam dénique, quam Christus in Iordane sacrauit / corrúptam natúrae nostræ substántiam : in regeneratiónis lavácro renovásti.

Sit ígitur hæc aqua nobis suscépti baptísmatis memoria / et cum frátribus nostris, qui sunt in Páschaté baptizáti : gáudia nos tríbuas sociáre.

Per Christum Dominum nostrum. R/. "Amen.

BENEDICTIO SALIS. Manu
super sal extensa.

Supplices te rogámus, omnípotens Déus / ut hanc
creatúram salis bene ^ dícere tua pietate dignéris : qui
per Eliséum Prophétam in aquam mitti eam iussísti, ut
sanarétur sterílitas aquæ.

Praesta, Dómine, quaésumus, ut ubicúmque hæc salis
et aquæ commíxtio fúerit aspersa / omni impugnatióne
inimíci depúlta, præsentia Sancti tui Spíritus nos iugiter
custódiat : Per Christum Dominum nostrum. R/. "Amen.

BENEDICTIO AQUAE.

Manu super aquam extensa.

O Mnípotens sempitérne Deus / qui voluísti ut per
aquam, fontem vitæ ac purificatiónis princípium,
étiam animæ mundaréntur : æternæque vitæ munus
excíperent / dignáre, quaésumus, hanc aquam bene "í*
dícere : qua vólumus hac die tua, Dómine, communió.

Fontem vivum in nobis tuæ grátiae renovári et ab omni
malo spíritus et córporis per ipsam nos deféndi concédas
/ ut mundis tibi córdibus propinquáre tuámque digne
salútem valeamus accípere : Per Christum Dominum
nostrum, y. "Amen.

Sal immittit in aquam, nihil dicens. Sequitur aspersione
modo solito. Qua finita, incipitur Kýrie tono sollemni.
Dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui hanc sacratíssimam noctem glória domínicae
resurrectiόνis illustras / consérva in nova famíliæ
tuæ progénie adoptiόνis spíritum, quem dedísti : ut
córpore et mente renováti / puram tibi exhíbeánt
servitútem : Per Dóminum.

7

LECTIO.

Col3,1-4

Quae sursum sunt quaerite.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossenses,

Ratres: Si conresurrexístis Christo, quæ sursum sunt
-L quaérite, ubi Christus est in dextera Dei sedens;
quæ sursum sunt sápite, non quæ supra terram; mórtui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparúerit, vita vestra, tunc et vos apparébitis cum ipso in glória.

ALLELUIA.

Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino quóniam bonus,
quóniam in saéculum misericórdia eius. Non repetitur
Allelúia.

TRACTUS.

Ps 116,1-2

Laudáte Dóminum omnes gentes: et collaudáte eum omnes pópuli.

V/. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius: et véritas Dómini manet in ætérnum.

EVANGELIUM.

Mt 28,1-7

Surrexit et praecedit vos in Galilaeam.

& Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

SEro post sábbatum, cum illucésceret in primam sábbati, venit María Magdaléne et áltera María vidére sepúlcrum. Et ecce terræ motus factus est magnus: ángelus enim Dómini descéndit de caelo et accédens revólvit lápidem et sedébat super eum. Erat autem aspéctus eius sicut fulgur et vestiméntum eius cándidum sicut nix. Præ timóre autem eius exterriti sunt custódes et facti sunt velut mórtui.

Respóndens autem ángelus dixit muliéribus: “Nolíte

timere vos, scio enim quod Iesum qui crucifixus est quaeritis. Non est hic: surrexit enim sicut dixit. Venite, videte locum ubi positus erat. Et cito euntes dicite discipulis eius: Surrexit a mortuis, et ecce praecedit vos in Galilaeam, ibi eum videbitis. Ecce dixi vobis”.

Credo in unum Deum.

Antiphona ad Offertorium tacetur, etiam in choro.

SUPER OBLATA.

PROPITIUS, Domine, quaesumus, haec dona sanctifica : ut, qui gratiam dominicae resurrectionis cognovimus / ipsi per amorem Spiritus in novitatem vitae resurgamus : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem, Domine, omni tempore, sed in hac potissimum nocte gloriosius praedicare, etc.

Pro Prece Eucharistica I, Communicantes proprium, Hanc igitur ut in Missa diei et per totam Octavam.

Pax Domini dicitur et accipitur.

Agnus Dei tacetur, nec dicitur Antiphona Communionis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

SPiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde : ut, quos sacramentis paschalibus satiasti / tua facias pietate concordēs : Per Christum.

Missa cum Amen ad Postcommunionem absolvitur.

MISSA DIEI SANCTI PASCHAE

Benedictio aquae et aspersio, iam in nocte factae, non iterantur.

INTROITUS.

Ps 138,18b.5b-6a

Resurrexi, et adhuc tecum sum, allelúia: posuisti super me manum tuam, allelúia: mirábilis facta est sciéntia tua, allelúia, allelúia.

Ps 138,1b-2a: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiόνem meam, et resurrectiόνem meam.

Glória Patri. Resurrexi, et adhuc tecum sum.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui hodiérna die, per Unigénitum tuum, aetérnitátis nobis áditum, devícta morte, reserásti : da nobis, quaesumus, ut qui resurrectiόνis domínicae sollémnia colimus / per innovatiόνem tui Spíritus in lúmine vitae resurgámus : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Cor 5,6b-8

Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova consparsio.

Léctio Epístolæ primae beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Nescítis quia módicum ferméntum totam massam corrúmpit? Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspársio, sicut estis ázymi. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus: ítaque festa celebrémus, non in ferméto véteri neque in ferméto malítiæ et nequítiæ, sed in ázymis sinceritátis et veritátis.

RESPONSORIUM.

Ps 117,24.1

IV. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

y. Confitémيني Dómino, quóniam bonus: quóniam in

saeculum misericordia eius.

ALLELUIA.

I Cor 5,7c

Allelúia, y. Pascha nostrum immolátus est Christus.
Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 16,1-8

Iesus Nazarenus crucifixus surrexit.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Marcum.

CUm transisset sábbatum, María Magdaléne et María Iacobi et Salóme emérunt arómata ut veniéntes ún-gerent Iesum. Et valde mane prima sabbatórum véniunt ad monuméntum orto iam sole.

Et dicébant ad ínicem: “Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti? ” Et respiciéntes vident revolútum lápidem; erat quippe magnus valde.

Et introeúntes in monuméntum vidérunt iúvenem sedéntem in dextris, coopértum stola cándida, et obstupuérunt.

Qui dicit illis: “Nolíte expavescere; Iesum quaeritis Nazarénum crucifixum: surréxit, non est hic; ecce locus ubi posuérunt eum. Sed ite, dícite discípulis eius et Petro: Præcédit vos in Galilaéam: ibi eum vidébitis sicut dixit vobis”.

Et exeúntes fugérunt de monuménto, inváserat enim eas tremor et pavor, et némini quicquam dixerunt, timébant enim.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Sacrificia, Dómine, paschálibus gáudiis exsultántes offerimus / quibus Ecclésia tua mirabíliter renáscitur et nutrítur : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die gloriósius praedicáre, etc.

Pro Prece Eucharistica I, Communicántes et Hanc igitur propria.

COMMUNIO.

1 Cor 5,7c-8a.d

Pascha nostrum immolátus est Christus, allelúia: ítaque epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Perpétuo, Deus, Ecclésiam tuam pio favore tuere : ut, paschálibus renováta mysteriis / ad resurrectiónis perveniát claritátem : Per Dóminum.

OCTAVA PASCHAE

FERIA SECUNDA

Sollemnitas

INTROITUS.

Cf. Ex 13,5a.c.9b

Introdúxit vos Dóminus in terram fluéntem lac et mel, J.allelúia: ut lex Dómini semper sit in ore vestro, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdiæ eius.

Glória Patri.

Introdúxit vos Dóminus.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Semper exsúltet pópulus tuus, Deus, renováta animae
 iuventúte : ut, qui nunc lætátur in adoptiõnis se
 glóriam restitutum / resurrectionis diem spe certæ
 gratulationis expéctet : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 10,34a.37-43

*Hunc Deus suscitavit tertia die.***Léctio Actuum Apostolorum.**

IN diébus illis: Apériens Petrus os dixit: “Vos scitis,
 quod factum est verbum per univérsam Iudaeam
 incípiens a Galilaéa post baptísmum quod prædicávit
 Ioannes, Iesum a Názaeth, quómo do unxit eum Deus
 Spírítu Sancto et virtúte, quí pertransívit benefaciéndo
 et sanándo omnes opprésos a diábolo, quóniam Deus
 erat cum illo.

Et nos testes sumus ómnium quæ fecit in regiõne
 Iudaeorum et Ierusalem; quem et occidérunt
 suspendétes in ligno. Hunc Deus suscitávit tértia die et
 dedit eum maniféstum fieri, non omni pópulo sed
 téstibus præordinátis a Deo, nobis, qui manducávimus
 et bíbimus cum illo postquam resurréxit a mórtuis; et
 præcépit nobis prædicáre pópulo et testificári quia ipse
 est qui constitútus est a Deo iudex vivórum et
 mortuórum.

Huic omnes Prophétæ testimónium pérhibent
 remissionem peccatórum accípere per Nomen eius
 omnes qui credunt in eum”.

RESPONSORIUM.

Ps 117,24.2

R/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et
 lætémur in ea.

V/. Dicat nunc Israel quóniam bonus: quóniam in
 saéculum misericórdia eius.

ALLELUIA.

Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 24,13-35

Aperti sunt oculi eorum et cognoverunt eum.

<fr Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

ECce duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die prima sabbatórum in castéllum quod erat in spátio stadiórum sexagínta ab Ierusalem nómine Emmaus, et ipsi loquebántur ad ívicem de his ómnibus quæ accíderant. Et factum est, dum fabularéntur et secum quaérent, et ipse Iesus appropínquat ibat cum illis, óculi autem illórum tenebántur ne eum agnóscerent. Et ait ad illos: “Qui sunt hi sermónes, quos confértis ad ívicem ambulántes?” Et stetérunt tristes.

Et respóndens unus, cui nomen Cléopas, dixit ei: “Tu solus peregrínus es in Ierusalem et non cognovísti quae facta sunt in illa his diébus?”

Quibus ille dixit: “Quæ?”

Et illi dixérunt ei: “De Iesu Nazaréno, qui fuit vir prophéta, potens in ópere et sermóne coram Deo et omni pópulo, et quómo eum tradidérunt summi sacerdótes et príncipes nostri in damnatióne mortis, et crucifixérunt eum. Nos autem sperabámus quia ipse esset redemptúrus Israel; at nunc super hæc ómnia tértia dies hódie quod hæc facta sunt. Sed et mulíeres quaedam ex nostris terruérunt nos, quæ ante lucem fuérunt ad monuméntum et non invénto córpore eius venérunt dicétes se étiam visióne angelórum vidísse, qui dicunt eum vívere. Et abiérunt quidam ex nostris ad monuméntum, et ita invenérunt sicut mulíeres dixérunt, ipsum vero non vidérunt”.

Et ipse dixit ad eos: “O stulti et tardi corde ad cre-

déndum in ómnibus quæ locúti sunt Prophetæ. Nonne hæc opórtuit pati Christum, et intráre in glóriam suam? ” Et incípiens a Móyse et ómnibus Prophétis, interpretabátur illis in ómnibus Scriptúris quæ de ipso erant.

Et appropinquavérunt castéllo quo ibant, et ipse se finxit lóngius ire. Et coegerunt illum dicéntes: “Mane nobíscum, quóniam advesperáscit et inclináta est iam dies”. Et intrávit ut manéret cum illis. Et factum est dum recúmberet cum illis, accépit panem et benedíxit ac fregit et porrigébat illis. Et apérti sunt óculi eórum et cognovérunt eum; et ipse evánuit ab eis. Et dixerunt ad ínvicem: “Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquerétur nobis in via, et aperíret nobis Scriptúras? ”

Et surgéntes eádem hora, regréssi sunt in Ierusalem, et invenérunt congregátos Undecim et eos qui cum ipsis erant, dicéntes: “Surréxit Dóminus vere et appáruit Simóni”. Et ipsi narrábant quæ gesta erant in via et quómo do cognovérunt eum in fractióne panis.

Non dicitur Credo. SUPER OBLATA.

DEus, qui et libertátis nostræ auctor es et salútis, súscipe supplicantum! múnera : et, quos sánguine Fílii tui effusióne redemísti / fac, ut per te vívere et perpétua in te váleant incolumitate gaudére : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem. Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die gloriósius prædicáre, etc.

Pro Prece Eucharistia I, Communicántes et Hanc ígitur propria.

COMMUNIO.

Lc 24,34b

Surréxit Dóminus, et appáruit Petro, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

T? Xúberet, quaésumus, Dómine, méntibus nostris
 JL^paschális grátia sacraménti : ut, quos viam fecísti
 perpétuæ salútis intrare / donis tuis dígnos effíeias : Per
 Dóminum.

FERIA TERTIA

INTROITUS.

Cf. Sir 15,3bc.4b

A Qua sapiéntiæ potávit eos, allelúia: firmábitur in
 illis, et non flectétur, allelúia: et exaltábit eos in
 ætérnum, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus:
 quóniam in saéculum misericórdia eius. Glória Patri.
 Aqua sapiéntiæ potávit eos.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui Ecclésiám tuam nova semper prole
 múltiplicas / concéde fámulis tuis : ut sacraméntum
 vivéndo téneant / quod fide percepérunt : Per
 Dóminum.

LECTIO.

Act 13,26-33

Promissionem Deus adimplevit, resuscitans Iesum.

Léctio Actuum Apostolórum.

I N diébus illis: Cum venísset Paulus Antiochíam
 Pisídiæ, dicébat in synagóga: “Viri fratres, filii
 géneris Abraham et qui in vobis timent Deum, nobis
 verbum salútis huius missum est. Qui enim habitábant
 Ierusalem et príncipes eórum hunc ignorántes et voces
 Prophetárum,

quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleverunt, et nullam causam mortis inveniētes petierunt a Pilato ut interficeretur; cumque consummasset omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt in monumento.

Deus vero suscitavit eum a mortuis; qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem, qui nunc sunt testes eius ad plebem.

Et nos vobis evangelizamus eam quæ ad patres promissio facta est, quoniam hanc Deus adimplevit filiis eorum, nobis, resuscitans Iesum, sicut et in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te”.

RESPONSORIUM.

Ps 117,24; 106,2-3a

R/. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus et lætemur in ea.

V/. Dicant nunc qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus congregavit eos.

ALLELUIA.

Mt 28,2bc

Allelúia. V/. Angelus Domini descendit de caelo: et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 24,35-48

Sic scriptum est, Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die.

& Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Narrabant discipuli quæ gesta erant in via et quomodo cognoverunt Iesum in fractione panis.

Dum hæc autem loquuntur, ipse stetit in medio eorum, et dicit eis: “Pax vobis”. Conturbati vero et conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: “Quid turbati estis, et quare cogitationes ascendant in corda vestra? Videte manus meas et pedes meos, quia ipse ego sum: palpate me et videte, quia spiritus carnem

et ossa non habet sicut me vidétis habére”. Et cum hoc dixisset, osténdit eis manus et pedes.

Adhuc autem illis non credéntibus præ gáudio et mirántibus, dixit eis: “Habétis hic áliquid quod manducetur?” At illi obtulérunt ei partem piscis assi. Et sumens coram eis manducávit.

Et dixit ad eos: “Hæc sunt verba quæ locútus sum ad vos cum adhuc essem vobíscum, quóniam necesse est impléri ómnia quæ scripta sunt in lege Móysis et Prophétis et Psalmis de me”. Tunc aperuit illis sensum ut intellégerent Scriptúras.

Et dixit eis: “Sic scriptum est, Christum pati, et resúrgere a mórtuis die tértia, et prædicári in nómine eius paeniténtiam in remissionem peccatórum in omnes gentes, —incipiéntibus ab Ierusalem: vos estis testes horum”.

SUPER OBLATA.

OMnípotens Deus, qui nobis immortalitátis éfficis iustificando capáces : concéde ómnibus qui hoc sacrificium offerunt / usque ad plenitúdinem glóriæ, regeneratióne baptísmatis, pervenire : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die gloriósius prædicáre, etc.

Pro Prece Eucharistia I, Communicántes et Hanc ígitur propria.

COMMUNIO.

Col 3,1-2a

Si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quaerite, allelúia, ubi Christus est in délixtera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

EXáudi nos, omnípotens Deus : et famíliæ tuæ corda, cui perféctam baptísmatis grátiam contulísti /

ad promerendam beatitudinem áptes ætérnam : Per
Dóminum.

FERIA QUARTA

INTROITUS.

Mt 25,34b

VEníte, benedícti Patris mei, percípíte regnum,
allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi,
allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus:
quóniam in saéculum misericórdia eius. Glória Patri.
Veníte, benedícti Patris mei.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui nobis æternitátis áditum glorificatióne
Christi tui et Sancti Spíritus illuminatióne reserá-
sti : concéde, quaésumus, ut, tanti doni párticeps, devó-
tio nostra proficiat / et ad fidei transferámur
augméntum : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 3,13-15.17-19

Auctorem vitae interfecistis, quem Deus suscitavit a mortuis.

Léctio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Dixit Petrus ad pópulum: “Deus
Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob, Deus patrum
nostrórum glorificávit Púerum suum Iesum, quem vos
quidem tradidístis et negástis ante fáciem Piláti, iudicánte
illo dimítti: vos autem Sanctum et Iustum negástis, et
petístis virum homicídám donári vobis, au-

ctórem vero vitæ interfecístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, cuius nos testes sumus.

Et nunc, fratres, scio quia per ignorántiam fecístis, sicut et príncipes vestri; Deus autem quæ prænuntiávit per os ómnium Prophetárum pati Christum suum, implévit sic. Pænitémini ígitur et convertímini ut deleántur vestra peccáta”.

RESPONSORIUM.

Ps 117,24.16ab

R/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

V/. Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me.

ALLELUIA.

Cf. Mt 28,9ab

Allelúia. V/. Surréxit Dóminus, et occúrrens muliéribus ait, Avéte: tunc accessérunt, et tenuérunt pedes eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 21,1-14

Manifestavit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Manifestávit se íterum Iesus discíplis ad mare Tiberíadis; manifestávit autem sic.

Erant simul Simon Petrus et Thomas qui dicitur Dídymus et Nathánael qui erat a Cana Galilaeae et filii Zebedaíi et álii ex discíplis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: “Vado piscári”. Dicunt ei: “Vénimus et nos tecum”. Exiérunt et ascendérunt in navem, et illa nocte nihil prenidérunt.

Mane autem iam facto, stetit Iesus in lítore; non tamen sciébant discípli quia Iesus est.

Dicit ergo eis Iesus: “Púeri, numquid pulmentárium habétis? ”

Respondérunt ei: “Non”.

Ille autem dixit eis: “Míttite in d́exteram navígii rete, et inveniétis”. Misérunt ergo, et iam non valébant illud tráhere a multítudine ṕiscium.

Dicit ergo discípulus ille, quem diligébat Iesus, Petro: “Dóminus est”. Simon ergo Petrus, cum audísset quia Dóminus est, t́unicam succínxit se, erat enim nudus, et misit se in mare; álii autem discípuli navígio venérunt, non enim longe erant a terra sed quasi cúbitis ducéntis, trahéntes rete ṕiscium.

Ut ergo descendérunt in terram vident prunas ṕositas et piscem superṕositum et panem. Dicit eis Iesus: “Afférte de ṕiscibus quos prendidístis nunc”. Ascéndit ergo Simon Petrus, et traxit rete in terram plenum magnis ṕiscibus centum quinquagínta tribus: et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: “Veníte, prandéte”. Nemo autem audébat discipulórum interrogáre eum: “Tu quis es? ”, sciéntes quia Dóminus est. Venit Iesus et áccipit panem et dat eis, et piscem simíliter.

Hoc iam tértio manifestátus est Iesus discípulis cum resurrexísset a mórtuis.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, munera nostra : ut, quemádmódum mystério resurrectionis Fílii tui sollémnia colimus / ita et in advéntu eius gaudére cum Sanctis ómnibus mereámur : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die gloriósius praedicáre, etc.

Pro Prece Eucharistica I, Communicántes et Hanc igitur propria.

COMMUNIO.

Rom 6,9

Christus resúrgens ex mórtuis iam non móritur,
allelúia: mors illi ultra non dominábitur, allelúia,
allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

AB omni nos, quaésumus, Dómine, vetustáte purgátos
/ sacraménti tui veneránda percéptio in novam
tránsferát creatúram : Qui vivis et regnas.

FERIA QUINTA

INTROITUS.

Sap 10,20b-21

Victrícem manum tuam, Dómine, laudavérunt
páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum,
et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.
Ps 97,1: Cantáte Dómino cánticum novum: quia
mirabilia fecit. Glória Patri. Victrícem manum tuam.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui diversitátem géntium in confessióne tui
nóminis adunásti : da, ut renátis fonte baptísmatis
una sit fides méntium / et píetas actiónum : Per
Dóminum.

LECTIO.

Act 8,26-40

Philippus et eunuchus.

Léctio Actuum Apostolórum.

IN diébus illis: Angelus Dómini locútus est ad
Philíppum dicens: “Surge et vade contra
meridiánum ad

viam quæ descéndit ab Ierusalem in Gazam; hæc est desérta”. Et surgens ábiit; et ecce vir Æthiops eunúchus potens Candácis regínæ Æthiopum, qui erat super omnem gazam eius, qui vénerat adoráre in Ierusalem, et revertebátur sedens super currum suum et legébat prophétam Isaíam.

Dixit autem Spíritus Philíppo: “Accéde et adiúnge te ad currum istum”. Accúrrens autem Philíppus audívit illum legéntem Isaíam prophétam, et dixit: “Putásne intéllegis quæ legis?”

Qui ait: “Et quómodo possum si non áliquis osténderit mihi?” Rogavítque Philíppum ut ascénderet et sedéret secum.

Locus autem Scriptúræ quem legébat erat hic:

“Tamquam ovis ad occisiónem ductus est, et sicut agnus coram tondénte se sine voce, sic non áperit os suum.

In humilitáte eius iudícium eius sublátum est: generatiónem illíus quis enarrabit?

Quóniam tóllitur de terra vita eius”.

Respóndens autem eunúchus Philíppo dixit: “Obsecro te, de quo Prophéta dicit hoc? De se an de álio áliquo?” Apériens autem Philíppus os suum et incípiens a Scriptúra ista, evangelizávit illi Iesum.

Et dum irent per viam, venérunt ad quamdam aquam, et ait eunúchus: “Ecce aqua: quid próhibet me baptizári?”

Et iussit stare currum, et descendérunt utérque in aquam Philíppus et eunúchus, et baptizávit eum.

Cum autem ascendíssent de aqua, Spíritus Dómini rápuit Philíppum, et ámplius non vidit eum eunúchus; ibat autem per viam suam gaudens. Philíppus autem invéntus est in Azóto, et pertránsiens evangelizábat civitátibus cunctis donec veníret Cæsaréam.

RESPONSORIUM.

Ps 117,24.22-23

IV. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

y. Lápídem, quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli: a Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis nostris.

ALLELUIA.

Lc 24,32b

Allelúia, y. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 20,11-18

Vidi Dominum.

& Lécitio sancti Evangéllii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: María stabat ad monuméntum foris plorans. Dum ergo fleret inclinávit se in monuméntum et videt duos ángelos in albis sedéntes, unum ad caput et unum ad pedes, ubi pósito fúerat corpus Iesu.

Et dicunt ei illi: “Múlier, quid ploras?”

Dicit eis: “Tulérunt Dóminum meum, et néscio ubi posuérunt eum”.

Hæc cum dixisset, convérsa est retrórsum et videt Iesum stantem, et non sciébat quia Iesus est.

Dicit ei Iesus: “Múlier, quid ploras? Quem quæris?”

Illa, exístimans quia hortulánus esset, dicit ei: “Dómine, si tu sustulísti eum, dícito mihi ubi posuísti eum, et ego eum tollam”.

Dicit ei Iesus: “María”. Convérsa illa, dicit ei hebráice: “Rabbúni (quod dícitur Magíster)”.

Dicit ei Iesus: “Iam noli me tángere, nondum enim ascénderi ad Patrem; vade autem ad fratres meos et dic eis: Ascéndo ad Patrem meum et Patrem vestrum et Deum meum et Deum vestrum”.

Venit María Magdaléne, annúntians discípulis: “Vidi

Dóminum”, et quia hæc dixit ei.

SUPER OBLATA.

Suscipe, quaesumus, Dómine, múnera populórum tuorum propítius : ut confessióne tui nóminis et baptísmate renovati / sempitérnam beatitúdinem consequántur : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione /, dicitur: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die gloriósius prædicáre, etc.

Pro Prece Eucharistica /, Communicántes et Hanc igitur propria.

COMMUNIO.

1 Petr 2,9b

Pópulus acquisitionis annuntiáte virtútes eius, allelúia, qui vos de ténebris vocávit in admirábile lumen suum, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

EXáudi, Dóminé, preces nostras : ut redemptionis nostræ sacrosáncta commércia, et vitæ nobis cónferant præsentis auxiliium / et gáudia sempitérna concílient : Per Dóminum.

FERIA SEXTA

INTROITUS.

Ps 77,53a.c

EDuxit eos Dóminus in spe, allelúia: et inimícos eórum opéruit mare, allelúia, allelúia, allelúia. Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Edúxit eos Dóminus.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Paschale sacraméntum in reconciliatiónis humánæ foéderé contulísti: da méntibus nostris, ut quod professióne celebramus / imitémur efféctu : Per Dóminum.

LECTIO.

I Peti 3,18-22

Deus vos salvos facit per resurrectionem Iesu Christi.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

CAríssimi: Christus semel pro peccátis passus est, iustus pro iniústis, ut vos addúceret ad Deum, mortificátus quidem carne, vivificátus autem Spíritu; in quo et his qui in cárcere erant spirítibus advéniens prædicávit, qui incréduli fúerant aliquándo, quando exspectábat Dei paciéntia in diébus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo ánimæ, salvæ factæ sunt per aquam.

Cuius antitypum, baptísma, et vos nunc salvos facit, non carnis depositio sórdium sed consciéntiæ bonæ rogátio in Deum, per resurrectiόνem Iesu Christi, qui est in dextera Dei, proféctus in cælum, subiéctis sibi ángelis et potestátibus et virtútibus.

RESPONSORIUM.

Ps 117,24.26a.27a

iy. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

y. Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus Dóminus et illúxit nobis.

ALLELUIA.

Mt 28,2bc

Allelúia, y. Angelus Dómini descéndit de caelo: et ac-

cédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 28,16-20

Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.

& Conclusio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Undecim discípuli abiérunt in Galilaéam, in Montem ubi constitúerat illis Iesus, et vidéntes eum adoravérunt, quidam autem dubitavérunt. Et accédens Iesus locútus est eis dicens:

“Data est mihi omnis potéstas in caelo et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in Nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti, docéntes eos serváre ómnia quaecúmque mandávi vobis: et ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus usque ad consummationem saéculi”.

SUPER OBLATA.

DEus, vita fidélium, glória humílium, beatitúdo iustórum, ad múnera nostra benígnus inténde : ut, qui promíssa tuæ sítiunt largitátis / de tua semper abundántia repleántur : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die gloriósius praedicáre, etc.

Pro Prece Eucharistia I, Communicántes et Hanc igitur propria.

COMMUNIO.

Mt 28,18b-19

Data est mihi omnis potéstas in caelo et in terra, allelúia: eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in Nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

COntínua, quaésumus, Dómine, quos salvásti, pietate custódi : ut, qui Fílii tui passióne sunt redépti /

eius resurrectione læténtur : Per Dóminum.

SABBATUM IN ALBIS

INTROITUS.

Ps 104,43

EDuxit Dóminus pópulum suum in exsultatióne,
allelúia, et eléctos suos in lætítia, allelúia, allelúia. Ps
104,1: Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius:
annuntiáte inter gentes ópera eius. Glória Patri. Edúxit
Dóminus.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui credétes in te pópulos grátia tuæ largitáte
múltiplicas / ad electiónem tuam propítius intuére :
ut, qui sacraménto baptísmatis sunt renáti / beáta
fácias immortalitate vestíri : Per Dóminum.

LECTIO.

I Petr 2,4-9

Vos autem genus electum, regale sacerdotium.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

/^ Aríssimi: Ad Dóminum accedétes, lápidem vivum,
\^ ab homínibus quidem reprobátum, coram Deo
autem eléctum, pretiósum, et ipsi tamquam lápides vivi
ædificámini domus spiritális in sacerdotium sanctum,
offérre spiritáles hóstias acceptábiles Deo per Iesum
Christum. Propter quod cóntinet in Scriptúra: “Ecce
pono in Sion lápidem
angulárem eléctum pretiósum, et
qui credit in eo non confundétur”.

Vobis ígitur honor credéntibus; non credéntibus autem “Lapis quem reprobavérunt ædificántes

hic factus est in caput ánguli”, et “Lapis offensiónis et petra scándali”; qui offéndunt, verbo non credétes, in quod et pósito sunt.

Vos autem genus eléctum, regále sacerdotium, gens sancta, pópulus in acquisitionem, ut virtútes annuntiétis eius qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum.

RESPONSORIUM.

Ps 117,24. 1

R/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

T. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius.

ALLELUIA.

Cf. Mt 28,9ab

Allelúia. V/. Surréxit Dóminus, et occúrrens muliéribus ait, Avéte: tunc accessérunt, et tenuérunt pedes eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 20,1-9

Petrus et alius discipulus veniebant ad monumentum.

*& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

Prima sabbatórum María Magdaléne venit mane cum adhuc ténebræ essent ad monuméntum, et videt lápidem sublátum a monuménto. Currit ergo et venit ad Simónem Petrum et ad álium discípulum quem amábat Iesus, et dicit eis: “Tulérunt Dóminum de monuménto, et nescimus ubi posuérunt eum”.

Exiit ergo Petrus et ille álius discípulus, et veniebant ad monuméntum. Currébant autem duo simul, et ille álius discípulus praecucurrit cítius Petro et venit primus

ad monuméntum, et cum se inclinásset, videt pósito linteámina, non tamen introívit.

Venit ergo et Simon Petrus sequens eum, et introívit in monuméntum: et videt linteámina pósito, et sudárium, quod fúerat super caput eius, non cum linteamínibus pósito sed separátim involútum in unum locum. Tunc ergo introívit et alter discípus qui vénerat primus ad monuméntum, et vidit et crédidit: nondum enim sciébant Scriptúram quia opórtet eum a mórtuis resúrgere.

SUPER OBLATA.

Concède, quaésumus, Dómine, semper nos per hęc mystéria paschaliã gratulári : ut contínua nostræ reparatiónis operatio / perpétuæ nobis fiat causa lætitiæ : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die gloriósius prædicáre, etc.

Pro Prece Eucharistia I, Communicántes et Hanc igitur propria.

COMMUNIO.

Gai 3,27

Omnes qui in Christo baptizáti estis, Christum induístis, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Populum tuum, quaésumus, Dómine, intuére benígnus : et, quem ætérnis dignátus es renováre mystériis / ad incorruptíblem glorificándæ carnis resurrectiόνem perveníre concède : Per Dóminum.

DOMINICA SECUNDA PASCHAE
SEU IN ALBIS

INTROITUS.

1 Peti 2,2a

QUasi modo géniti infántes, allelúia, rationábile sine dolo lac concupíscite, allelúia, allelúia, allelúia. Ps 80,2: Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob.

Glória Patri. Quasi modo géniti.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, per quem nobis et redémptio venit et præstátur adóptio : filios dilectiónis tuæ benígnus intende / ut in Christo credéntibus et vera tribuátur libértas et heréditas æténa : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Petr 1,3-9

Regeneravit nos in spem per resurrectionem Iesu Christi.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui secúndum magnam misericórdiam suam regenerávit nos in spem vivam per resurrectionem Iesu Christi ex mórtuis, in hereditátem incorruptibilem et incontaminátam et immarcescibilem, conservátam in caelis propter vos qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salútem parátam revelári in témpore novíssimo.

In quo exsultátis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatióibus, ut probátio vestræ fidei multo pretiósior auro quod perit, per ignem quidem probáto,

inveniátur in laudem et glóriam et honórem in revelatióne Iesu Christi. Quem cum non vidéritis dilígitis, in quem nunc non vidéntes, credéntes autem, exsultátis lætítia inenarrábili et glorificáta, reportántes finem fidei vestræ salútem animárum.

ALLELUIA 1.

Ps 117,24

Allelúia. V/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

ALLELUIA 2.

Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 20,19-31

Post dies octo venit Iesus.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

CUm esset sero die illo prima sabbatórum, et fores essent clausæ ubi erant discípuli propter metum Iudaeorum, venit Iesus et stetit in médio et dicit eis: “Pax vobis”. Et hoc cum dixisset, osténdit eis manus et latus. Gavísi sunt ergo discípuli viso Dómino.

Dixit ergo eis íterum: “Pax vobis: sicut misit me Pater, et ego mitto vos”. Et cum hoc dixisset, insufflavit et dicit eis: “Accípite Spíritum Sanctum: quorum remiséritis peccáta, remíssa sunt eis, quorum retinuéritis, reténta sunt”.

Thomas autem, unus ex Duódecim, qui dicitur Dídymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dicébant ergo ei álii discípuli: “Vídimus Dóminum”.

Ille autem dixit eis: “Nisi vídero in mánibus eius signum clavórum et mittam dígitum meum in signum clavórum et mittam manum meam in latus eius, non credam”.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus iánuis clausis, et stetit in médio et dixit: “Pax vobis”. Deínde dicit Thomae: “Infer dígitum tuum huc et vide manus meas et af f er manum tuam et mitte in latus meum, et noli esse incrédulus sed fidélis”.

Respóndit Thomas et dixit ei: “Dóminus meus et Deus meus”.

Dicit ei Iesus: “Quia vidísti me, credidísti. Beáti qui non vidérunt et credidérunt”.

Multa quidem et ália signa fecit Iesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc autem scripta sunt ut credátis quia Iesus est Christus Fílius Dei, et ut credéntes vitam habeátis in Nómine eius.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Suscipe múnera, quaésumus, Dómine, exsultant is Ecclésiæ : et cui causam tanti gáudii præstitísti / perpétuæ fructum concede lætítiæ : Per Christum.

Praefatio Paschalis. Cum Praefatione I, dicitur: Te quidem, Dómine omni témpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicáre, etc., et sic fit reliquo Tempore usque ad Ascensionem.

*Cum Prece Eucharistica I, Communicántes et Hanc ígitur usua-
lia.*

COMMUNIO.

Cf. Io 20,25b.27b

Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum, allelúia: et noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

FAc nos, quaésumus, omnípotens Deus, Dómini re-
surgéntis prædicáre virtútem : ut, cuius múnemis

pignus accépinus / manifésta dona comprehéndere
valeámus : Per Dóminum.

DOMINICA TERTIA PASCHAE

INTROITUS.

Ps 32,5b-6a

Misericórdia Dómini plena est terra, allelúia: verbo
Dómini caeli firmáti sunt, allelúia, allelúia. Ps 32,1:
Exsultáte iusti in Dómino: rectos decet collaudátio.
Glória Patri. Misericórdia Dómini.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, deduc nos ad
societátem cæléstium gaudiórum : ut eo pervéniat
humílitas gregis / quo procéssit fortitudo pastóris : Per
Dóminum.

LECTIO.

1 Peti 2,20b-25

Conversi estis ad pastorem animarum vestrarum.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

CAríssimi: Si benefaciéntes et paciéntes sustinétis,
hæc est grátia apud Deum. In hoc enim vocáti estis,
quia et Christus passus est pro vobis, vobis relinquens
exémplum ut sequámini vestigia eius: qui peccátum non
fecit nec invéntus est dolus in ore ipsíus; qui cum
maledicerétur non remaledicébat, cum paterétur non
comminabátur, tradébat autem se iuste iudicánti; qui
peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum,
ut peccá-

tis mórtui iustítiaē viverémus; cuius livóre sanáti estis.

Erátis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem et epíscopum animárum vestrárum.

ALLELUIA 1.

Ps 147,1

Allelúia, y. Lauda Ierusalem Dóminum: lauda Deum tuum, Sion.

ALLELUIA 2.

Mt 28,2bc

Allelúia. V/. Angelus Dómini descéndit de caelo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 10,11-18

Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus.

ty Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus: “Ego sum pastor bonus: bonus pastor ánimam suam ponit pro óvibus; mercennárius et qui non est pastor, cuius non sunt oves própriae, videt lupum veniéntem et dimíttit oves et fugit —et lupus rapit eas et dispérgit— quia mercenárius est, et non pértinet ad eum de óvibus.

Ego sum pastor bonus: et cognósco meas, et cognóscunt me meæ, sicut novit me Pater, et ego agnósco Patrem: et ánimam meam pono pro óvibus. Et álias oves hábeo quæ non sunt ex hoc ovíli, et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient, et fient unus grex, unus pastor.

Proptérea me Pater díligit, quia ego pono ánimam meam, ut íterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potestátem hábeo ponéndi eam, et potestátem hábeo íterum suméndi eam: hoc mandátum accépi a Patre meo”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Suscipe múnera, Dómine, quaésumus, Ecclésiæ tuæ / et
Sóvibus tuis in hoc mundo errántibus veritátis lumen
osténde : ut, ea quæ sunt apta sectando / in viam
possint redíre iustítiæ : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 10,14

Ego sum pastor bonus, allelúia: et cognóscó oves
meas, et cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

GRegem tuum, Pastor bone, placatus inténde : et
Oves, quas pretiósó Filii tui ságuine redemísti / in
ætéris páscuis collocare dignéris : Per Dóminum.

DOMINICA QUARTA PASCHAE

INTROITUS.

Ps65,1b-2

Iubiláte Deo, omnis terra, allelúia: psalmum dícite
Nómini eius, allelúia: date glóriam laudi eius, allelúia,
allelúia, allelúia.

Ps 65,3: Dícite Deo, Quam terribília sunt ópera tua,
Dómine: in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi
inimíci tui. Glória Patri. Iubiláte Deo, omnis terra.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui in Fílii tui humilitáte iacéntem mundum
erexisti / fidélibus tuis perpétuam lætítiam concé-

de : ut quos perpétuæ mortis eripuísti casibus / gáudiis
fácias pérfruí' sempitérnis : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 5,1-10

Occisus es et redemisti Deo in sanguine tuo.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

E Go, Ioannes, vidi in (iéxtera Sedéntis super thronum
librum scriptum intus et foris, signátum sigillis
septem.

Et vidi ángelum fortem prædicántem voce magna:
“Quis est dignus aperíre librum et sólvere signácula
eius? ” Et nemo póterat in cælo neque in terra neque
subtus terram aperíre librum neque respícere illum. Et
ego flebam multum quóniam nemo dignus invéntus est
aperíre librum nec respícere eum.

Et unus de Senióribus dicit mihi: “Ne fléveris: ecce
vicit Leo de tribu Iuda, Radix David, aperíre librum et
septem signácula eius”.

Et vidi in médio throni et quattuor Animálium et in
médio Seniórum Agnum stantem tamquam occísus,
habéntem córnua septem et óculos septem, qui sunt
septem Spíritus Dei missi in omnem terram. Et venit et
accépit de délixtera Sedéntis in throno. Et cum accepísset
librum, quattuor Animália et vigínti quattuor Senióres
cecidérunt coram Agno, habéntes sínguli cítharas et
phíalas áureas plenas incensórum, quæ sunt oratiónes
sanctórum. Et cantant novum cánticum dicéntes:

“Dignus es accípere librum
et aperíre signácula eius quóniam occísus es et
redemísti Deo in sánguine tuo
ex omni tribu et lingua et pópulo et natióne, et
fecísti eos Deo nostro Regnum et sacerdótes,
et regnábunt super terram”.

ALLELUIA 1.

Ps 117,24

Allelúia. T. Hæc dies, quam fecit Dóminus:
exsultémus et lætémur in ea.

ALLELUIA 2.

Mt 28,9ab

Allelúia. V/. Surréxit Dóminus, et occúrrens
mulieribus ait, Avéte: tunc accessérunt, et tenuérunt
pedes eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 16,20-24

Gaudium vestrum nemo tollit a vobis.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Amen, amen
dico vobis, quia plorábitis et flébitis vos, mundus
autem gaudébit; vos contristabímini, sed tristítia vestra
vertétur in gáudium.

Múlier cum parit tristítiam habet, quia venit hora eius;
cum autem péperit púerum, iam non méminit pressúræ
propter gáudium quia natus est homo in mundum.

Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habétis; íterum
autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum, et gáudium
vestrum nemo tollit a vobis.

Et in illo die me non rogábitis quidquam. Amen, amen
dico vobis, si quid petiéritis Patrem in Nómine meo,
dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in
Nómine meo: pétite et accipiétis, ut gáudium vestrum sit
plenum”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Benedictiónem, Dómine, nobis cónferat salutárem
sacra semper oblatio / ut quod agit mystério, virtúte
perfíciat : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 16,16.10b

Módicum, et non vidébitis me, allelúia: íterum módicum, et vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, omnipotens Deus : ut vivificatiónis tuæ grátiam consequétes / in tuo semper múnere gloriémur : Per Dóminum.

DOMINICA QUINTA PASCHAE

INTROITUS.

Ps 97,1a.2b

CAntáte Dómino cánticum novum, allelúia: quia mirabilia fecit Dóminus, allelúia: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam, allelúia, allelúia.

Ps 97,1b: Salvávit sibi délixtera eius, et brácchium sanctum eius. Glória Patri. Cantáte Dómino cánticum.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Spíritus tuus, quaésumus, Dómine, spiritália nobis dona poténter infúndat : ut det nobis mentem, quæ tibi sit placita / et aptet nos tuæ propítius voluntáti : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 8,9-17

In Spiritu clamamus: “Abba, Pater!”

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

FRatres: Vos in carne non estis sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita propter iustitiam. Quod si Spiritus eius qui suscitavit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis.

Ergo, fratres, debitores sumus, non carni ut secundum carnem vivamus; si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem Spiritu opera corporis mortificatis, vivetis.

Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: “Abba, Pater!”

Ipsa Spiritus testimonium reddit una cum spiritu nostro quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatiatur ut et conglorificemur.

ALLELUIA 1.

Ps 147,1

Allelúia. V/. Lauda, Ierusalem, Dóminum: lauda Deum tuum, Sion.

ALLELUIA 2.

Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in via? Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 16,5-15

Si abiero, mittam Paraclitum ad vos.

& Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Nunc vado ad Eum qui me misit, et nemo ex vobis intérogat me: Quo vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis tristítia implévit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis: éxpedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Par aditus non véniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos.

Et cum vénerit ille, árguet mundum de peccáto et de iustítia et de iudício: de peccáto quidem, quia non credunt in me; de iustítia vero, quia ad Patrem vado et iam non vidétis me; de iudício autem, quia princeps mundi huius iudicátus est.

Adhuc multa hábeo vobis dícere, sed non potéstis portáre modo: cum autem vénerit ille, Spíritus veritátis, ducet vos in omni veritáte: non enim loquétur a semetípso, sed quæcúmque áudiet loquétur, et quæ ventúra sunt annuntiábit vobis. Ille me glorificábit, quia de meo accípiet et annuntiábit vobis.

Omnia quæcúmque habet Pater, mea sunt; proptérea dixi quia de meo áccipit et annuntiábit vobis”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

DEus, qui nos, per huius sacrificii veneránda commércia, uníus summaeque divinitátis partícipes effe-císti : praesta, quæsumus, ut, sicut tuam cognóvimus veritatem / sic eam dignis móribus assequámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 16,8

Cum vénerit Paráclitus, Spíritus veritátis, ille árguet

mundum de peccáto, et de iustítia, et de iudício, allelúia,
allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Pópulo tuo, quaésumus, Dómine, adésto propítius : et
quem mystériis cæléstibus imbuisti / fac ad novitátem
vitæ de vetustate transíre : Per Dóminum.

FERIA SECUNDA
CAPITULI GENERALIS
MISSA DE SPIRITU SANCTO

Vide p. 852. Pro Collecta, vide p. 898.

FERIA TERTIA
CAPITULI GENERALIS
MISSA DE B. V. MARIA

Vide p. 862.

FERIA QUARTA
CAPITULI GENERALIS
MISSA PRO PACE

INTROITUS.

S Alus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque
tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et
ero illórum Dóminus in perpétuum.

Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam:
inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Glória Patri.
Salus pópuli ego sum.

Kýrie, eléison.
Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, a quo sancta desidéria, recta consília et iusta sunt opera / da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem : ut et corda nostra mandátis tuis dédita / et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectione tranquílla : Per Dóminum.

LECTIO.

Sap 1,1-7

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Dilígite iustítiam, qui iudicátis terram,
sentíte de Dómino in bonitáte
et in simplicitáte cordis quaérite illum,
quóniam invenítur ab his, qui non tentant illum,
se autem maniféstat eis, qui fidem habent in illum.
Pervérsæ enim cogitatiónes séparant a Deo,
probáta autem virtus córripit insipiéntes. Quóniam in
malévola animam non introíbit sapiéntia,
nec habitábit in córpore súbdito peccátis.
Spíritus enim sanctus disciplínæ effúgiet fictum
et áuferet se a cogitatióibus insensátis,
et corripíétur a superveniénte iniquitáte.
Spíritus enim díligens hóminem est sapiéntia,
et non absólvet malédicum a lábiis suis,
quóniam renum illíus testis est Deus
et cordis illíus scrutátor verus
et linguæ eius audítor; quóniam spíritus Dómini
replévit orbem terrárum,

et ipse, qui cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis.

ALLELUIA 1.

Ps 147,3

Allelúia, y. Qui pósuit fines tuos pacem, et ádipe fruménti sátiat te.

ALLELUIA 2.

Mt 28,2bc

Allelúia. V/. Angelus Dómini descéndit de caelo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 8,31-36

Veritas liberabit vos.

<fr> Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dicébat Iesus ad eos, qui credidérunt ei, Iudaeos: “Si vos manséritis in sermóne meo, vere discípuli mei estis, et cognoscétis veritátem, et véritas liberábit vos”.

Respondérunt ei: “Semen Abrahae sumus et némini servívimus umquam: quómo do tu dicis: Líberi fiétis? ”

Respóndit eis Iesus: “Amen, amen dico vobis: Omnis qui facit peccátum, servus est peccáti. Servus autem non manet in domo in ætérnum; fílius manet in ætérnum. Si ergo Fílius vos liberáverit, vere líberi éritis”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Deus, reconciliatiónis hostiam / et a tribulatiónum nos, quaésumus, túrbiné fac quiétos : quia bona cuncta præstábis / si pacem déderis mentis et córporis : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 118,4-5

Tu mandásti mandáta tua custodíri nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

D Eus auctor pacis et amátor / quem nosse vivere, cui servíre regnare est, prótege ab ómnibus impugnatió-
nibus supplices tuos : ut qui in defensióne tua
confídimus / nullus hostilitátis armá timeámus : Per
Dóminum.

DOMINICA SEXTA PASCHAE

INTROITUS.

Cf. Is 48,20

Vocem iucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia:
annuntiáte usque ad extrémum terræ: Liberávit
Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia.
Ps 65,1-2: Iubiláte Deo, omnis terra: psalmum dícite
nómini eius: date glóriam laudi eius. Glória Patri. Vocem
iucunditátis.

*Kyrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, quem patérno nómine
invocare præsúmimus : pérfice in córdibus nostris
spíritum adoptiόνis filiorum / ut promíssam hereditátem
íngredi mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 1,17-23

Constituit eum ad dexteram suam in caelestibus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

FRatres: Deus Dómini nostri Iesu Christi, Pater
glóriæ, det vobis Spíritum sapiéntiæ et revelatiónis
in agnitióne eius, illuminátos óculos cordis vestri, ut
sciátis quæ sit spes vocatiόνis eius, quæ divítiae glóriæ
hereditá-

tis eius in sanctis, et quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus secundum operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo suscitans illum a mortuis et constituens ad dexteram suam in caelestibus supra omnem Principatum et Potestatem et Virtutem et Dominationem et omne nomen quod nominatur non solum in hoc saeculo sed et in futuro; et omnia subiicit sub pedibus eius, et ipsum dedit caput supra omnia Ecclesiae, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

ALLELUIA 1.

Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

ALLELUIA 2.

Mt 28,2bc

Allelúia, y. Angelus Dómini descendit de caelo: et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 16,25-30

Vado ad Patrem.

**fr* Lécio sancti Evangélii secundum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis: “In provérbiis locutus sum vobis; venit hora cum iam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. Illo die in Nómine meo petétis, et non dico vobis quia ego rogábo Patrem de vobis; ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis et credidístis quia ego a Deo exívi.

Exívi a Patre et veni in mundum; íterum relínquo mundum et vado ad Patrem”.

Dicunt discipuli eius: “Ecce nunc palam lóqueris, et provérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia et non opus est tibi ut quis te intéroget; in hoc credimus quia a Deo exísti”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

FAc nos, omnipotens Deus, hæc mystéria quæ in honórem Dómini resurgéntis offérimus, afféctu sédulo celebráre : ut quod recordatióne percurrimus / semper in ópere teneámus : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 95,2

Cantáte Dómino, allelúia, cantáte Dómino, et benedicite nomen eius: bene nuntiáte de die in diem salutáre eius, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui ad ætérnam vitam in Christi resurrectione nos réparas : fructum in nobis paschális múltiplica sacraménti / et fortitúdinem cibi salutáris nostris infunde pectóribus : Per Dóminum.

VIGILIA ASCENSIONIS

INTROITUS.

Ps 46,2

OMnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Ps 46,4: Subiécit pópulos nobis, et gentes sub pédibus nostris.

Glória Patri.

Omnes gentes, pláudite.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, omnípotens Deus Páter / ut nostræ mentis inténtio, quo sollemnítatis hodiérnæ gloriósus auctor ingrèssus est, semper inténdat : et quo fide pergit / conversatione pervéniat : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 9,24-28

Christus introivit in caelum, ut appareat vultui Dei pro nobis.

Léctio Epístolæ ad Hebraeos.

FRatres: Non in manufacta Sancta Christus introívit, quæ sunt similitúdo verórum, sed in ipsum cælum, ut appáreat nunc vúltui Dei pro nobis; neque ut sæpe offerat semetípsum, quemádmódum pónlífex intrat in Sancta per síngulos annos in sángvine aliéno. Alióquin oportébat eum frequénter pati ab orígine mundi; nunc autem semel in consummatione sæculórum ad destituciónem peccáti per sacrificium sui manifestátus est.

Et quemádmódum statútum est homínibus semel mori, post hoc autem iudícium, sic et Christus semel oblátus ad multórum auferénda peccáta, secúndo sine peccáto apparébit expectántibus se in salútem.

ALLELUIA.

Ps 46,6

Allelúia, y. Ascéndit Deus in iubilatione, et Dóminus in voce tubæ. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 17,9-19

Ego ad te venio; Pater, serva eos in Nomine tuo.

“J* Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Sublevátis Iesus óculis in cælum, orávit dicens:

“Pater, ego pro homínibus rogo; non pro mundo rogo sed pro his quos dedísti mihi, quia tui sunt, et mea ómnia

tua sunt et tua mea; et glorificátus sum in eis. Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio.

Pater sancte, serva eos in Nómine tuo quod dedísti mihi, ut sint unum sicut nos. Cum essem cum eis, ego servábam eos in Nómine tuo quod dedísti mihi et custodívi, et nemo ex his périit, nisi fílius perditionis, ut Scriptúra impleátur.

Nunc autem ad te vénio, et hæc loquor in mundo ut hábeant gáudium meum implétum in semetípsis. Ego dedi eis sermónem tuum, et mundus ódio eos hábuit, quia non sunt de mundo sicut ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex Malo. De mundo non sunt sicut ego non sum de mundo.

Sanctífica eos in veritáte: sermo tuus véritas est. Sicut me misísti in mundum, et ego misi eos in mundum; et pro eis ego sanctífico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificáti in veritáte”.

SUPEROBLATA.

SAcrificium, Dómine, pro Fílii tui venerábili Ascensióne, quam prævenímus, nunc supplices deférimus : praesta, quaesumus / ut et nos per ipsum his com-mérciis sacrosánctis ad cæléstia consurgámus : Qui vivit.

Praefatio Temporis Paschalis.

Cum Prece Eucharistica /, Communicántes usuale.

COMMUNIO.

Io 17,12a.c.13a.15

Pater, cum essem cum eis, ego servábam eos quos dedísti mihi, allelúia: nunc autem ad te vénio: non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a Malo, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in terra constitútos
divína tractáre concedis / præsta, quaésumus : ut
illuc tendat christiánæ devotiónis affectus / quo tecum
est nostra substántia : Per Dóminum.

ASCENSIO DOMINI

Sollemnitas

INTROITUS.

Act1,11b.d

Viri Galilaei, quid admirámini aspiciéntes in caelum?
allelúia: quemádmódu vidístis eum ascendéntem
in caelum, ita véniet, allelúia, allelúia, allelúia.
Ps 46,2: Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte
Deo in voce exsultatiónis. Glória Patri. Viri Galilaei.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

FAc nos, omnípotens Deus, sanctis exsultáre gáudiis, et
pia gratiárum actione lætári : quia Christi Fílii tui
ascénsio est nostra provectu) / et quo procéssit glória
cápitis, eo spes vocatur et córporis : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 1,1-11

Videntibus illis, elevatus est.

Léctio Actuum Apostolórum.

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o
Theóphile, quæ coepit Iesus fácere et docére, usque
in

diem qua, cum præcepisset Apóstolis per Spíritum Sanctum quos elégit, assúptus est: quibus et præbuit se ipsum vivum post passióem suam in multis arguméntis, per dies quadragínta appárens eis et loquens ea quæ sunt de Regno Dei.

Et convéscens præcepit eis ab Hierosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissióem Patris “Quam audístis a me, quia Ioannes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímmini in Spíritu Sancto non post multos hos dies”.

Igitur qui convénerant interrogábant eum dicéntes: “Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israéli? ”

Dixit autem eis: “Non est vestrum nosse témpora vel moménta quæ Pater pósuit in sua potestáte: sed accipiétis virtútem superveniénte Sancto Spíritu in vos, et éritis mihi testes et in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaría et usque ad últimum terræ”.

Et cum hæc dixisset, vidéntibus illis, elevátus est, et nubes suscepit eum ab óculis eórum.

Cumque intueréntur in cælum eúnte illo, ecce duo viri astitérunt iuxta illos in véstibus albis, qui et dixérunt: “Viri Galilaei, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Iesus qui assúptus est a vobis in cælum sic véniet quemádmódum vidístis eum eúntem in cælum”.

ALLELUIA 1.

Ps 67,18b-19a

Allelúia, y. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem.

ALLELUIA 2.

Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 16,14-20

Iesus assumptus est in caelum et sedit a dextris Dei.

& Conclusio sancti Evangelii secundum Marcum.

NOVÍSSIME recumbéntibus Undecim appáruit Iesus, et exprobrávit incredulitátem illórum et durítiam cordis, quia his qui víderant eum resuscitátum non credíderant.

Et dixit eis: “Eúntes in mundum univérsum prædicáte Evangelium omni creaturae. Qui credíderit et baptizátus fúerit, salvus erit, qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint hæc sequéntur: in Nómine meo dæmónia eícient, linguis loquéntur novis, serpéntes tollent, et si mortíferum quid bíberint non eos nocébit, super ægrótos manus impónent, et bene habébunt”.

Et Dóminus quidem Iesus postquam locútus est eis, assúptus est in caelum et sedit a dextris Dei. Illi autem profécti prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte et sermónem confirmánte, sequéntibus signis.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

SUscipe, Dómine, quaésumus, munera nostra : ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad caelos ascendísse credimus / ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus : Per Christum.

Praefatio de Ascensione.

Cum Prece Eucharistia /, Communicántes proprium.

COMMUNIO.

Ps 67,33b-34a

Psállite Dómino, qui ascéndit super cælos cælórum, ad Oriéntem, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

D Eus, cuius Unigénitus ascéndens in altum beátæ
resurrectiõnis primitias in tua secum dèxtera
collocávit : præsta ut nec præsentia suæ corporális
mysteriis / nec maiestátis beneficiis nos derelínquat: Per
Dóminum.

MISSA Ferialis inter
Ascensionem et Pentecosten

INTROITUS.

Ps 70,8a.23a

R Epleátur os meum laude tua, allelúia, ut possim
cantáre, allelúia: gaudébunt lábia mea dum cantávero
tibi, allelúia, allelúia.

Ps 70,1-2a: In te, Dómine, sperávi, non confúndar in
ætérum: in iustítia tua líbera me, et éripe me. Glória
Patri. Repleátur os meum laude tua.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

M Entes nostras, quaésumus, Dómine, Paráclitus qui
a te procedit illuminet / et indúcat in omnem, sicut
tuus promísit Fílius, veritátem : Qui tecum.

LECTIO.

Ez 37,1-14 (LB: 1-10)

A quattuor ventis veni, spiritus.

Léctio libri Ezechiélis prophetae.

I N diébus illis: Facta est super me manus Dómini et
edúxit me in spírítu Dómini et pósuit me in médio
campi, qui erat plenus óssibus et circumdúxit me per ea

in gyro: erant autem multa valde super faciẽm campi siccãque vehementer.

Et dixit ad me: "Fili hõminis, putãsne vivent ossa ista?"

Et dixit ad me: "Vaticinãre super ossa ista et dices eis: Ossa árida, audíte verbum Dõmini. Hãc dicit Dõminus Deus õssibus his: Ecce ego intromittam in vos spíritum, et vivétis, et dabo super vos nervos et succrẽscere faciãm super vos carnes et superextẽdam in vobis cutem et dabo vobis spíritum, et vivétis et sciétis quia ego Dõminus".

Et prophetãvi, sicut prãcẽperat mihi. Factus est autem sõnitus, prophetãnte me, et ecce commõtio; et accesserunt ossa ad ossa, unumquõdque ad iuncturã suã. Et vidi, et ecce super ea nervi et carnes ascendérunt, et extẽta est in eis cutis desuper, sed spíritum non habebant.

Et dixit ad me: "Vaticinãre ad spíritum; vaticinãre, fili hõminis, et dices ad spíritum: Hãc dicit Dõminus Deus: A quãttuor ventis veni, spíritus, et insuffla super interfẽctos istos, ut reviviscant".

Et prophetãvi, sicut prãcẽperat mihi, et ingressus est in ea spíritus; et vixerunt steteruntque super pedes suos, exercitus grandis nimis valde.

Et dixit ad me: "Fili hõminis, ossa hãc univẽrsa domus Israel est. Ipsi dicunt: "Aruerunt ossa nostra, et periit spes nostra, et abscissi sumus".

Propterea vaticinãre et dices ad eos: Hãc dicit Dõminus Deus: Ecce ego aperiam túmulos vestros et educam vos de sepúlcris vestris, pópulus meus, et inducam vos in terram Israel; et sciétis quia ego Dõminus, cum aperúero sepúlcrã vestra et eduxero vos de túmulis vestris, pópulus meus. Et dabo spíritum meum in vobis, et vivétis, et collocãbo vos super humum vestram, et sciétis quia ego Dõminus: locútus sum et faciõ", ait Dõminus Deus.

ALLELUIA 1.

Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.

ALLELUIA 2.

Ps 103,30

Allelúia. V/. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 14,23-29

Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.

fr* **Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípuis suis: “Si quis díligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus et mansiónem apud eum faciémus. Qui non díligit me, sermónes meos non servat. Et sermo quem audítis, non est meus, sed Eius qui misit me, Patris.

Hæc locútus sum vobis apud vos manens. Paráclitus autem, Spíritus Sanctus quem mittet Pater in Nómine meo, ille vos docébit ómnia et súggeret vobis ómnia quæ dixi vobis.

Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis; non quómodo mundus dat ego do vobis. Non turbétur cor vestrum neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis: Vado et vénio ad vos. Si diligerétis me gauderétis, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priúsqvam fiat, ut cum factum fúerit credátis”.

SUPER OBLATA.

S Acrifícia, Dómine, tuis obláta conspéctibus ille divínus ignis absumat / qui discipulórum Christi Fílii tui per Spíritum Sanctum corda succéndit: Per Christum.

Praefatio de Ascensione.

Cum Prece Eucharistia I, Communicantes usuale.

COMMUNIO.

Io 14,18; 16,22b

Non vos relinquam órphanos: véniam ad vos íterum,
allelúia, et gaudébit cor vestrum, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

D Omine Deus noster, qui nos vegetáre dignátus es
cæléstibus aliméntis / suavitátem Spíritus tui
penetrálibus nostri cordis infúnde : ut, quæ temporáli
devotióne percepimus / sempitérno múneré' capiámus :
Per Dóminum.

DOMINICA SEPTIMA PASCHAE

INTROITUS.

Ps 26,7a.8-9a

EXáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te,
allelúia: tibi dixit cor meum: Quæsívi vultum tuum:
vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam
a me, allelúia, allelúia.

Ps 26,1a: Dóminus illuminátio mea, et salus mea,
quem timébo? Glória Patri. Exáudi, Dómine, vocem
meam.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus,

P Ræsta, quaésumus, omnípotens et misericors Deus :
ut Spíritus Sanctus advéniens / templum noa glóriæ
suæ dignánte inhabitando perficiat : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap22,1-5.17cd

Ostendit mihi fluvium procedentem de throno Dei et Agni.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

Osténdit mihi, Ioanni, Angelus Dómini flúvium Aquæ Vitæ spléndidum tamquam crystállum, procedéntem de throno Dei et Agni. In médio platéæ eius et flúminis ex utrâque parte lignum vitæ áfferens fructus duódecim, per menses síngulos reddens fructum suum, et fólia ligni ad sanitátem géntium. Et omne maledíctum non erit ámplius. Et thronus Dei et Agni in illa erit, et servi eius sérvient illi, et vidébunt fáciem eius, et Nomen eius in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit super illos et regnábunt in saécula sæculórum.

Et qui sitit véniat, qui vult accípiat Aquam Vitæ gratis.

ALLELUIA 1.

Ps 103, 30

Allelúia. V/. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ.

ALLELUIA 2.

Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 14,15-21

Rogabo Patrem et alium Paraclitum dabit vobis.

& Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Si dilígitis me, mandáta mea servábitis; et ego rogábo Patrem et álium Paraclitum dabit vobis ut máneat vobíscum in ætérnum, Spíritum veritátis, quem mundus

non potest accíperere, quia non videt eum nec scit: vos cognóscitis eum, quia apud vos manet et in vobis erit.

Non relínquam vos órphanos, vénio ad vos. Adhuc módicum et mundus me iam non videt, vos autem vidétis me, quia ego vivo et vos vivétis. In illo die vos cognóscétis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis.

Qui habet mandáta mea et servat ea, ille est qui díligit me. Qui autem díligit me, diligétur a Patre meo, et ego díligam eum et manifestábo ei me ipsum”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

H Ostias pópuli tui, quaésumus, Dómine, miserátus inténde : et, ut tibi reddántur acceptae / consciéntias nostras Sancti Spíritus emundet advéntus : Per Christum.

Praefatio de Ascensione.

Cum Prece Eucharistica /, Communicántesusuale.

COMMUNIO.

Io 15,26b; 16,14a

Spíritus qui a Patre procedit, allelúia, ille me clarificabit, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

EXáudi nos, Deus, salutáris noster : ut per hęc sacrosáncta mystéria in totíus Ecclésiæ confidámus córpore faciéndum / quod eius præcéssit in cápite : Per Dóminum.

VIGILIA PENTECOSTES

INTROITUS.

Ez 36,23c.24b.25ab.26a.c

CUm sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis Spíritum novum, allelúia.

Ps 33,2: Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo. Glória Patri. Cum sanctificátus fúero.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, omnípotens Deus : ut claritátis tuæ super nos splendor effulgeat / et lux tuæ lucis corda eórum, qui per grátiam tuam renáti sunt, Sancti Spíritus illustratione confirmet : Per Dóminum.

LECTIO PRIMA.

Ioel 3,1-5

Super servos meos et ancillas effundam spiritum meum.

Léctio libri loélis prophétæ.

HÆc dicit Dóminus: “Effúndam spíritum meum super omnem carnem, et prophetábunt filii vestri et filia vestra, senes vestri sómnia somniábunt, et iúvenes vestri visiões vidébunt; sed et super servos meos et ancillas in diébus illis effúndam spíritum meum. Et dabo prodígia in cælo et in terra, sánguinem et ignem et colúmnas fumi;

sol convertétur in ténebras et luna in sánguinem,
 ántequam véniat dies Dómini magnus et horríbilis.

Et erit:

omnis, qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit,
 quia in monte Sion et in Ierusalem
 erit salvátio, sicut dixit Dóminus, et in
 resíduis, quos Dóminus vocáverit”.

TRACTUS.

Deut 32,1-4

Atténde, caelum, et loquar, et áudiat terra verba ex
 ore meo.

V/. Exspectétur sicut plúvia elóquium meum, et
 descéndant sicut ros verba mea.

V/. Sicut imber super grámina, et sicut nix super
 fenum: quia nomen Dómini invocábo.

V/. Date magnítudinem Deo nostro: Deus, vera ópera
 eius, et omnes viæ eius iudícia.

V/. Deus fidélis, in quo non est iníquitas, iustus et
 sanctus Dóminus.

LECTIO SECUNDA.

Rom 8,22-27

Spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

FRatres: Scimus quod omnis creatúra congemíscit et
 compárturit usque adhuc; non solum autem, sed et
 nos ipsi primítias Spíritus habéntes, et ipsi intra nos
 géminus adoptiónem filiórum exspectántes,
 redemptiónem córporis nostri. Spe enim salvi facti
 sumus; spes autem quæ vidétur non est spes; nam quod
 videt quis sperat? Si autem quod non vidémus
 sperámus, per patiéntiam exspectámus.

Simíliter autem et Spíritus ádiuvat infirmitátem
 nostram; nam quid orémus sicut opórtet nescímus, sed
 ipse Spíritus interpéllat gemitibus inenarrábilibus; qui
 autem

scrutátur corda, scit quid desíderet Spíritus, quia
secúndum Deum póstulat pro sanctis.

ALLELUIA.

Ps 103,30

Allelúia, y. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et
renovábis fáciem terræ. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 7,37-39a

Si quis sitit veniat ad me.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN novíssimo die magno festivitátis stabat Iesus et
clamávit dicens:

“Si quis sitit véniat ad me et bibat qui credit in me.
Sicut dixit Scriptúra, flúmina de ventre eius fluent
aquæ vivae”.

Hoc autem dixit de Spíritu quem acceptúri erant
credéntes in eum.

SUPER OBLATA.

PRæséntia múnera, quaésumus, Dómine, Spíritus tui
benedictione perfúnde : ut per ipsa Ecclésiæ tuæ ea
diléctio tribuátur / per quam salutáris mystérii toto
mundo véritas enitéscat : Per Christum.

Praefatio de Spiritu Sancto.

*Cum Prece Eucharistica /, Communicántes et Hanc ígitur
propria.*

COMMUNIO.

Cf. Io 7,37a.38a.c-39a

Ultimo festivitátis die dicébat Iesus: Qui in me credit,
flúmina de ventre eius fluent aquæ vivae: hoc autem
dixit de Spíritu, quem acceptúri erant credéntes in eum,
allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

HÆc nobis, Dómine, múnera súmpta proficiant : ut
illo iúgiter Spíritu ferveâmus / quem Apóstolis
tuis ineffabíliter infudísti : Per Dóminum.

DOMINICA PENTECOSTES

Sollemnitas

INTROITUS.

Sap 1,7

Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia: et
hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis,
allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et
fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius. Glória Patri.
Spíritus Dómini replévit.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sanctificátor Deus, qui in nascéntem
Ecclésiám Sanctum Spíritum misericórditer effudísti
/ "præsta, quaésumus : ut quod inter ipsa
prædicatiónis exórdia operáta est tua divína dignátio /
nunc quoque per credéntium corda perfúndas : Per
Dóminum.

LECTIO.

Act 2,1-11

Repleti sunt omnes Spiritu Sancto.

Léctio Actuum Apostolórum.

CUm complerétur dies Pentecóstes erant omnes
páriter in eódem loco. Et factus est repénte de
caelo

sonus tamquam adveniéntis spíritus veheméntis et replévit totam domum ubi erant sedéntes: et apparuérunt illis dispertitae linguæ tamquam ignis, sedítque supra síngulos eórum, et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, et cœpérunt loqui áliis linguis prout Spíritus dabat éloqui illis.

Erant autem in Ierusalem habitántes Iudaéi, viri religiósi ex omni natióne quæ sub caelo est; facta autem hac voce, convénit multitúdo et confúsa est, quóniam audiébat unusquisque lingua sua illos loquéntes.

Stupébant autem et mirabántur dicéntes: “Nonne ecce omnes isti qui loquúntur Galilaei sunt? Et quómodo nos audímus unusquisque própria lingua nostra in qua nati sumus? Parthi et Medi et Elamítæ, et qui hábitant Mesopotámiam, Iudaeam quoque et Cappadóciam, Pontum et Asiam, Phrygiam quoque et Pamphyliam, Ægýptum et partes Líbyæ quæ est circa Cyrénem, et ádvenæ Románi, Iudaéi quoque et prosélyti, Cretes et Arabes, audímus loquéntes eos nostris linguis magnália Dei”.

ALLELUIA 1.

Ps 103,30

Allelúia. T. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ.

ALLELUIA 2.

Allelúia. V/. Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 20,19-23

Accipite Spiritum Sanctum.

**fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

C Um esset sero die illo prima sabbatórum, et fores essent clausae ubi erant discípuli propter metum Iudaeorum, venit Iesus et stetit in médio et dicit eis: “Pax vobis”. Et hoc cum dixisset, osténdit eis manus et

latus. Gavísi sunt ergo discípuli viso Dómino.

Dixit ergo eis íterum: “Pax vobis: sicut misit me Pater, et ego mitto vos”. Et cum hoc dixisset, insufflavit et dicit eis: “Accípite Spíritum Sanctum: quorum remisérítis peccáta, remíssa sunt eis, quorum retinuérítis, reténta sunt”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

PRæsta, quaésumus, Dómine, ut, secúndum promissiónem Fílii tui, Spíritus Sanctus huius nobis sacrificii copiósius revélet arcanum / et omnem propítius ré-seret veritátem : Per Christum.

Praefatio de Spiritu Sancto.

Cum Prece Eucharistia /, Communicántes et Hanc ígitur propria.

COMMUNIO.

Act 2,2a.c.4a. 1 lc

Factus est repénte de caelo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allelúia: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui Ecclesiæ tuæ cæléstia dona largfris / custódi grátia'm quam dedísti : ut Spíritus Sancti vígeat semper munus infusum / et ad ætérnæ redemptiónis augméntum spiritális esca proficiat : Per Dóminum.

FERIA SECUNDA PENTECOSTES

Sollemnitas

INTROITUS.

4 Esd 2,36b.37b

Accípите iucunditátem glóriæ vestræ, allelúia: grátias
agéntes Deo, allelúia, qui vos ad cæléstia regna
vocávit, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte
aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Accípите
iucunditátem.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum /
concéde plebi tuæ, piæ petitionis efféctum : ut
quibus dedísti fidem / largiáris et pacem : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 10,34.42-48

In nationes gratia Spiritus Sancti effusa est.

Léctio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Apériens Petrus os dixit: “In veritáte
compério quóniam non est personárum accéptor Deus.
Iesus a Názareth præcépit nobis prædicáre pópulo et
testificári quia ipse est qui constitútus est a Deo iudex
vivórum et mortuórum. Huic omnes Prophetæ
testimónium pérhibent remissionem peccatórum accípere
per Nomen eius omnes qui credunt in eum”.

Adhuc loquente Petro verba hæc, cécidit Spíritus
Sanctus super omnes qui audiébant verbum. Et
obstupué-

runt qui ex circumcisióne fidéles qui vénerant cum Petro, quia et in natióne grátia Spíritus Sancti effúsa est; audiébant enim illos loquéntes linguis et magnificántes Deum.

Tunc respóndit Petrus: “Numquid aquam quis prohibére potest ut non baptizéntur hi qui Spíritum Sanctum accepérunt sicut et nos? ” Et iussit eos in nómine Iesu Christi baptizári.

Tunc rogavérunt eum ut manéret áliquot diébus.

ALLELUIA 1.

Sap 1,7

Allelúia. V/. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum: et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis.

ALLELUIA 2.

Allelúia, y. Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 3,16-21

Sic dilexit Deus mundum, ut Filium suum Unigenitum daret.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

Sic diléxit Deus mundum, ut Fílium suum Unigénitum daret, ut omnis qui credit in eum non péreat sed hábeat vitam ætérrnam. Non enim misit Deus Fílium in mundum ut iúdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicátur: qui autem non credit iam iudicátus est, quia non crédidit in Nómine Unigéniti Fílii Dei.

Hoc est autem iudícium: Lux venit in mundum, et dilexérunt hómines magis ténebras quam lucem, erant enim eórum mala ópera. Omnis enim qui mala agit, odit lucem et non venit ad lucem, ut non arguántur ópera eius; qui autem facit veritátem, venit ad lucem, ut manifesténtur eius ópera quia in Deo sunt facta.

Non dicitur Credo. SUPER OBLATA.

Mentes nostras, quaesumus, Domine, Spiritus Sanctus
adveniens divinis praeparet sacramentis / quia ipse est
remissio omnium peccatorum : Per Christum.

Praefatio de Spiritu Sancto.

*Cum Prece Eucharistica /, Communicantes et Hanc igitur
propria.*

COMMUNIO.

Cf. Io 14,26

Spíritus Sanctus docébit vos, allelúia, quaecúmque
dixero vobis, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Huius participatióne mystérii satiáti, Domine,
humíliter deprecámur : ut Ecclésia tua, Sancto
Spíritu congregáta, toto corde sit tibi devota / et pura
voluntate concórdet : Per Dóminum.

TEMPUS PER ANNUM

Feria III post Pentecosten, resumitur Tempus per annum. Numerus huius hebdomadae calculatur ita ut ultima hebdomada ante Adventum Domini sit hebdomada trigesima prima. Aliquando talis numerus erit sequens ex ordine post ultimam Dominicam per annum ante Septua-gesimam, aliquando vero omittenda erit una hebdomada.

Officia pro hebdomadis tertia, quarta et quinta, quae evenire possunt hoc loco post Pentecosten, vide p. 70 et sequentibus. Officia pro hebdomada sexta et sequentibus quaere infra, post Sollemnitatem S. Cordis Iesu, p. 358.

SS. TRINITAS

Sollemnitas

INTROITUS.

Cf. Tob 12,6b

Benedícta sit Sancta Trínitas, atque indivísa Unitas:
confitébimur ei, quia fecit nobíscum misericórdiam
suam.

Ps 8,2: Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est
nomen tuum in univérsa terra! Glória Patri. Benedícta sit
Sancta Trínitas.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus Pater, qui Verbum veritatis et Spíritum sanctificatiónis mittens in mundum, admirábile mystérium tuum homínibus declarásti : da nobis in confessióne verae fidei, æternæ glóriam Trinitátis agnoscere / et Unitátem adoráre in poténtiá maiestátis :
Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 13,11-13

Gratia Iesu Christi, caritas Dei et communicatio Spiritus.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Gaudéte, perfécti estóte, exhortámini ínvicem, idem sápite, pacem habéte, et Deus dilectiόνis et pacis erit vobíscum.

Salutéte ínvicem in ósculo sancto.

Salútant vos sancti omnes.

Grátia Dómini Iesu Christi et cáritas Dei et comunicátió Sancti Spíritus cum ómnibus vobis.

RESPONSORIUM.

Dan 3,55a; Tob 12,6b.d

Benedíctus es, Dómine, qui intuéris abýssos, et sedes super Chérubim.

y. Benedícite Deum caeli, quia fecit nobíscum misericórdiam suam.

ALLELUIA.

Dan 3,52a

Allelúia. V/. Benedíctus es, Dómine Deus Patrum nostrórum, et laudábilis in sæculá. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS.

In Quadragesima: Omittitur Alleluia, nec dicitur Tractus.

Tempore Paschali, omittitur Responsorium, et dicitur:

ALLELUIA 1.

Dan 3,52a

Allelúia, y. Benedíctus es, Dómine Deus Patrum no-

strórum, et laudábilis in saécula.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia. V/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 28,16-20

Baptizate in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

*& Conclúsió sancti Evangélli secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Undecim discípuli abiérunt in Galilaéam, in Montem ubi constitúerat illis Iesus, et vidéntes eum adoravérunt, quidam autem dubitavérunt.

Et accédens Iesus locútus est eis dicens: “Data est mihi omnis potéstas in caelo et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in Nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti, docéntes eos serváre ómnia quæcúmque mandávi vobis: et ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus usque ad consummationem saéculi”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

SAnctífica, quaésumus, Dómine Deus noster, per tui sancti Nóminis invocatióem huius oblatiόνis hostiam / et per eam nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum : Per Christum.

Praefatio de Trinitate.

COMMUNIO.

Tob 12,6b-d

Benedícimus Deum cæli, et coram ómnibus vivéntibus

Feria V post Trinitatem
SS. CORPUS ET SANGUIS CHRISTI
Sollemnitatis

INTROITUS.

Ps 80,17

In Quadragesima, in Missis votivis, amittuntur Allelúia.

Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúia: et de petra,
melle saturávit eos, allelúia, allelúia,, allelúia. Ps 80,2:

Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob.

Glória Patri.

Cibávit eos ex ádipe fruménti.

Kýrie, eléison. Glória

in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis
tuæ memóriam reliquisti / tríbue, quaésumus : ita
nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerari / ut
redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus :

Qui vivis et regnas.

LECTIO.

1 Cor 11,23-26

*Hoc est corpus meum quod pro vobis est. Hic calix
novum Testamentum est in meo sanguine.*

Lectio Epistolæ primæ beāti Pauli apóstoli
ad Corínthios.

FRatres: Ego accépi a Dómino quod et trádidi vobis:
quóniam Dóminus Iesus in qua nocte tradebátur
accépit panem et grátias agens fregit et dixit: “Hoc est
corpus meum quod pro vobis est: hoc fácite in meam
commemoratióem”. Simíliter et cálicem postquam ce-
nátum est, dicens: “Hic calix novum Testaméntum est
in meo sáanguine: hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in
meam commemoratióem”.

Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc et
cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiátiis donec
véniat.

RESPONSORIUM.

Ps 144,15-16

Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis
escam in témpore oportúno.

y. Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimál
benedictióne.

ALLELUIA.

Io 6,55-56

Allelúia, y. Caro mea vere est cibus, et Sanguis meus
vere est potus: qui mandúcat meam Carnem, et bibit
meum Sáanguinem, in me manet, et ego in eo. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVÍS.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Io 6,55-56

Allelúia, y. Caro mea vere est cibus, et Sanguis meus
vere est potus: qui mandúcat meam Carnem, et bibit

meum Sanguinem, in me manet, et ego in eo.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) 1 Cor 5,8a.d

Allelúia, y. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 6,51-58

Caro mea verus est cibus, et sanguis meus verus est potus.

+fr Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudaeorum: “Ego sum Panis vivus qui de caelo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum; panis autem quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita”.

Litigábant ergo Iudaéi ad ínvicem dicétes: “Quómo do potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum?”

Dixit ergo eis Iesus: “Amen, amen dico vobis: Nisi manducavéritis carnem Fílii hóminis et bibéritis eius ságuinem, non habétes vitam in vobismetípsis. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum ságuinem habet vitam ætérnam, et ego resuscitábo eum in novíssimo die: caro enim mea verus est cibus, et sanguis meus verus est potus. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum ságuinem in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui mandúcat me et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de cælo descéndit, non sicut manducavérunt patres et mórtui sunt: qui mandúcat hunc panem vivet in ætérnum”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

ECclésiæ tuæ, quaesumus, Domine, unitatis et pacis
propitius dona concede / quæ sub oblatis muneribus
mystice designantur : Per Christum.

Praefatio de Eucharistia.

COMMUNIO.

1 Cor 11,26-27

In Quadragesima, in Missis votivis o mittitur Allelúia.

Quotiescúmque manducábitis panem hunc et cálicem
bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat:
ítaque quicúmque manducáverit panem, vel bíberit
cálicem Dómini indigne, reus erit Córporis et Sáanguinis
Dómini, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

F Ac nos, quaesumus, Domine, divinitatis tuæ
sempiterna fructiõne repleri / quam pretiosi
Córporis et Sáanguinis tui temporális percéptio præfigurat
: Qui vivis.

Pro Processione et Oratione post Processionem, vide p. 906.

Feria VI post Dominicam I post Trinitatem

SS. COR IESU

Sollemnitas

INTROITUS.

Cf. Is 55,1

Sitiéntes, veníte ad aquas, dicit Dóminus: et qui non
habétis prætium, veníte, et bíbite cum lætítia. Ps
77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte
aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Sitiéntes,
veníte ad aquas.

In Missis votivis dici etiam potest unus ex sequentibus:

ÍNTROITUS.

Cf. Rom 5,5bc

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

CAritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, allelúia,
per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia,
allelúia.

Ps 87,2: Dómine Deus salutis meæ: in die clamávi et
nocte coram te. Glória Patri. Cáritas Dei diffúsa est.

INTROITUS.

Gant 3,11

EGredímini, et vidéte, filiæ Sion, Regem Salomónem in
diadémate, quo coronávit eum mater sua in die
desponsatiónis eius, et in die lætitiæ Cordis eius.

Ps 44,2ab: Eructávit cor meum verbum bonum: dico
ego ópera mea Regi. Glória Patri. Egredímini, et vidéte.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

FAc nos, Dómine Iesu, sanctíssimi Cordis tui virtútibus
índui, et affectibus inflammári : ut, et imágini
bonitátis tuæ conformes / et tuæ redemptiόνis
mereámur esse partícipes : Qui vivis.

LECTIO.

Rom 8,28-39

*Quis nos separabit a caritate Christi?***Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.**

T¹ Ratres: Scimus quóniam diligéntibus Deum ómnia i
cooperántur in bonum, his qui secúndum propósitum
vocáti sunt. Nam quos præscívit, et prædestinávit
confórmes fieri imáginis Fílii eius, ut sit ipse primogéni-

tus in multis fratribus; quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, illos et glorificavit.

Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui iustificat; quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui suscitatus est, qui et est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? Sicut scriptum est: “Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis”. Sed in his omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos.

Certus sum enim quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque instantia neque futura neque virtutes neque altitudo neque profundum neque alia quaelibet creatura poterit nos separare a caritate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

RESPONSORIUM.

Eph 3,17-19

Det vobis Pater Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati et fundati: ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo et longitudo, et sublimitas et profundum.

y. Scire etiam supereminentem scientiæ caritatem Christi: ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

ALLELUIA.

PhQ 2,5

Allelúia, y. Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS. In Quadragesima, omisso Alleluia, dici potest Tractus:

TRACTUS.

Ps21,15-16b

Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea.

V/. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

V/. Aruit tamquam testa virtus mea: et lingua mea adhæsit faucibus meis.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Phil 2,5

Allelúia. V/. Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et Divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relinquam orphanos: vado et venio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 15,9-17

Manete in dilectione mea.

fr* **Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: “Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos: manéte in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, manébitis in dilectione mea, sicut ego Patris mei præcepta servavi et máneo in eius dilectione.

Hæc locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem sicut diléxi vos: maiorem hac dilectionem nemo habet, ut ani-

mam suam quis ponat pro amicis suis.

Vos amici mei estis si faciétis quæ ego præcípío vobis. Iam non dico vos servos, quia servus nescit quid facit dóminus eius: vos autem dixi amícos, quia ómnia quæ audívi a Patre meo nota feci vobis.

Non vos me elegístis, sed ego elégi vos et pósui vos ut vos eátis et fructum afferátis et fructus vester máneat, ut quodcúmque petiérítis Patrem in Nómíne meo det vobis.

Hæc mando vobis, ut diligátis ínvicem”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Illo nos igne, quaésumus, Dómine, Spíritus Sanctus inflámmet : quem Dóminus noster Iesus Christus e penetrálibus Cordis sui misit in terram / et vóluit vehementer accénderi : Qui vivit.

Praefatio de SS. Corde Iesu.

COMMUNIO.

Gai 2,20ab.d

Vivo ego, iam non ego: vivit vero in me Christus qui diléxit me, et trádídít semetípsum pro me.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SAeramentum caritátis, Dómine, sancta nos fáciat dilectione fervére : qua, ad Fílium tuum semper attrácti / ipsum in frátribus agnoscere discámus : Per Dóminum.

DOMINICA SEXTA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 8,3a

EX ore infántium, Deus, et lacténtium perfecísti
laudem propter inimícos tuos.

Ps 8,2ab: Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est
nomen tuum in univérſa terra! Glória Patri. Ex ore
infántium.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui, per adoptiónem grátiae, lucis nos esse
fílios voluísti: praesta, quaésumus, ut errórum non in-
volvámur tenebris / sed in splendóre veritátis semper
maneamus conspícui: Per Dóminum.

LECTIO.

I Io 2,29- 3,3.9-10

Qui facit iustitiam ex Deo natus est.

Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

CARÍSSIMI: Si scitis quóniam Deus iustus est, scitóte
quóniam et omnis qui facit iustítiam ex ipso natus
est.

Vidéte qualem caritátem dedit nobis Pater, ut filii Dei
nominémur: et sumus! Propter hoc mundus non
cognóscit nos quia non cognóvit eum. Caríssimi, nunc
filii Dei sumus, et nondum manifestátum est quid érimus;
scimus quóniam cum ipse apparúerit, símiles ei érimus;
quóniam vidébimus eum sicuti est.

Et omnis qui habet spem hanc in eo, castíficat se sicut
ille castus est.

Omnis qui natus est ex Deo, peccátum non facit, quóniam semen ipsíus in eo manet; et non potest peccáre, quóniam ex Deo natus est. In hoc manifésti sunt filii Dei et filii diáboli: omnis qui non facit iustítiam non est ex Deo, et qui non díligit fratrem suum.

RESPONSORIUM.

Ps 112,5-7

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, et humília réspicit in caelo et in terra.

V/. Súscitans a terra ínopem, et de stércore érigens páuperem.

ALLELUIA.

Ps 80,2-3a.c

Allelúia, y. Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 3,1-8

Oportet nasci denuo.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

ERat homo ex Pharisaeís, Nicodémus nómine, princeps Iudaeorum; hic venit ad Iesum nocte et dixit ei: “Rabbi, scimus quia a Deo venísti magíster: nemo enim potest hæc signa fácere quæ tu facis, nisi fúerit Deus cum eo”.

Respóndit Iesus et dixit ei: “Amen, amen dico tibi, Nisi quis natus fúerit denuo, non potest vidére Regnum Dei”.

Dicit ad eum Nicodémus: “Quómodo potest homo nasci cum senex sit? Numquid potest in ventrem matris suæ iteráto introíre et nasci? ”

Respóndit Iesus: “Amen, amen dico tibi: Nisi quis natus fúerit ex aqua et Spíritu, non potest introíre in Regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est, et quod

natum est ex Spíritu, spíritus est. Non miréris quia dixi tibi: Opórtet vos nasci dénuo. Spíritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed non scis unde véniat et quo vadat; sic est omnis qui natus est ex Spíritu”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

QUÍ una semel hóstia, Dómine, adoptiónis tibi pópulum
acquisísti / unitátis et pacis in Ecclésia tua propítius
nobis dona concédas : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 3,8ab

Spíritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed nescis unde véniat, aut quo vadat.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Rátias tibi, Dómine, reférimus sacro múnere vege-
VJtâti / tuam cleméntiam implorántes : ut, per infu-
siónem Spíritus tui, in quibus cæléstis virtus introívit /
sinceritátis grátiá persevéret : Per Dóminum.

DOMINICA SEPTIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 12,6

Domine, in tua misericórdia sperávi: exsultábit cor
meum in salutári tuo: cantábo Dómino, qui bona
tribuit mihi.

Ps 12,2: Usquequo, Dómine, oblivísceris me in
finem? úsquequo avértis fáciem tuam a me? Glória
Patri. Dómine, in tua misericórdia.

^elíson.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Salubri timóre, Dómine, nos ad tuæ maiestátis cultum dispone / ut omnis nostra conversátio divíno amóre contínua fiat orátio : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 8,1-9a

Spiritus Dei habitat in vobis.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

FRatres: Nihil nunc damnatiónis est his qui sunt in Christo Iesu; lex enim Spíritus vitæ in Christo Iesu liberávit te a lege peccáti et mortis. Nam quod impossibile erat Legi in quo infirmabátur per carnem, Deus Fílium suum mittens in similitúdine carnis peccáti et pro peccáto, damnávit peccátum in carne, ut iustítia Legis implerétur in nobis qui non secúndum carnem ambulámus sed secúndum Spíritum.

Qui enim secúndum carnem sunt, quæ carnis sunt sápiunt, qui vero secúndum Spíritum, quæ sunt Spíritus. Nam sapiéntia carnis mors, sapiéntia autem Spíritus vita et pax; quóniam sapiéntia carnis inimicítia est in Deum, Legi enim Dei non subícitur, nec enim potest; qui autem in carne sunt, Deo placére non possunt.

Vos autem in carne non estis sed in spíritu, si tamen Spíritus Dei hábitat in vobis.

RESPONSORIUM.

Ps 40,5.2

Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quóniam peccávi tibi.

y. Beátus qui intéllegit super egénium et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

ALLELUIA.

Ps 5,2

Allelúia. V/. Verba mea áuribus pécipe, Dómine, intéllege clamórem meum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 4,14-24

Pater quaerit veros adoratores.

fy Lécitio sancti Evangéllii secúndum Ioannem.

N illo témpore: Iesus dicébat mulíeri Samaritánæ:

“Qui bíberit ex aqua quam ego dabo ei, non sítiet in ætérnum, sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae saliéntis in vitam ætérnam”.

Dicit ad eum múlier: “Dómine, da mihi hanc aquam, ut non sítiam neque véniam huc hauríre”.

Dicit ei: “Vade, voca virum tuum et veni huc”.

Respóndit múlier et dixit ei: “Non hábeo virum”.

Dicit ei Iesus: “Bene dixísti: Non hábeo virum; quinque enim viros habuísti, et nunc quem habes, non est tuus vir; hoc vere dixísti”.

Dicit ei múlier: “Dómine, vídeo quia prophéta es tu. Patres nostri in monte hoc adoravérunt, et vos dicitis quia in Hierosólymis est locus ubi adoráre opórtet”.

Dicit ei Iesus: “Crede mihi, múlier, quia venit hora quando neque in monte hoc neque in Hierosólymis adorábitis Patrem. Vos adorátis quod nescítis: nos adorámus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratóres adorábunt Patrem in Spíritu et veritáte; nam et Pater tales quærit qui adórent eum. Spíritus est Deus, et eos qui adórant eum, in Spíritu et veritáte opórtet adoráre”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

PRopítius, Dómine, quaésumus, hæc dona sanctífica :
et, hóstiæ spiritális oblatióne suscepta / nos-

metípsos tibi pérfice múnus ætérnum : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 9,2b-3

Narrábo ómnia mirabília tua: lætábor et exsultábo in te: psallam nómini tuo, Altíssime.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PErficiant in nobis, Dómine, quaésumus, tua sacraménta quod cóntinent : ut, quæ nunc spécie gérimus / rerum veritáté capiámus : Per Dóminum.

DOMINICA OCTAVA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 17,19b-20

T[^] Actus est Dóminus protéctor meus, et edúxit me in JL latitúdinem: salvum me fecit, quóniam vóluit me.

Ps 17,2b-3a: Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus.

Glória Patri. Factus est
Dóminus.

Kýrie, eléison.

Glória in excéklis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius Unigénitus prædilectiónem tuam in páuperés revelávit : praesta ut in spíritu paupertátis illum sequéntes / ad tui contemplatióem in cælésti regno perveníré mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Io 4,14-21

*Qui diligit Deum diligat et fratrem suum.***Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.**

CARÍSSIMI: Nos vídimus et testificámur quóniam Pater misit Fílium Salvatórem mundi. Quisque conféssus fúerit: “Iesus est Fílius Dei”, Deus in ipso manet et ipse in Deo. Et nos cognóvimus et credídimus caritáti quam habet Deus in nobis.

Deus cáritas est, et qui manet in caritáte in Deo manet et Deus in eo manet. In hoc consummáta est cáritas nobíscum, ut fidúciam habeámus in die iudícii, quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo.

Timor non est in caritáte, sed perfécta cáritas foras mittit timórem, quóniam timor pœnam habet, qui autem timet non est consummátus in caritáte.

Nos dilígimus, quóniam ipse prior diléxit nos. Si quis díxerit: “Díligo Deum”, et fratrem suum óderit, mendax est; qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt non potest dilígere. Et hoc mandátum habémus ab eo, ut qui diligit Deum dilígat et fratrem suum.

RESPONSORIUM.

Ps 119,1b-2

Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi: et exaudivit me.

y. Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, et a lingua dolósa.

ALLELUIA.

Ps 7,12

Allelúia. V/. Deus iudex iustus, fortis et pátiens: numquid iráscitur per síngulos dies? Allelúia.

Homo dives, et pauper Lazarus.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus Pharisaéis: “Homo quidam erat dives, et induebátur púrpura et bysso et epulabátur cotidie splendide. Quidam autem pauper nómine Lázarus iacébat ad iánuam eius ulcéribus plenus et cúpiens saturári de his quæ cadébant de mensa dívitis; sed et canes veniébant et lingébant úlcerá eius.

Factum est autem ut morerétur pauper et portarétur ab ángelis in sinum Abrahæ; mórtuus est autem et dives et sepúltus est.

Et in inférno élevans óculos suos cum esset in torméntis, vidébat Abraham a longe et Lázarus in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserére mei et mitte Lázarus ut intíngat extrémum dígití sui in aquam ut refrígeret linguam meam, quia crúciór in hac flamma.

At dixit Abraham: Fíli, recordáre quia recepísti bona tua in vita tua, et Lázarus simíliter mala; nunc autem hic consolátur, tu vero cruciáris. Et in his ómnibus inter nos et vos chaos magnum firmátum est, ut hi qui volunt hinc transíre ad vos non possint, neque inde ad nos transmeáre.

Et ait: Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei, —hábeo enim quinque fratres— ut testétur illis, ne et ipsi véniant in locum hunc tormentórum.

Ait autem Abraham: Habent Móysen et Prophétas: áudiant illos.

At ille dixit: Non, pater Abraham, sed si quis ex mórtuis íerit ad eos, pæniténtiam agent.

Ait autem illi: Si Móysen et Prophétas non áaudiunt, neque si quis ex mórtuis resurréxerit, credent”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Respice, Dómine, quæsumus, nostram propitiús
servitútem : ut quod offérimus sit tibi munus
accéptum / et nostræ caritatis augméntum : Per
Christum.

COMMUNIO.

Ps 12,6b

Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, et psallam
nómini Dómini altíssimi.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sumpsimus, Dómine, divínium sacraméntum, passiónis
Fílii tui memoriále perpétuum : tríbue, quæsumus,
ut ad nostram salútem hoc munus profíciat / quod
ineffábili nobis caritáte ípse donávit : Qui tecum.

DOMINICA NONA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 24,16.18

Respice in me, et miserére mei, Dómine, quóniam
únicus et pauper sum ego: vide humilitátem meam et
labórem meum, et dimítte ómnia peccáta mea, Deus
meus.

Ps 24,1-2a: Ad te, Dómine, levávi ánimam meam:
Deus meus, in te confido, non erubéscam. Glória Patri.
Réspice in me.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus cuius tanta est excelléntia pietatis / ut uno
peccatóre convérso máximum gáudium fácias esse
in caelo : praesta, quæsumus, ut qui quasi pérditæ
oves

erravimus / tuis úmeris íngredi paradísium mereámur :
Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 5,6-11

Reconciliati sumus Deo per mortem Filii.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

FRatres: Christus, cum adhuc infirmi essémus, secúndum tempus pro ímpiis mórtuus est. Vix enim pro iusto quis móritur; nam pro bono fórsitan quis et áudeat mori; comméndat autem suam caritátem Deus in nos, quóniam cum adhuc peccatóres essémus, Christus pro nobis mórtuus est.

Multo ígitur magis iustificáti nunc in ságuine ipsíus, salvi érimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimíci essémus reconciliáti sumus Deo per mortem Fílii eius, multo magis reconciliáti salvi érimus in vita ipsíus: non solum autem, sed et gloriámur in Deo per Dóminum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliatiónem accépiimus.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 54,23a.17a.18b.19b

Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. y.
Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia, y. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 15,1-10

Gaudium coram angelis super peccatore paenitentiam agente.

*& Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Erant appropinquátes Iesu omnes publicáni et peccatóres ut audírent illum.

Et murmurábant Pharisaeí et scribæ dicétes: “Hic peccatóres récipit et mandúcat cum illis”.

Et ait ad illos parábolam istam dicens: “Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdíderit unam ex illis, nonne dimíttit nonagínta novem in desérto et vadit ad illam quæ períerat donec invéniat illam? Et cum invénerit eam impónit in úmeros suos gaudens, et véniens domum cónvocat amícos et vicínos, dicens illis: Congratulámini mihi, quia invéni ovem meam quæ períerat.

Dico vobis: Ita gáudium erit in caelo super uno peccatóre pæniténtiam agénte quam super nonagínta novem iustis qui non índigent pæniténtia.

Aut quæ múlíer habens drachmas decem, si perdíderit drachmam unam, nonne accéndit lucérnam et evérrit domum et quærit diligénter donec invéniat? Et cum invénerit, cónvocat amícas et vicínas dicens: Congratulámini mihi, quia invéni drachmam quam perdíderam.

Ita dico vobis: Gáudium fit coram ángelis Dei super uno peccatóre pæniténtiam agénte”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

E Cclésiæ tuæ, Dómine, múnere placatus assúme :
quæ et miséricors offerénda tribuisti / et in nostræ
salútis poténter éfficis transíre mystérium : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 16,6

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína
aurem tuam, et exáudi verba mea.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SAncta tua nos, Dómine, sumpta vivíficent / et
misericórdiæ sempitérnæ præparent expiátos : Per
Dóminum.

DOMINICA DECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps26,1,2b

Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitae meae, a quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, infirmati sunt et ceciderunt.

Ps 26, 3a: Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Gloria Patri. Dominus illuminatio mea.

*Kyrie, elison. Gloria
in excelsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Ua nos, Domine, quaesumus, gratia semper et praesentia veniat et sequatur / ac bonis operibus iugiter praesentet esse intentos : Per Dominum.

LECTIO.

Eph 4,25- 5,2

Estote imitatores Dei, ambulate in dilectione sicut et Christus.

Lectio Epistolae beati Pauli apostoli ad Ephesios.

FRatres: Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini et nolite peccare; sol non occidat super iracundiam vestram, et nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus bonum, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad aedificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus.

Et nolite contristare, Spiritum Sanctum Dei, in quo si-

gnáti estis in diem redemptiónis.

Omnis amaritúdo et ira et indignátio et clamor et blasphemía tollátur a vobis cum omni malítia. Estóte autem ínvicem benígni, misericórdes, donántes ínvicem sicut et Deus in Christo donávit vobis.

Estóte ergo imitatóres Dei, sicut filii caríssimi, et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos et trádidit se ipsum pro nobis oblatiónem et hóstiam Deo in odórem suavitátis.

RESPONSORIUM.

Ps 78,9c.10a.9ab

Propítius esto, Dómine, peccátis nostris: nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum?

V/. Adiuva nos Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

ALLELUIA.

Ps 30,2-3a (Ps 70,1-2)

Allelúia. T. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in tua iustítia líbera me, et éripe me: inclína ad me aurem tuam, accélera ut erípias me. Alleluia.

EVANGELIUM.

Lc 6,36-42

Estote misericordes, sicut et Pater vester.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Estóte misericórdes, sicut et Pater vester miséricors est. Et nolíte iudicáre, et non iudicabímmini; et nolíte condemnáre, et non condemnabímmini.

Dimíttite, et dimittémini; date, et dábitur vobis: mensuram bonam, confértam, coagitátam, supereffluéntem dabunt in sinum vestrum; eádem quippe mensúra qua mensi fuéritis, remetiétur vobis”.

Dixit autem illis et similitúdinem:

“Numquid potest caecus cæcum dúcere? Nonne am-

bo in fóveam cadent? Non est discípulus super magístrum, perféctus autem omnis erit sicut magíster eius.

Quid autem vides festúcam in óculo frátris tui, trabem autem quæ in óculo tuo est non considéras? Quómo do potes dícere fratri tuo: Frater, sine eíciam festúcam quæ est in óculo tuo, ipse in óculo tuo trabem non videns? Hypócrita, éice primum trabem de óculo tuo, et tunc perspícies ut edúcas festúcam quæ est in óculo fratris tui”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, múnera pópuli túi et praesta : ut qui Fílii tui imménsæ caritátis opus recolimus / sancta patiéntia confirmémur, et largitáte erga omnes repleámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 17,3a

Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus: Deus meus, adiútor meus.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Quos cælésti, Dómine, dono satiástf, praesta, quaésumus : ut a nostris inundemur occultis / et misericórdiam tuam imitári valeámus : Per Dóminum.

DOMINICA UNDECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 26,7a.9b

EXaudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te: adiútor meus esto: ne derelínquas me, neque despícias me, Deus salutáris meus.

Ps 26, 1 a: Dóminus illuminátio mea, et salus mea,

quem timébo? Glória Patri.
Exáudi, Dómine, vocem meam.

*Kýrie, eléison.
Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit
ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabiliter serviátur
: tríbue, quaésumus, nobis / ut ad promissiónes tuas
sine offensione currámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 6,1-8

Quem mittam? Ecce ego, mitte me.

Léctio libri Isaiae prophetae.

IN anno quo mórtuus est rex Ozías, vidi Dóminum
sedéntem super sólium excélsus et elevátum; et fim-
briæ eius replébant templum.

Séraphim stabant iuxta eum: sex alae uni et sex alæ
áalteri; duábus velábat fáciem suam et duábus velábat
pedes suos et duábus volábat. Et clamábat alter ad
áalterum et dicébat: “Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus
exercítuum; plena est omnis terra glória eius”. Et
commóta sunt superliminária cárdinum a voce
clamántis, et domus repléta est fumo.

Et dixi: “Vae mihi quia périi, quia vir pollútu lábiis
ego sum et in médio pópuli pollúta lábia habéntis ego
hábito et regem Dóminum exercítuum vidi óculis meis”.

Et volávit ad me unus de séraphim, et in manu eius
cálculus, quem fórcipe túlerat de altári, et tétigit os
meum et dixit: “Ecce tétigit hoc lábia tua, et auferétur
iníquitas tua et peccátum tuum mundábitur”.

Et audívi vocem Dómini dicéntis: “Quem mittam? Et
quis ibit nobis? ”. Et dixi: “Ecce ego, mitte me”.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 83,10.9a

Protéctor noster áspice, Deus: et réspice super servos tuos.

V/. Dómine Deus virtútum, exáudi preces servórum tuórum.

ALLELUIA.

Ps 46,2

Allelúia, y. Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 5,1-11

Relictis omnibus secuti sunt Iesum.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Cum turba urgéret Iesum et audíret **I**verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genésareth, et vidit duas naves stantes secus stagnum; piscatóres autem descénderant de illis et lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navem, quæ erat Simónis, rogávit eum a terra redúcere pusíllum, et sedens docébat de navícula turbas.

Ut cessávit autem loqui, dixit ad Simónem: “Duc in altum et laxáte rétia vestra in captúram”.

Et respóndens Simon dixit: “Præcéptor, per totam noctem laborántes nihil cépimus; in verbo autem tuo laxábo rétia”.

Et cum hoc fecíssent, conclusérunt píscium multitúdinem copiósam, rumpebántur autem rétia eórum. Et annuérunt sóciis qui erant in ália navi, ut venírent et adiuvárent eos, et venérunt, et implevérunt ambas navículas ita ut mergeréntur.

Quod cum vidéret Simon Petrus, prócidit ad génua Iesu dicens: “Exi a me, quia homo peccátor sum, Dómine”: stupor enim circumdéderat eum et omnes, qui cum illo erant, in captúra píscium quos céperant, simíliter

autem et Iacobum et Ioannem, filios Zebedaei, qui erant socii Simonis.

Et ait ad Simonem Iesus: "Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens".

Et subductis ad terram navibus, relicti omnibus secuti sunt illum.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

DEus, qui Filii tui sacrificio cunctum voluisti mundum salvare / per huius oblationis virtutem concede : ut omnes in sua vocatione permaneant / et Christi sint sanctificationis fermentum : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 26,4ab

Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

FAmulos tuos, Domine, spiritali cibo potuque confirma / ut, evangelicae semper vocationi fideles, vivam ubique Filii tui imaginem representent : Per Dominum.

DOMINICA DUODECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 27,8-9b.d

Dominus fortitudo plebis suae, et protector salutarium Christi sui est: salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuae, et rege eos usque in saeculum.

Ps 27,1: Ad te, Domine, clamabo, Deus meus, ne sileas a me: nequando taceas a me, et assimilabor descen-

déntibus in lacum. Glória Patri.
Dóminus fortitúdo plebis suæ.

Kýrie, eléison.
Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, et caritatis augméntum : et ut mereámur ássequi quod promíttis / fac nos amare quod praécipis : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor II,18.21b-31

Quae infirmitatis meae sunt gloriabor.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Quóniam multi gloriántur secúndum carnem, et ego gloriábor. In quo quis audet, in insipiéntia dico, áudeo et ego.

Hebraei sunt? Et ego. Israelítæ sunt? Et ego. Semen Abrahæ sunt? Et ego. Mínistri Christi sunt? Minus sápiens dico, plus ego: in labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis supra modum, in mórtibus fréquéter; a Iudaeis quínquies quadragénas una minus accépi, ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui; in itinéribus sæpe, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex génere, perículis ex géntibus, perículis in civitáte, perículis in solitúdine, perículis in mari, perículis in falsis frátribus, in labóre et ærúmna, in vigíliis sæpe, in fame et siti, in ieiúniis fréquéter, in frígore et nuditáte; præter illa quæ extrínsecus sunt instántia mea cotidiána, sollicitúdo ómnium Ecclesiárum.

Quis infirmátur et non infírmor? Quis scandalizátur

et ego non uror? Si gloriári opórtet, quæ infirmitátis meæ sunt gloriábor. Deus et Pater Dómini Iesu scit, qui est benedíctus in sæculá, quod non méntior.

RESPONSORIUM.

Ps 89,13. 1

Convértere, Dómine, aliquántulum: et deprecáre super servos tuos.

y. Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

ALLELUIA.

Ps 58,2

Allelúia, y. Eripe me de inimícis meis, Deus meus: et ab insurgéntibus in me líbera me. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 5,20-26

Dictum est antiquis... Ego autem dico.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Nisi abundáverit iustítia vestra plus quam scribárum et Pharisæórum, non intrábitis in Regnum cælórum.

Audístis quia dictum est antíquis: Non occídes; qui autem occíderit, reus erit iudício. Ego autem dico vobis: Omnis qui iráscitur fratri suo, reus erit iudício, qui autem díxerit fratri suo: Racha, reus erit concílio; qui autem díxerit: Fátue, reus erit gehénnæ ignis.

Si ergo ófferes munus tuum ad altáre, et ibi recordátus fúeris quia frater tuus habet áliquíd advérsum te, relínque ibi munus tuum ante altáre et vade prius, reconciliáre fratri tuo, et tunc véniens offer munus tuum.

Esto conséntiens adversário tuo cito dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversáriu*s* iúdice, et iudex tradat te ministro, et in cárcerem mittáris. Amen dico tibi: Non éxies inde donec reddas novíssimum quadrántem”.

Credo in unum Deum, SUPER OBLATA.

M Unera quæ tibi offérimus, Pater sancte, súscipé miserátus : et ómnibus, qui Fílium tuum per arctam viam imitári læta sibi mente proponunt / communiómem concéde fratérnam et spiritálem libertátem : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 26,6b

Circuíbo, et immolábo in tabernáculo eius hóstiam iubilatiónis: cantábo, et psalmum dicam Dómino.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

P Ræsta, quaésumus, Dómine, ut, carnis et ságuinis Fílii tui praediti' sacraménto : in communióne Spíritus eius fratrumque dilectiúne ita crescamus / quátenus ad plenam córporis Christi mensúram caritáte vívidâ di-latémur : Per Dóminum.

DOMINICA TERTIADECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 46,2

OMnes gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Ps 46,4: Subiécit pópulos nobis, et gentes sub pédibus nostris.

Glória Patri.

Omnes gentes pláudite.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

CUstódi, Dómine, quaésumus, Ecclésiám tuam propiatióne perpétua / et quia sine te lábitur humana mortálitás : tuis semper auxiliis et abstrahátur a noxiis / et ad salutária dirigátur : Per Dóminum.

LECTIO.

Deut 8,7a.10-11.14b-18

*Dominus cibavit te in solitudine.***Léctio libri Deuteronomii.**

IN diébus illis: Locútus est Móyses pópulo, dicens: "Dóminus Deus tuus introducet te in terram bonam, ut, cum coméderis et satiátus fúeris, benedícas Dómino Deo tuo pro terra óptima, quam dedit tibi.

Obsérva et cave, ne quando obliviscáris Dómini Dei tui et négligas mandáta eius atque iudícia et præcépta, quae ego præcípio tibi hódie; ne obliviscáris Dómini Dei tui, qui edúxit te de terra Ægýpti, de domo servitútis, et ductor tuus fuit in solitúdine magna atque terríbili, in qua erat serpens adúrens et scórpio ac terra árida et nullae omníno aquæ; qui edúxit tibi rivos de petra duríssima et cibávit te manna in solitúdine, quod nesciérunt patres tui, et, postquam afflíxit ac probávit te, ad extrémum misértus est tui, ne díceres in corde tuo: "Fortitúdo mea et robur manus meæ hæc mihi ómnia præstitérunt"; sed recordéris Dómini Dei tui, quod ipse vires tibi præbúerit, ut consequeréris prosperitátem, ut impléret pactum suum, super quo iurávit pátribus tuis, sicut praesens índicat dies".

RESPONSORIUM.

Ps 33,12.6

Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos. T. Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestrae non confundéntur.

ALLELUIA.

Ps 64,2

Allelúia, y. Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Ierusalem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 8, 1-10

Multiplicatio panum in solitudine.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Marcum.

IN illis diébus íterum cum turba multa esset nec habérent quod manducárent, convocátis Iesus discíplis ait illis: “Miséreor super turbam, quia iam tríduo sústinent me nec habent quod mandúcent; et si dimísero eos ieiúnos in domum suam, defícient in via; et quidam ex eis de longe venérunt”.

Et respondérunt ei discípluli sui: “Unde istos póterit quis hic saturáre pánibus in solitúdine?”

Et interrogábat eos: “Quot panes habétis?”

Qui dixérunt: “Septem”.

Et præcipit turbæ discúmbere supra terram; et accípiens septem panes, grátias agens fregit et dabat discíplulis suis ut appónerent et apposuérunt turbæ.

Et habébant piscículos paucos; et benedícens eos, iussit hos quoque appóni.

Et manducavérunt et saturáti sunt, et sustulérunt quod superáverat de fragméntis septem sportas. Erant autem quasi quattuor mília. Et dimísit eos.

Et statim ascéndens navem cum discíplulis suis venit in partes Dalmanútha.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

D Eus, qui legálium differéntiam hostiárum uníus sacrificii perfectione sanxísti : áccipe sacrificium a devótis tibi famulis / ut quod sínguli obtulérunt ad
ma-

iestátis tuæ honórem, cunctis proficiat ad salútem : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 30,3a

Inclína aurem tuam: accélera ut éruas nos.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

A fidélibus tuis, Dómine, quos et verbi tui et cæ-lésti sacraménti pábulo nutrís et vivíficas : ita dilécti Fílii tui tantis munéribus proficere / ut eius vitæ semper consórtes éffici' mereámur : Per Dóminum.

DOMINICA QUARTADECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 47,10-11

Suscépi-mus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustítia plena est déxtera tua. Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri. Suscépi-mus, Deus.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Effice, quaésumus, Dómine, ut verbum tuum die ac nocte meditantes / tibi fructum divínæ culturae reddámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Gai 5,16-25

Fructus Spiritus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas.

FRatres: Spíritu ambuláte et concupiscéntiam carnis ne perfecéritis. Caro enim concupíscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem; hæc enim ínvicem adversántur, ut non quæcúmque vultis illa faciátis. Quod si Spíritu ducímmini, non estis sub Lege.

Manifésta autem sunt ópera carnis, quæ sunt fornicátio, immundítia, luxúria, idolórum sérvitus, venefícia, inimicítia, contentiónes, æmulatiónes, iræ, rixæ, dissensiónes, sectæ, invídiæ, ebrietátes, comessatiónes, et his simília, quæ prædico vobis, sicut prædíxi, quóniam qui tália agunt Regnum Dei non consequéntur.

Fructus autem Spíritus est caritas, gáudium, pax, longanimitas, benígnitas, bónitas, fides, mansuetúdo, continéntia; advérsus huiúsmodi non est Lex. Qui autem sunt Christi Iesu carnem crucifixérunt cum vítiis et concupiscéntiis. Si vívimus Spíritu, Spíritu et ambulémus.

RESPONSORIUM.

Ps 30,3b.2a

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii: ut salvum me fácias.

V/. Deus, in te sperávi: Dómine, non confúndar in ætérnum.

ALLELUIA.

Ps 80,2-3a.c

Allelúia. V/. Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 7,15-21

*Ex fructibus eorum cognoscetis eos.***fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces. A frúctibus eórum cognoscétis eos: numquid cólligunt de spinis uvas aut de tríbulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit: non potest arbor bona fructus malos fácere, neque arbor mala fructus bonos fácere.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excíditur et in ignem míttitur. Igitur ex frúctibus eórum cognoscétis eos.

Non omnis qui dicit mihi: Dómine Dómine, intrábit in Regnum cælórum, sed qui facit voluntátem Patris mei qui in caelis est”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

SAnctífica, Dómine, múnera quæ tibi de frúctibus terræ offerimus / et fac mentes nostras cælésti fertilitate fecúndas : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 33,9

Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus: beátus vir qui sperat in eo.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Quos cælésti récreas munere / perpétuo, Dómine, comitare præsidio : et, quos fovére non desinis / dignos fieri sempitérna redemptione concéde : Per Dóminum.

DOMINICA QUINTADECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 53,6-7

ECce Deus ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: avérte mala inimícis meis, et in veritáte tua dispérde illos protéctor meus, Dómine.

Ps 53,3: Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua iúdice me. Glória Patri. Ecce Deus ádiuvat me.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

PRotéctor in te sperantium, Deus : sine quo nihil est válidum, nihil sanctum / múltiplica super nos misericordiam tuam : ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporalia / ut iam possímus inhærére mansú-ris : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 8,1-9

Christus propter vos egenus factus est, ut vos divites essetis.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

NOtam fácimus vobis, fratres, grátiam Dei quæ data est in Ecclésiis Macedóniæ, quod in multo experiménto tribulatiónis abundántia gáudii ipsórum et altíssima paupértas eórum abundávít in divítias simplicitátis eórum; quia secúndum virtútem, testimónium reddo, et supra virtútem, voluntárii fuérunt cum multa exhortatióne obsecrantes nos grátiam et communicatiónem ministérii quod fit in sanctos — et non sicut sperávimus sed se-

metípsos dedérunt primum Dómino, deínde nobis per voluntátem Dei, ita ut rogarémus Titum ut quemádmódum coepit ita et perfíciat in vos étiam grátiam istam.

Sed sicut in ómnibus abundátis, fide et sermóne et sciéntia et omni sollicitúdi- ne et caritáte ex nobis in vobis, ut et in hac grátia abundétis. Non quasi ímperans dico, sed per aliórum sollicitúdi- nem étiam vestræ caritátis ingénitum bonum cómprobans; scitis enim grátiam Dómini nostri Iesu Christi, quóniam propter vos egénus factus est cum esset dives, ut illús inópia vos dívites essétis.

RESPONSORIUM.

Ps 8,2

Dómine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univér- sa terra!

V/. Quóniam eleváta est magnificéntia tua super caelos, Deus.

ALLELUIA.

Ps 89,1

Allelúia. V/. Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 16,1-9

V Hic us in iq uitat is.

fr* **Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dicébat Iesus ad discípulos: “Homo quidam erat dives qui habébat vílicum, et hic diffamátus est apud illum quasi dissipásset bona ipsíus.

Et vocávit illum et ait illi: Quid hoc áudio de te? Redde ratió- nem vilicatiónis tuæ, iam enim non póteris vilicáre.

Ait autem vílicus intra se: Quid fáciam, quia dóminus meus aufert a me vilicationem? Fódere non váleo, men-

dicare erubescō. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a vilicatione recipiant me in domos suas.

Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam et sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas et scribe octoginta.

Et laudavit dominus vilicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defecerit recipiant vos in aeterna tabernacula”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe munera, quaesumus, Domine, quae tibi de tua largitate deferimus : ut haec sacrosancta mysteria, gratiae tuae operante virtute / praesentis vitae nos conversatione sanctificent, et ad gaudia aeterna perducant : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 6,33a.c

Primum quaerite regnum Dei, et omnia adicientur vobis, dicit Dominus.

POSTCOMMUNIONEM.

Oramus.

Deus Pater omnipotens, supplices te rogamus : ut panis vivus, qui de caelo descendit / ad fratres inopes nos roboret sublevandos : Per Dominum.

DOMINICA SEXTADECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Cf. Ps54,17a.18b.19b.20b.23a

DUm clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos, qui est ante sæculá, et manet in ætérnum: iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

Ps 54,2-3a: Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam: inténde mihi, et exáudi me.

Glória Patri.

Dum clamárem ad Dóminum.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui te in rectis et sincéris manére pectoribus ásseris : da nobis tua grátia tales exsístere / in quibus habitare dignéris : Per Dóminum.

LECTIO.

I Reg 19,9a.11-16

Sia in monte coram Domino.

Léctio libri primi Regum.

IN diébus illis: Cum venísset Elías ad montem Dei Horeb, mansit in spelúnca. Et ecce sermo Dómini ad eum et ait ei: “Egrédere et sta in monte coram Dómino”.

Et ecce Dóminus transit, et ventus grandis et fortis subvértens montes et cónterens petras ante Dóminum: non in vento Dóminus. Et post ventum, commótió: non in commotióne Dóminus. Et post commotióem, ignis: non in igne Dóminus. Et post ignem, síbilus auræ ténuis. Quod cum audísset Elías, opéruit vultum suum pállio

et egressus stetit in ostio speluncæ; et ecce vox ad eum dicens: “Quid agis hic, Elía? ”. Et ille respondit: “Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum; quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, altaria tua destruxerunt et prophetas tuos occiderunt gladio: et derelictus sum ego solus, et querunt animam meam, ut auferant eam”.

Et ait Dominus ad eum: “Vade et revertere in viam tuam per desertum in Damascum; cumque perveneris, unges Hazael regem super Syriam, et Iehu filium Namsi unges regem super Israel, Elisum autem filium Saphat, qui est de Abelmehula, unges prophetam pro te”.

RESPONSORIUM.

Ps 16,8.2

Custodi me, Domine, ut pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me.

y. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.

ALLELUIA.

Ps 92,1 ab

Allelúia, y. Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se virtute. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 19,41-48

Ierusalem, si cognovisses et tu quae ad pacem tibi.

<fc **Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.**

IN illo tempore: Ut appropinquavit Iesus Ierusalem, videns civitatem flevit super illam, dicens: “Si cognovisses et tu in hac die quae ad pacem tibi — nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo et obsidebunt te et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod

non cognóveris tempus visitatiónis tuæ”.

Et ingrèssus in templum, coepit eícere vendéntes, dicens illis: “Scriptum est: Et erit domus mea domus oratiónis, vos autem fecístis illam spelúncam latrónum”.

Et erat docens cotídie in templo. Príncipes autem sacerdotum et scribæ et príncipes plebis quærébant illum pérdere, et non inveniébant quid fácerent; omnis enim pópulus suspénsus erat áudiens illum.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

SAnctífica, quaésumus, Dómine, hæc munera et praesta :
ut Spíritus Sanctus adveniens / templum nos glóriæ suæ dignánte inhabitando perfíciat : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 50,21a.c

Acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiões, et holocáusta super altáre tuum, Dómine.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus qui nos sub alas tuas confúgere tribuísti :
concéde ut his aliméntis nutriti / in tui solius amóre quiescámus : Per Dóminum.

DOMINICA SEPTIMADECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 67,6b-7a.36b

DEus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit unánimes in domo, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius.

Glória Patri.
Deus in loco sancto suo.

Kýrie, eléison.
Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, in te sperántium fortitudo / adésto propítius
invocationibus nostris : et quia sine te nihil potest
mortális infirmitas / praesta auxílium grátiae tuæ : ut in
exsequéndis mandátis tuis / et voluntáte tibi et actióne
placeámus : Per Dóminum.

LECTIO.

I Peti 5,6-11

Humiliamini sub potenti manu Dei.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

CARÍSSIMI: Humiliámini sub potéti manu Dei, ut
vos exáltet in témpore, omnem sollicitúdinem
vestram proiciétes in eum, quóniam ipsi cura est de
vobis.

Sóbrii estóte, vigiláte. Adversárius vester diábolus
tamquam leo rúgiens círcuit quærens quem dévoret. Cui
resístite fortes fide, sciétes éadem passiónum ei quæ in
mundo est vestræ fraternitáti fieri. Deus autem omnis
grátiae, qui vocávit vos in ætétnam suam glóriam in
Christo Iesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit,
solidábit, fundábit. Ipsi impérium in sæculá
sæculórum:
amen!

RESPONSORIUM.

Ps 27,7b.lab

In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit
caro mea: et ex voluntáte mea confitébor illi.

y. Ad te, Dómine, clamávi, Deus meus, ne síleas: ne
discédas a me.

ALLELUIA.

Ps 94,1

Allelúia, y. Veníte, exsultémus Dómino; iubilémus Deo salutári nostro. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 18,9-14

Pharisaeus et publicanus.

<& Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidébant tamquam iusti et aspernabántur céteros, parábolam istam:

“Duo hómínes ascendérunt in templum ut orárent, unus Pharisaeus et alter publicánus. Pharisaeus stans hæc apud se orábat: Deus, grátias ago tibi quia non sum sicut céteri hómínum, raptóres, iniústi, adúlteri, velut étiam hic publicánus; ieiúno bis in sábbato, décimas do ómnium quæ possídeo. Et publicánus a longe stans nolébat nec óculos ad cælum leváre, sed percutiébat pectus suum dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri.

Dico vobis: Descéndit hic iustificátus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exáltat humiliábitur, et qui se humiliat exaltábitur”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

GRata tibi sit, quaésumus, Dómine, tuæ plebis oblátio : per quam et sanctificatiónem referat / et quæ pie precatur obtíneat : Per Christum.

COMMUNIO.

Prov 3,9-10

Honóra Dóminum de tua substántia, et de primítiis frugum tuárum: et implebúntur hórrea tua saturitáte, et vino torculária redundábunt.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Concède nobis, Domine, quaesumus : ut per sacramentum quod sumpsimus / quidquid in nostra mente vitiosum est, ipsius medicacionis dono curetur : Per Dominum.

DOMINICA OCTAVADECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 80,2-3a.c-4a.5

Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: sumite psalmum iucundum cum cithara, canite initium mensis tuba: quia praecipuum in Israel est, et iudicium Deo Iacob.

Ps 80,3: Sumite psalmum, et date tympanum, psalterium iucundum cum cithara. Gloria Patri. Exultate Deo adiutori nostro.

*Kyrie, eleison. Gloria
in excelsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Dirigat corda nostra, Domine, quaesumus, tuae miseracionis operatio / quia tibi sine te placere non possumus : Per Dominum.

LECTIO.

2 Cor 3,12-18; 4,3-4

Velamen in lectione Veteris Testamenti in Christo evacuatur.

Lectio Epistolae secundae beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Habentes spem in gloria ministerii iustitiae, multa fiducia utimur, et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Is-

rael in finem eius quæ evacuátur. Sed obtúsi sunt sensus eórum.

Usque in hodiérnum enim diem idípsum velámen in lectiône Véteris Testaménti manet non revelátum, quóniam in Christo evacuátur; sed usque in hodiérnum diem cum légitur Móyses velámen est pósito super cor eórum. Quando autem convérsus fúerit ad Dóminum, auféretur velámen. Dóminus autem Spíritus est: ubi autem Spíritus Dómini, ibi libértas. Nos vero omnes reveláta fácie glóriam Dómini specularé, in eámdem imáginem transformámur a glória in glóriam, tamquam a Dómini Spíritu.

Quod si étiam velátum est Evangélium nostrum, in his qui péreunt est velátum, in quibus deus huius saéculi excæcávit mentes infidélium, ut non fúlgeat illuminátió Evangélii glóriæ Christi, qui est imágo Dei.

RESPONSORIUM.

Ps 33,2-3

Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

V/. In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant mansuéti, et læténtur.

ALLELUIA.

Ps46,3a.c

Allelúia. V/. Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnem terram. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 7,31-37

Apertae sunt aures eius.

*** & Lécitio sancti Evangélii secúndum Marcum.**

T N illo témpore: Exiens Iesus de finibus Tyri venit per JL Sidónem ad mare Galilaeae inter médios fines Decapóleos.

Et addúcunt ei surdum et mutum et deprecántur eum

ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum misit dígitos suos in aurículas eius et exspueris tétigit linguam eius, et suspíciens in caelum ingémuit et ait illi: “Effetha”, quod est: “Adaperíre”. Et statim apértæ sunt aures eius, et solútum est vínculum linguæ eius, et loquebátur recte.

Et præcépít illis ne cui dícerent: quanto autem eis præcipiébat, tanto magis plus prædicábant.

Et eo ámplius admirabántur dicétes: “Bene ómnia fecit, et surdos facit audíre et mutos loqui”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

IN tua pietáte confidétes, Domine / cum munéribus
ad altária veneránda concúrrimus : ut, tua purificánte
nos gratia / iisdem quibus famulámur mystériís emundé-
mur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 103,13b.14b-15

De fructu óperum tuórum, Dómine, satiábitur terra:
ut edúcas panem de terra, et vinum lætíficet cor
hóminis: ut exhílalet fáciem in óleo, et panis cor hóminis
confírmet.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

ALimónia vitáli refécti, quaesumus, Dómine : ut aures
nostras adaperias / et quod eis insínuis, nos fácias
adimplére : Per Dóminum.

DOMINICA NONADECIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 73,20a. 19b.22a.23a

Respice, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas
páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge,

Dómine, et iúdica causam tuam, et ne obliviscáris voces quæréntium te.

Ps 73,1: Ut quid, Deus, repulísti in finem, irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Glória Patri.

Réspice, Dómine.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Concéde nobis, Dómine Deus noster : ut te tota mente venerémur / et omnes hómines rationábili diligamus afféctu : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Io 3,14-18

Diligamus in opere et veritate.

Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

Caríssimi: Nos scimus quóniam transívimus de morte in vitam, quóniam dilígimus fratres; qui non díligit manet in morte.

Omnis qui odit fratrem suum homicída est, et scitis quóniam omnis homicída non habet vitam ætérrnam in se manéntem.

In hoc nóvimus caritátem, quóniam Fílius Dei pro nobis ánimam suam pósuit; et nos debémus pro frátribus ánimas pónere. Qui habúerit substántiam mundi et víderit fratrem suum necesse habére et cláuserit víscera sua ab eo, quómodo caritas Dei manet in eo?

Filíoli, non diligámus verbo nec lingua, sed in ópere et veritáte.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 73,20a. 19b.22a

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

y. Exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam: memor esto oppróbrii servórum tuórum.

ALLELUIA.

Ps 96,1

Allelúia, y. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 10,23-37

Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Iesus convérsus ad discípulos seórsum dixit: “Beáti óculi qui vident quæ vidétis. Dico enim vobis: Multi prophetae et reges voluérunt vidére quæ vos vidétis et non vidérunt, et audíre quæ audítis et non audiérunt”.

Et ecce quidam Legis perítus surréxit tentans illum, dicens: “Magíster, quid faciéndó vitam ætérnam possidébo?”

At ille dixit ad eum: “In Lege quid scriptum est? Quómodo legis?”

Ille autem respóndens dixit: “Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ánima tua et ex ómnibus víribus tuis et ex omni mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum”.

Dixítque illi: “Recte respondísti: hoc fac et vives”.

Ille autem, volens iustificáre se ipsum, dixit ad Iesum: “Et quis est meus próximus?”

Suscípiens autem Iesus dixit: “Homo quidam descendébat ab Ierusalem in Iericho et incidit in latrónes, qui étiam despoliavérunt eum et plagis impóstitis abiérunt semivívo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descénderet eádem via, et viso illo præterívit; simíliter et Levíta, cum esset secus locum et vidéret eum, pertránsiit.

Samaritánus autem quidam iter fáciens, venit secus

eum et videns eum misericórdia motus est, et apprópians alligávit vúlnera eius, infúndens óleum et vinum, et impónens illum in iuméntum suum, duxit in stábulum et curam eius egit.

Et áltera die prótulit duos denários et dedit stabulário et ait: Curam illíus habe, et quodcúmque supererogáveris, ego cum rediero reddam tibi.

Quis horum trium vidétur tibi próximus fuísse illi qui incidit in latrónes? ”

At ille dixit: “Qui fecit misericórdiam in illum”.

Et ait illi Iesus: “Vade, et tu fac simíliter”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Respice, Dómine, oblatiónem quam tibi de tuis donis exhibémus : ut quæ unitátem in caritáte significat / nos ad mutuuum fraternitátis officium impéllat : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Sap 16,20b

Panem de caelo dedísti nobis, Dómine, habéntem omne delectaméntum et omnem sapórem suavitátis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PAne mensæ cæléstis refécti, te, Dómine, deprecámur : ut hoc nutriméntum caritátis corda nostra confírmet / quátenus ad tibi ministrándum in frátribús excitémur : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 83,10-1 la

T) Rotéctor noster áspice, Deus, et réspice in fáciem
A Christi tui: quia mélior est dies una in átriis tuis su-

per mília.

Ps 83,2-3a: Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! Concupíscit et déficit ánima mea in átria Dómini.

Glória Patri.

Protéctor noster áspice, Deus.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus Pater, a quo cunctá bona procedunt : beneficia doce nos tuæ pietátis agnoscere / ut te sincéro cordé diligámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph5,14b-20

Gratias agite semper Deo et Patri.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

FRatres: Dícitur: “Surge, qui dormis, et exsúrge a mórtuis,

et illuminábit tibi Christus”.

Vidéte itaque caute quómo modo ambulétis, non quasi insipiéntes sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fieri imprudéntes, sed intellégite quæ sit volúntas Dómini.

Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria, sed implémini Spíritu, loquéntes vobismetípsis in psalmis et hymnis et cánticis spiritalibus, cantántes et psalléntes in córdibus vestris Dómino. Grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, Deo et Patri.

RESPONSORIUM.

Ps 91,2-3

Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

V/. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

ALLELUIA.

Ps 104,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 17,11-19

Non sunt inventi ut darent gloriam Deo nisi hic alienigena?

*** & Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.**

IN illo témpore: Factum est dum iret Iesus in Ierusalem, transíbat per médiam Samaríam et Galilaéam.

Et cum ingrederétur quoddam castéllum, occurrerunt ei decem viri leprósi, qui steterunt a longe, et levavérunt vocem dicéntes: “Iesu præcéptor, miserére nostri”.

Quos ut vidit, dixit: “Ite, osténdite vos sacerdotibus”. Et factum est dum irent mundáti sunt.

Unus autem ex illis, ut vidit quia sanátus est, regréssus est cum magna voce magníficans Deum, et cécidit in fáciem ante pedes eius grátias agens ei: et hic erat Samaritánus.

Respóndens autem Iesus dixit: “Nonne decem mundáti sunt? Et novem ubi sunt? Non sunt invénti qui redírent ut darent glóriam Deo nisi hic alienígena? ”

Et ait illi: “Surge, vade: fides tua te salvum fecit”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, sacrificium placationis et laudis : et praesta, ut, huius operatióne mundáti / beneplácitum tibi nostræ mentis offeramus afféctum : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 6,51 c

Panis quem ego dédero, caro mea est pro saéculi vita.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui diligéndo castígas, et castigándo nos réfo-
ves : praesta, ut his sacraméntis refecti / tibi grátias
semper reférré valeámus : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA PRIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 85,1a.2b-3

INcKna, Dómine, aurem tuam ad me, et exáudi me:
salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te:
miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die.
Ps 85,4: Lætífica ánimam servi tui: quóniam ad te,
Dómine, ánimam meam levávi. Glória Patri. Inclína,
Dómine, aurem tuam.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius providéntia in sui dispositiône non fallitur
/ te súpplícés exorámus : ut nóxia cuncta sub-
moveas / et ómnia nobis profutura concédas : Per
Dóminum.

LECTIO.

Phil 4,10-14.19-20

Scio et humiliari, scio et abundare.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Philippéenses.

FRatres: Gavísus sum in Dómino veheménter,
quóniam tandem aliquándo refluístis pro me sentíre,

sicut et sentiebátis, opportunitáte autem carebátis. Non quasi propter penúriam dico, ego enim dídici in quibus sum sufficiens esse.

Scio et humiliári, scio et abundáre; ubíque et in ómnibus institútus sum et satiári et esuríre, et abundáre et penúriam pati. Omnia possum in eo qui me confórtat. Verúmtamen bene fecístis comunicántes tribulatióni meæ.

Deus autem meus implébit omne desidérium vestrum secúndum divítias suas in glória in Christo Iesu.

Deo autem et Patri nostro glória in saécula sæculórum: amen!

RESPONSORIUM.

Ps 117,8-9

Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in hómine.

y. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.

ALLELUIA.

Ps 107,2

Allelúia, y. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 6,24-34

Quaerite primum Regnum Dei et iustitiam eius.

<fr> Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Nemo potest duóbus dóminis servíre; aut enim unum ódio habébit et álterum díliget, aut unum sustinébit et álterum contémnet; non potéstis Deo servíre et mammónæ.

Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis ánimæ vestræ quid manducétis, neque córpori vestro, quid induámini: nonne ánima plus est quam esca, et corpus quam vestimén-

tum? Respícite volatília cæli, quóniam non serunt neque metunt neque cóngregant in hórrea, et Pater vester cæléstis pascit illa: nonne vos magis pluris estis illis?

Quis autem vestrum cógitans potest adícere ad ætátem suam cúbitum unum?

Et de vestiménto quid sollíciti estis? Consideráte lília agri quómo modo crescunt: non¹ labórant neque nent. Dico autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hódie est et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit, quanto magis vos, módicae fidei?

Nolíte ergo sollíciti esse dicétes: Quid manducábimus? , aut: Quid bibémus? , aut: Quo operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquírun; scit enim Pater vester cæléstis quia his ómnibus indigétis. Quaérite autem primum Regnum Dei et iustítiam eius, et hæc ómnia adiciéntur vobis.

Nolíte ergo esse sollíciti in crástinum, crástinus enim dies sollícitus erit sibi ipse; súfficit diéi malítia sua”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Concéde nobis, misericors Deus : ut hæc nostra tibi
oblátio sit accepta / et per eam nobis fons omnis
benedictiónis aperiátur : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 6,56

Qui mandúcat meam Carnem, et bibit meum
Sánguinem, in me manet et ego in eo, dicit Dóminus.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Tantis, Dómine, repléti munéribus / præsta, quaésumus
: ut et salutária dona capiámus / et a tua numquam
laude cessémus : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA SECUNDA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 85,3.5

Miserere mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te.

Ps 85,1: Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: quóniam inops, et pauper sum ego. Glória Patri. Miserere mihi, Dómine.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, glória fidélium et vita iustórum, cuius Fílii morte et resurrectione redémpti sumus / propitiáre nobis : ut, qui resurrectionis nostræ mystérium agnovimus / æternæ beatitúdinis gáudia percípere mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 2,9b-18

Iesus per mortem liberavit eos qui obnoxii erant servituti.

Léctio Epístolæ ad Hebraeos.

FRatres: Iesus grátia Dei pro ómnibus gustávit mortem. Decébat enim eum, propter quem ómnia et per quem ómnia, qui multos filios in glóriam addúxit, auctórem salutis eórum per passiónes consummáre. Qui enim sanctíficat et qui sanctificántur ex uno omnes: propter quam causam non erubéscit fratres eos vocáre, dicens: “Nuntiábo nomen tuum frátribus meis, in médio ecclésiæ laudábo te”; et íterum: “Ego ero fidens in eum”; et íterum: “Ecce ego et púeri quos mihi dedit

Deus”. Quia ergo púeri communicavérunt sánguini et carni, et ipse simíliter participávit íisdem, ut per mortem destrúeret eum qui habébat mortis impérium, id est diábolum, et liberáret eos qui timóre mortis per totam vitam obnóxií erant servitúti. Nusquam enim ángelos apprehéndit, sed semen Abrahæ apprehéndit.

Unde débuit per ómnia frátribus similári, ut miséricors fieret et fidélis Póntifex in iis quæ sunt ad Deum, ut repropitiáret delícta pópuli; in quo enim passus est ipse tentátus, potens est eis qui tentántur auxiliári.

RESPONSORIUM.

Ps 101,16-17

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

y. Quóniam ædificávit Dóminus Sion: et vidébitur in maiestáte sua.

ALLELUIA.

Ps110,9a

Allelúia, y. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 7,11-17

Adulescens, tibi dico: surge.

+fr Lécio sancti Evangéllii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Abiit Iesus in civitátem quæ vocátur Naim, et ibant cum illo discípuli eius et turba copiósá. Cum autem appropinquáret portæ civitátis, et ecce defúctus efferebátur fílius únicus matri suæ, et hæc vídua erat, et turba civitátis multa cum illa.

Quam cum vidísset Dóminus, misericórdia motus super ea dixit illi: “Noli flere”.

Et accéssit et tétigit lóculum, hi autem qui portábant steterunt, et ait: “Aduléscent, tibi dico: surge”. Et resédit qui erat mórtuus et coepit loqui, et dedit illum matri

suæ.

Accépit autem omnes timor et magnificábant Deum dicétes: “Prophéta magnus surréxit in nobis”, et: “Deus visitávit plebem suam”.

Et éxiit hic sermo in univérsam Iudaeam de eo et omnem circa regiónem,

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Moveant pietátem tuam, Dómine, hæc múnera et Ecclésiæ preces : ut filii eius in peccáti morte iacentes / voce tua ad vitam revocéntur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 70,16b-17a.18a

Dómine, memorábor iustítiæ tuæ solius: Deus, docuísti me a iuventúte mea: et usque in senéctam et sénium, Deus, ne derelínquas me.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sanctíficet nos, quaésumus, Dómine, mensæ Christi participatio / ut, eius membra effécti, simus quod accévimus : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA TERTIA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 118,137.124a

Iustus es, Dómine, et rectum iudícium tuum: fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam. Ps 118,1: Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri. Iustus es, Dómine.

Kýrie, eléison.

Glória in excelsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui nos in vitam mundo absconditam misericorditer duxisti : exáudi nos propítius et concede / ut omnem vanitátem fugiéntes, in novíssimo loco recúm-bere gaudeámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Col 2,16- 3,1a

Umbra futurorum, corpus autem Christi.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossénses.

FRatres: Nemo vos iúdicet in cibo aut in potu aut ex parte diéi festi aut neoméniæ aut sabbatórum, quæ sunt umbra futurórum, corpus autem Christi.

Nemo vos bravío defráudet cómplacens sibi in humilitáte et religióne angelórum propter ea quæ vidit ingrédies, frustra inflátus sensu carnis suæ, et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et coniunctiões subministrátum et conéxum crescit in augméntum Dei.

Si mórtui estis cum Christo ab eleméntis mundi, quid tamquam vivéntes in mundo decrétis subicímuni: “Ne tetígeris neque gustáveris neque contrectáveris”, quæ sunt ómnia in corruptiόνem ipso usu, secúndum præcépta et doctrínas hóminum? Quæ sunt ratióne quidem habéntia sapiéntiæ in superstitióne et humilitáte et non parcéndo córpori, non in honóre áliquo ad saturitátem carnis.

Igitur si conresurrexístis Christo, quæ sursum sunt quaérite.

RESPONSORIUM.

Ps 32,12.6

Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi.

V/. Verbo Dómini caeli firmáti sunt: et Spíritu oris eius

omnis virtus eórum.

ALLELUIA.

Ps 112,1

Allelúia. V/. Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 14,1-11

Licet sabbato curare an non?

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Factum est, cum intráret Iesus in domum cuiúsdam princípis Pharisæórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum.

Et respóndens Iesus dixit ad Legis perítos et Pharisaeos dicens: “Licet sábbato curáre an non?” At illi tacuérunt. Ipse vero apprehénsus sanávit eum ac dimísit.

Et ad illos dixit: “Cuius vestrum filius aut bos in púteum cadet, et non contínuo éxtrahet illum die sábbati?” Et non póterant ad hęc respondére illi.

Dicébat autem ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos:

“Cum invitátus fúeris ab áliquo ad núptias, non discúmbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab eo, et véniens is qui te et illum vocávit, dicat tibi: Da huic locum; et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenére. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco, ut cum vénerit qui te invitávit, dicat tibi: Amíce, ascénde supérius: tunc erit tibi glória coram ómnibus simul discumbéntibus. Quia omnis qui se exáltat humiliábitur; et qui se humiliat exaltábitur”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

HÆc oblatio, Dómine, verae humilitátis nobis
virtútem obtíneat / cuius in se formam fidélibus
Unigénitus tuus exhibuit : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 75,12-13

Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro omnes qui in
circúitu eius affértis múnera: terríbili et ei qui aufert
spíritum princípum, terríbili apud omnes reges terræ.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Q Umpsimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter O
deprecántes : ut, quæ in sui commemoratióne nos
Fílius tuus fácere præcépit / in nostræ profícient
caritatis augméntum : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA QUARTA PER ANNUM

INTROITUS.

Cf. Sir 36,18

DA pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut Prophétæ
tui fidéles inveniántur: exáudi preces servi tui, et
plebis tuæ Israel.

Ps 114,1: Diléxi: quóniam exáudiet Dóminus vocem
oratiónis meæ. Glória Patri. Da pacem, Dómine.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui sacrae legis ómnia constitúta in tua et
próximí dilectiône posuísti: da nobis, ut, tua
præcépta servantes / ad vitam mereámur pervenire
perpétuam : Per

Dóminum.

LECTIO.

1 Io 3,18-24

Credamus Nomini Iesu Christi et diligamus alterutrum.

Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

Filíoli, non diligámus verbo nec lingua, sed in ópere et veritate. In hoc cognoscémus quóniam ex veritate sumus, et in conspéctu eius placábimus corda nostra, quóniam si reprehénderit nos cor, maior est Deus corde nostro et cognóscit ómnia.

Caríssimi, si cor nostrum non reprehénderit nos, fidúciam habémus ad Deum, et quodcúmque petiérimus accípimus ab eo, quóniam mandáta eius custodímus et ea quæ sunt plácita coram eo fácimus.

Et hoc est mandátum eius, ut credámus Nómni Fílii eius Iesu Christi et diligámus altéruum, sicut dedit mandátum nobis. Et qui servat mandáta eius, in ipso manet et ipse in eo; et in hoc cognóscimus quóniam manét in nobis, ex Spíritu quem nobis dedit.

RESPONSORIUM.

Ps 121,1.7

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

T. Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

ALLELUIA.

Ps 113,19

Allelúia. V/. Qui timent Dóminum sperent in eum: adiútor et protéctor eórum est. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 22,34-46

Diliges Deum in toto corde tuo. Diliges proximum sicut te ipsum.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Audiéntes Pharisaéi quod siléntium imposuísset Iesus Saddúcæis, convenérunt in unum. Et interrogávit unus ex eis Legis doctor tentans eum: “Magíster, quod est mandátum magnum in Lege? ”

Ait autem illi: “Díliges Dóminum Deum tuum in toto corde tuo et in tota ánima tua et in tota mente tua: hoc est magnum et primum mandátum. Secúndum autem símile est huic: Díliges próximum tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandátis univérſa Lex pendet et Prophetæ”.

Congregátis autem Pharisaeis, interrogávit eos Iesus, dicens: “Quid vobis vidétur de Christo? Cuius filius est? ”

Dicunt ei: “David”.

Ait illis: “Quómodo ergo David in Spíritu vocat eum Dóminum, dicens: Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis donec ponam inimícos tuos sub pédibus tuis? Si ergo David vocat eum Dóminum, quómodo filius eius est? ”

Et nemo póterat respondére ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ámplius interrogáre.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Eus, auctor sincéræ devotionis et pacis : da, quæsumus, ut et maiestátem tuam conveniénter hoc múnere venerémur / et sacri participatióne mystérii fidéliter sénsibus uniámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 95,8b-9a

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte Dómi-

num in aula sancta eius.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Vivíficet nos, quaésumus, Dómine, divína quam obtúlimus et sumpsimus hóstia : ut, perpétua tibi caritate coniuncti / fructum qui semper máneát afferámus : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA QUINTA PER ANNUM

INTROITUS.

Salus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Salus pópuli ego sum.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime, et miserándo manifestas / múltiplica super nos misericordiam tuam : ut ad tua promíssa currentes / cæléstium bonórum fácias esse consórtes : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Io 1,5- 2,2

Sanguis Iesu mundat nos ab omni peccato.

Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

CAríssimi: Hæc est annuntiátio quam audívimus a Iesu Christo et annuntiámus vobis, quóniam Deus

lux est et tenebræ in eo non sunt ullae. Si dixerimus quoniam communionem habemus cum eo et in tenebris ambulamus, mentimur et non facimus veritatem; si autem in luce ambulamus sicut ipse est in luce, communionem habemus ad invicem et sanguis Iesu Filii eius mundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est.

Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et iustus ut remittat nobis peccata et emundet nos ab omni iniustitia. Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum et verbum eius non est in nobis.

Filii mei, hæc scribo vobis ut non peccetis. Sed si quis peccaverit, advocatum habemus ad Patrem, Iesum Christum iustum; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

RESPONSORIUM.

Ps 140,2

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Dómine.

y. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

ALLELUIA.

Ps 121, 1

Allelúia, y. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 9,1-8

Filius hominis habet potestatem dimittendi peccata.

<fr> Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Ascéndens Iesus in navículam transfretávit et venit in civitátem suam. Et ecce offerébant ei paralytícum iacéntem in lecto. Et videns Iesus fidem illórum, dixit paralytico: “Confide, fili: remittúntur peccá-

ta tua”.

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: “Hic blasphemat”.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: “Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid enim est facilius, dicere: “Dimittuntur peccata tua”, aut dicere: “Surge et ambula”? Ut sciatis autem quoniam Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, — tunc ait paralitico: “Surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam”.

Et surrexit et abiit in domum suam.

Videntes autem turbae timuerunt et glorificaverunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Hostias, quaesumus, Domine, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus : ut nobis indulgentiam largiendo / tuo nomini' dent honorem : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps i 18,4-5

Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: utinam dirigantur viae meae, ad custodiendas iustificationes tuas.

POST COMMUNIONEM.

Oramus.

Sentiamus, Domine, quaesumus, tui perceptione sacramenti subsidium mentis et corporis : ut in utroque salvati / caelestis remedii plenitudine gloriamur : Per Dominum.

DOMINICA VICESIMA SEXTA PER ANNUM

INTROITUS.

Dan 3,3 lb.29a.30a.43b.42b

OMnia quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obædívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ. Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri. Omnia quæ fecisti.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

FAmulis tuis, quaésumus, Dómine, perseverántiam fidei ac spei concéde : ut apértis iánuis summi Regis adventu / regnum cæléste cum lætítia intráre mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 3,14-22

Cenabo cum illo.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

EGo, Ioannes, audívi Dóminum dicéntem mihi: “Angelo Ecclésiæ quæ est Laodicíæ scribe: Hæc dicit Amen, Testis fidélis et verus, Princípium creaturæ Dei: Scio ópera tua, quia neque frígídu es neque cálídu. Utinam frígídu esses aut cálídu. Sic quia tépidu es et nec cálídu nec frígídu, incípíam te evómere ex ore meo.

Quia dicis: Dives sum et locupletátus et nullíus égeo, et nescis quia tu es miser et miserábilis et pauper et cæ-

eus et nudus, suádeo tibi émere a me aurum igne probátum ut lócuples fias et vestiméntis albis induáris et non appáreat confúsisio nuditátis tuæ, et collýrium ad inun-guéndum óculos tuos ut vídeas.

Ego quos amo árguo et castígo: æmuláre ergo et paeniténtiam age.

Ecce sto ad óstium et pulso: si quis audierit vocem meam et aperúerit ianuam, introíbo ad illum et cenábo cum illo et ipse mecum. Qui vícerit dabo ei sedére mecum in throno meo, sicut et ego vici et sedi cum Patre meo in throno eius.

Qui habet aurem áudiat quid Spíritus dicat Ecclésiis”.

RESPONSORIUM.

Ps 144,15-16

Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore oportúno.

V/. Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne.

ALLELUIA.

Ps 145,1-2

Allelúia, y. Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quámdiu ero. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 22,1-14

Rex fecit nuptias filio suo.

fy Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Respóndens Iesus dixit íterum in parábolis princípibus sacerdotum et senióribus pópuli, dicens:

“Símile factum est Regnum cælórum hómini regi, qui fecit núptias filio suo. Et misit servos suos vocáre invitátos ad núptias, et nolébant veníre.

Iterum misit álios servos dicens: Dícite invitátis: Ecce

prándium meum parávi, tauri mei et altília occísa et ómnia paráta; veníte ad núptias. Illi autem neglexérunt et abiérunt álius in villam suam, álius vero ad negotiatiónem suam; réliqui vero tenuérunt servos eius et contumélia afféctos occidérunt.

Rex autem irátus est, et missis exercítibus suis pérdidit homicídas illos et civitátem illórum succéndit.

Tunc ait servis suis: Núptiæ quidem paratae sunt sed qui invitáti erant non fuérunt digni: ite ergo ad éxitus viárum, et quoscúmque invenéritis vocáte ad núptias. Et egréssi servi illi in vias, congregavérunt omnes quos invenérunt, malos et bonos; et impletae sunt núptiæ discumbéntium.

Intrávit autem rex ut vidéret discumbéntes, et vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiáli, et ait illi: Amíce, quómodo huc intrásti, non habens vestem nuptiálem? At ille obmútuít. Tunc dixit rex minístris: Ligáte pedes eius et manus et míttite eum in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium.

Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Munda nos, Dómine, quaésumus, sacrificii præsentis effectum / et pérfice miserátus in nobis, ut eius mereámur esse partícipes : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps118,49-50a

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Quæsumus, Dómine, clementiam tuam : ut, cæléste cum gáudiis convívium celebrantes / inter sanctó-

rum cives iubilántés admittámur : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA SEPTIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Cf. Est 4,17c-e

IN voluntáte tua, Dómine, univérſa sunt pósito, et non est qui possit resístere voluntáti tuæ: tu enim fecísti ómnia, caelum et terram, et univérſa quæ caeli ámbitu continéntur: Dóminus universórum tu es.

Ps 118,1: Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri. In voluntáte tua, Dómine.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Domine Deus, qui spirituálium summus es agrícola : te súpplīces deprecámur / ut fructus caritátis de terra cordis nostri fácias oríri : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Cor 10,1-13

Omnes escam spiritalem manducaverunt, sed prostrati sunt.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

NOlo vos ignoráre, fratres, quóniam Patres nostri omnes sub Nube fuérunt et omnes Mare transiérunt et omnes in Móyse baptizáti sunt in Nube et in Mari, et omnes eámdem escam spiritálem manducavérunt et omnes eúmdem potum spiritálem bibérunt; bibébant autem de spiritáli consequénti eos petra: petra autem erat Christus. Sed non in plúribus eórum complácuīt sibi Deus,

nam prostráti sunt in desérto.

Hæc autem figuræ fuérunt nostræ, ut non simus concupiscéntes malórum, sicut et illi concupiérunt. Neque idolórum cultóres efficiámini, sicut quidam ex ipsis; quemádmódu scriptum est: “Sedit pópulus manducáre et bíbere, et surrexérunt lúdere”.

Neque fornicémur, sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, et cecidérunt una die vigínti tria mília. Neque tentémus Christum, sicut quidam eórum tentavérunt, et a serpéntibus periérunt. Neque murmuravéritis, sicut quidam eórum murmuravérunt, et periérunt ab exterminatóre.

Hæc autem in figúra contingébant illis, scripta sunt autem ad correptiónem nostram, in quos fines sæculórum devenérunt.

Itaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. Tentátio vos non apprehéndit nisi humana; fidélis autem Deus, qui non patiétur vos tentári super id quod potéstis, sed fáciat cum tentatióne étiam provéntum ut possítis sustinére.

RESPONSORIUM.

Ps 89,1-2

Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

V/. Priúsquam montes fierent, aut formarétur terra et orbis, a saéculo et in saéculum tu es, Deus.

ALLELUIA.

Ps 146,3

Allelúia. V/. Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 6,41-51b

Ego sum Panis vivus qui de caelo descendi.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Murmurábant Iudaéi de Iesu quia dixisset: “Ego sum panis qui de caelo descénderé”, et dicébant: “Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nóvimus patrem et matrem? Quómodo dicit nunc: De caelo descénderé?”

Respóndit Iesus et dixit eis: “Nolíte murmuráre in invicem. Nemo potest veníre ad me nisi Pater qui misit me tráxerit eum, et ego resuscitábo eum in novíssimo die. Est scriptum in Prophétis: Et erunt omnes docíbiles Dei: omnis qui audívit a Patre et dídicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem. Amen, amen dico vobis: Qui credit habet vitam aetérnam.

Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducavérunt in desérto manna et mórtui sunt: hic est panis de caelo descéndens, ut si quis ex ipso manducáverit, non moriátur.

Ego sum Panis vivus qui de caelo descénderé: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in aetérnum”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

DEus, qui humáni géneris utrámque substántiam præséntium múnere et aliménto végetas et rénovás sacraménto : tríbue, quaesumus / ut eórum et corpóribus nostris subsidiúm non desit et méntibus :
Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 118,81b.84b.86b

In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum sperávi:

quando fácies de persecúntibus me iudícium? iníqui
persecúti sunt me, ádiuva me, Dómine Deus meus.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Fidèles tui, Deus, per tua dona firméntur : ut éadem et
percipiéndo requírant / et quæréndo sine fíne
percípíant : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA OCTAVA PER ANNUM

INTROITUS.

Cf. Ier 29,1 lb.12.14b

Ncit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non
afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et
redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

Ps 84,2: Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti
captivitátem Iacob. Glória Patri. Dicit Dóminus.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

œnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietá-3
tuæ et mérita súpplícum excédis et vota / effúnde
super nos misericordiam tuam : ut dimíttas quæ
consciéntia métuit / et adícias quod orátio non
præsúmit : Per Dóminum.

LECTIO.

Col 3,12-17

Induite viscera misericordiae.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossenses.

FRatres: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti,
víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem,

mansuetúdinem, paciéntiam, supportántes ínicem et donántes vobis ípsis si quis advérsus áliquem habet querélam; sicut et Dóminus donávit vobis ita et vos; super ómnia autem hæc caritátem, quod est vínculum perfectiόνis.

Et pax Christi dominétur in córdibus vestris, ad quam et vocáti estis in uno córpore; et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia docétes et commonétes vosmetípsos psalmis, hymnis, cánticis spiritálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo; et omne quodcúmque fáctis in verbo aut in ópere, ómnia in Nómine Dómini Iesu, grátias agétes Deo Patri per ipsum.

RESPONSORIUM.

Ps 43,8-9

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

V/. In Deo laudábimur tota die: et in nómine tuo confitébimur in sæculá.

ALLELUIA.

Ps 147,1

Allelúia. V/. Lauda, Ierusalem, Dóminum: lauda Deum tuum, Sion. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 18,23-35

Non oportuit et te misereri conservi tui?

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis parábolam hanc:

“Assimilátum est Regnum cælórum hómini regi qui vóluit ratiónerem pónere cum servis suis. Et cum cœpisset ratiónerem pónere, oblátus est ei unus qui debébat decem mília talénta. Cum autem non habéret unde rédderet, iussit eum dóminus venúndari et uxórem et fílios et

omnia quæ habebat, et reddi. Pröcidens ígitur servus ille adorabat eum dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus servi illíus dimísit eum, et débitum dimísit ei.

Egréssus autem servus ille invénit unum de consérvis suis qui debébat ei centum denários, et tenens suffocábat eum dicens: Redde quod debes. Pröcidens ígitur consérvus eius rogábat eum dicens: Patiéntiam habe in me, et reddam tibi. Ille autem nóluit, sed ábiit et misit eum in cárcerem donec rédderet débitum.

Vidéntes autem consérvi eius quæ fiébant, contristáti sunt valde, et venérunt et narravérunt dómino suo ómnia quæ facta erant. Tunc vocávit illum dóminus suus et ait illi: Serve nequam, omne débitum illud dimísi tibi, quóniam rogásti me; non opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? Et irátus dóminus eius trádidit eum tortóribus quoadúsque rédderet univérsum débitum.

Sic et Pater meus cæléstis fáciat vobis si non remiséritis unusquísque fratri suo de córdibus vestris”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Respice, Dómine, múnera supplicántis Ecclésiæ / et salúti credéntium perpétua sanctificatióne suménda concéde : Per Christum.

COMMUNIO.

Lc 15,10

Dico vobis, gáudium est Angelis Dei super uno peccatóre pæniténtiam agénte.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Quos réficis, Dómine, sacraméntis, attólle bénignus auxiliis : ut, qui própriis orámus absólvi delíctis /

fratérna dimíttéré studeámus : Per Dóminum.

DOMINICA VICESIMA NONA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 129,3-4a

SI iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit? quia apud te propitiátio est, Deus Israel. Ps 129,1-2a: De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam. Glória Patri. Si iniquitátes observáveris.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui cæléstia simul et terréna moderáris : supplicatiónes pópuli tui cleménter exaudi / et pacem tuam nostris concede tempóribus : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Peti 2,13-20

Deum timete, regem honorificate.

Léctio Epístolæ primas beáti Petri apóstoli.

CAríssimi: Subiécti estóte omni humánæ creaturæ propter Dóminum: sive regi quasi præcellénti, sive dúcibus tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactorum, laudem vero bonórum; quia sic est volúntas Dei, ut benefaciéntes obmutéscere faciátis imprudéntium hóminum ignorántiam; quasi líberi, et non quasi velámen habéntes malítiæ libertátem, sed sicut servi Dei.

Omnes honoráte, fraternitátem dilígite, Deum timéte,

regem honorificáte. Servi súbditi estóte in omni timóre dóminis, non tantum bonis et modéstis sed étiam pravis. Hæc est enim grátia, si propter consciéntiam Dei sústinet quis tristítias, pátiens iniúste. Quæ enim glória est si peccántes et colaphizáti sustinétis? Sed si benefaciéntes et patiéntes sustinétis, hæc est grátia apud Deum.

RESPONSORIUM.

Ps 132,1-2a

Ecce quam bonum, et quam iucúndum habitáre fratres in unum.

T. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

ALLELUIA.

Ps 147,3

Allelúia. V/. Qui pósuit fines tuos pacem: et ádipe fruménti sátiat te. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 22,15-21

Reddite quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Abeúntes Pharisaeí consílium iniérunt **U**t cáperent Iesum in sermóne.

Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis dicéntes: “Magíster, scimus quia verax es et viam Dei in veritáte doces, et non est tibi cura de áliquo, non enim réspicis persónam hóminum. Dic ergo nobis: Quid tibi videáatur? Licet census dare Caésari an non?”

Cógnita autem Iesus nequítia eórum, ait: “Quid me tentátis, hypócritæ? Osténdite mihi nomísma census”.

At illi obtulérunt ei denárium.

Et ait illis: “Cuius est imágo hæc et suprascríptio?”

Dicunt ei: “Caesaris”.

Tunc ait illis: “Réddite ergo quæ sunt Caesaris Caésari, et quæ sunt Dei Deo”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, sacra múnera, quæ tuo nómini
siussísti dicánda : et, ut per ea tuæ pietáti reddámur
accepti / fac nos tuis semper obœdíre mandátis : Per
Christum.

COMMUNIO.

Me 11,24

Amen dico vobis, quidquid orántes pétitis, crédite
quia accipiétis, et fiet vobis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Rege nos Spíritu tuo, quaésumus, Domine / quos
pascis Fílii tui Corpore et Sáanguine : ut te ópere et
veritáte confitentes / intráre mereámur in regnum
cælórum : Per Dóminum.

DOMINICA TRIGESIMA PER ANNUM

INTROITUS.

Ps 24,15-16

OCuli mei semper ad Dóminum, quia ipse evéllit de
láqueo pedes meos: réspice in me et miserére mei,
quóniam únicus et pauper sum ego.

Ps 24,1-2a: Ad te, Dómine, levávi ánimam meam:
Deus meus, in te confido, non erubéscam. Glória Patri.
Oculi mei semper.

Kýrie, eléison.

Glória in excéklis.

COLLECTA.

Orémus.

FAmíliam tuam, quaésumus, Dómine, continúa pietáte custódi : ut quæ in sola spe grátiaē cæléstis innititur / tua semper protectióne muniátur : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 11,13-19

A mortuis suscitare potens est Deus.

Léctio Epístolæ ad Hebræos.

Iuxta fidem defúnti sunt omnes patriárchæ, non accéptis promissionibus, sed a longe eas aspiciéntes et salutántes, et confiténtes quia peregríni et hóspites sunt supra terram; qui enim hæc dicunt, significant se pátriam inquirere. Et si quidem illíus meminissent de qua exierant, habébant útique tempus reverténdi; nunc autem meliorem áppetunt, id est cæléstem. Ideo non confúnditur Deus vocári Deus eórum, parávit enim illis Civitátem.

Fide óbtulit Abraham Isaac cum tentarétur, et unigénitum offerébat ille qui suscepérat promissiones, ad quem dictum erat: “In Isaac vocábitur tibi semen”, arbitrátus quia et a mórtuis suscitáre potens est Deus; unde eum et in parábola reportávit.

RESPONSORIUM.

Ps 29,2-4

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me: nec delectásti inimícos meos super me.

y. Dómine Deus meus, clamávi ad te, et sanásti me: Dómine, abstraxísti ab ínferis ánimam meam: salvásti me a descendéntibus in lacum.

ALLELUIA.

Ps 46,2

Allelúia, y. Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 9,18-26

*Surrexit puella.***fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Loquente Iesu, ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens: “Fília mea modo defúncta est; sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet”. Et surgens Iesus sequebátur eum et discípuli eius.

Et ecce múlier quæ sánguinis fluxum patiebátur duódecim annis accessit retro et tétigit fimbriam vestiménti eius. Dicébat enim intra se: “Si tetígero tantum vestiméntum eius, salva ero”.

At Iesus convérsus et videns eam dixit: “Confíde, filia: fides tua te salvam fecit”. Et salva facta est múlier ex illa hora.

Et cum venísset Iesus in domum príncipis et vidísset tibícines et turbam tumultuántem dicébat: “Recédite, non est enim mórtua puélla sed dormit”. Et deridébant eum. At cum eiécta esset turba, intrávit et ténuit manum eius, et surréxit puélla.

Et éxiit fama hæc in univérsam terram illam.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Tibi, Dómine, sacrificia dicáta reddántur : quæ sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti / ut éadem remédia fieri nostra præstáres : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 17,3ab

Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus: Deus meus, adiútor meus.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Concéde nobis, omnípotens Deus : ut de percéptis sacraméntis inebriémur atque pascamur / quátenus

in id quod súmimus transeámus : Per Dóminum.

Dominica 31^a per annum

D. N. IESUS CHRISTUS REX UNIVERSORUM

Sollemnitas

INTROITUS.

Cf. Mal 3,1; 1 Chr 29,12

ECce advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu eius et potéstas, et impérium. Ps 71,1: Deus, iudícium tuum regi da: et iustítiam tuam fílio regis. Glória Patri. Ecce advénit dominátor.

In Missis votivis dici etiam potest sequens Introitus:

INTROITUS.

Mt 25,34b

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Veníte, benedícti Patris mei, percípíte regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Glória Patri. Veníte, benedícti Patris mei.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti : concéde pro-

pítius, ut tota creatúra, a servitúte liberata / tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet : Per Dóminum.

LECTIO.

I Cor 15,22-28

Deus omnia in omnibus.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Corínthios.

FRatres: Sicut in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur. Unusquisque autem in suo órdine: primitiæ Christus, deínde hi qui sunt Christi in advéntu eius; deínde finis, cum tradíderit Regnum Deo et Patri, cum evacuáverit omnem Principátum et omnem Potestátem et Virtútem.

Opórtet autem illum regnáre donec ponat omnes inimícos sub pédibus eius. Novíssima autem inimíca destruétur Mors; ómnia enim subiécit sub pédibus eius. Cum autem dicat: “Omnia subiécta sunt”, sine dúbio præter eum qui subiécit ei ómnia.

Cum autem subiécta fúerint illi ómnia, tunc ipse Fílius subiéctus erit illi qui sibi subiécit ómnia, ut sit Deus ómnia in ómnibus.

RESPONSORIUM.

Phil 2,8b-9

Christus factus est pro nobis oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

y. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi Nomen quod est super omne nomen.

ALLELUIA.

Ap5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS. In

Quadragesima, omittitur Allelúia. Tempore
Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ap5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 88,6

Allelúia. V/. Confitebúntur caeli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 18,33b-37

Tu dicis quia rex sum.

+fc Léctio sancti Evangéllii secúndum Ioannem.

T N illo témpore: Dixit Pilátus ad Iesum: “Tu es rex lu-
1. dæórum?”

Respóndit Iesus: “A temetípso tu hoc dicis, an álii tibi
dixerunt de me?”

Respóndit Pilátus: “Numquid ego Iudaeus sum? Gens
tua et pontífices tradidérunt te mihi: quid fecísti?”

Respóndit Iesus: “Regnum meum non est de mundo
hoc; si ex hoc mundo esset Regnum meum, minístri mei
decertárent, ut non tráderer Iudaeis; nunc autem meum
Regnum non est hinc”.

Dixit ítaque ei Pilátus: “Ergo rex es tu?”

Respóndit Iesus: “Tu dicis quia rex sum. Ego in hoc
natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimónium
perhíbeam veritáti; omnis qui est ex veritáte audit meam

vocem”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Hostiam tibi, Dómine, humánæ reconciliatiónis offeréntes, suppliciter deprecámur / ut ipse Fílius tuus cunctis géntibus unitátis et pacis dona concédatur : Qui vivit.

Praefatio II A dven tus.

COMMUNIO.

Ps23,10b

Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ. (T. P. Allelúia.)

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

T Mmortalitátis alimóniam consecúti, quaesumus, Dómine : ut, qui Christi Regis universórum gloriámur obcedere mandatis / cum ipso in cælésti regno sine fine vivere valeámus : Per Dóminum.

HEBDOMADA TRIGESIMA PRIMA PER ANNUM MISSA Ferialis

Dicetur in conventu quadam die libera infra hebdomadam.

INTROITUS.

Ps 83,10-1 la

Protéctor noster aspice, Deus, et respice in faciém Christi tui: quia mélior est dies una in átriis tuis super mília.

Ps 83,2-3a: Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! Concupiscit et déficit ánima mea in átria Dómini.

Glória Patri.

Protéctor noster áspice, Deus.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

MEntibus nostris, quaésumus, Dómine, Spíritum
Sanctum benígnus infúnde : cuius et sapiéntia
córditi sumus / et providéntia gubernámur : Per
Dóminum.

LECTIO.

Sap 11,21- 12,2

Dissimulas peccata hominum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Domine, multum valére tibi soli subest semper, et
virtúti bráccii tui quis resístet? Quóniam
tamquam moméntum statéræ,
sic est ante te totus orbis terrárum, et
tamquam gutta roris antelucáni,
quæ descéndit in terram. Sed miseréris
ómnium, quia ómnia potes;
et dissímulas peccáta hóminum propter pæniténtiam.
Díligis enim ómnia, quæ sunt,
et nihil odísti eórum, quæ fecísti; nec
enim, si odísses, áliquid constituísses.
Quómodo autem posset áliquid permanére,
nisi tu voluísses?
Aut, quod a te vocátum non esset, conservarétur?
Parcis autem ómnibus, quóniam tua sunt,
Dómine, qui amas ánimas.
Incorruptibilis enim spíritus tuus est in ómnibus.
Ideóque eos, qui exérrant, paulátim córripis,
et, de quibus peccant, ádmones et córrigis,
ut, relícta malítia, credant in te, Dómine.

RESPONSORIUM.

Ps 84,8.2

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

V/. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

ALLELUIA.

Ps 46,3

Allelúia. V/. Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnem terram. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 13,24-30

Zizania in medio tritici.

***& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.**

IN illo témpore: Aliam parábolam propósuit Iesus turbis dicens:

“Símile factum est Regnum cælórum hómini qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus eius et superseminávit zizánia in médio trítici et ábiit.

Cum autem crevísset herba et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patris famílias dixerunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dicunt ei: Vis, imus et collígimus ea?

Et ait: Non, ne forte colligéntes zizánia eradicétis simul cum eis tríticum, sínite útraque créscere usque ad messem; et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizánia et alligáte ea in fascículos ad comburéndum ea, tríticum autem congregáte in hórreum meum”.

SUPER OBLATA.

T) Ropítius esto, Dómine, supplicationibus nostris : et
A pópuli tui oblatiónibus precibúsque suscéptis,
ómniū nostrum ad te corda convérte / ut a terrénis
cupiditatibus líberi, ad cæléstia desidéria transeámus :
Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 13,47-48

Símile est regnum cælórum sagénæ missæ in mare, et
ex omni génere pískium congregánti; quam, cum impléta
esset, educéntes, et secus litus sedéntes elegerunt bonos
in vasa sua, malos autem foras misérunt.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

MAiestátem tuam, Dómine, supplicítér deprecámur
: ut, sicut nos Córporis et Sánguinis sacro-sánci
pascis aliménto / ita divínæ natúrae fácias ésse
consórtes : Per Dóminum.

EXPLICIT PROPRIUM DE TEMPORE

ORDO MISSAE

RITUS INITIALES

ACCESSUS AD ALTARE.

In Missa lecta, sacerdos ante medium altare paululum stat, mentem elevans ad Deum. Tunc altare osculatur, et signum crucis facit dicens secreto:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Deinde ad adstantes conversus, manus extendens et iungens, dicit:

Dóminus vobíscum.

Adstantes respondent:

Et cum spíritu tuo.

Sacerdos responsum inclinans recipit, et descendit in planum, ubi stans ad cornu sinistrum, confessionem facit.

In Missa conventuali sacerdos ad altare accedit dum canitur Introitus.

Diebus dominicis et sollemnibus, ad gradum sanctuarii orat profunde inclinatus, altare osculo veneratur et vadit ad cathedram. Aliis diebus, ante medium altare inclinatus orat in silentio, et, ipsum altare osculo veneratus, ibi permanet. Finito cantu, vertit se ad conventum et signum crucis cum illo facit, submissa voce dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Postea adstantes salutatur, manus extendens et iungens:

Dóminus vobíscum.

Tunc vadit ad cathedram.

ACTUS PAENITENTIALIS.

In conventu omittitur quando aliquod Officium in ecclesia Missam praecedit, vel quando fit aliqua benedictio.

In Missa lecta semper fit, nisi quando consecutive celebrantur plures Missae, in quo casu omitti potest in secunda et tertia Missa.

Primum fit examen conscientiae in silentio. Deinde:

Sacerdos: Adiutórium nostrum in nómine Domini /

Adstantes: Qui fecit caelum et terram / Deinde

sacerdos et adstantes simul dicunt:

Confíteor Deo

et vobis, fratres,
quia peccávi nimis, mea culpa, per supérbiam,
cogitatióne,
locutióne,
ópere et omissiÓne; precor beátam Mariám, omnes
sanctos et vos, fratres,
oráte pro me.

Sacerdos:

Misereátur nostri omnípotens Deus
per intercessiÓnem beátæ Mariae et ómnium sanctórum,
et dimíttat nobis ómnia peccáta nostra
et perdúcat ad vitam ætérrnam /

Ads tantes: Amen.

In Missa solitaria dicitur:

Confíteor Deo, quia peccávi nimis, mea culpa, per
supérbiam, cogitatiÓne, locutiÓne, ópere et omissiÓne;
precor te, o piíssima Dei Génatrix, et vos, omnes sancti,
oráte pro me.

Misereátur mei omnípotens Deus per intercessiÓnem
tuam, o piíssima Dei Génatrix, et vestram, omnes
sancti, et dimíttat mihi ómnia peccáta mea et perdúcat ad
vitam ætérrnam.

ín Missa lecta, *post actum paenitentialem sacerdos ante gradum altaris profunde inclinatus orat in silentio. Deinde accedit ad altare, in cuius medio per totam Missam regulariter stabit. Et dicit Introitum.*

KYRIE.

In Missa lecta a sacerdote et ministro alternatim dicuntur.

In Missa conveniuali *a duobus choris alternatim cantantur.*

Kýrie, eléison. Kýrie, eléison. Kýrie, eléison.

Christe, eléison. Christe, eléison. Christe, eléison.
Kýrie, eléison. Kýrie, eléison. Kýrie, eléison.

GLORIA IN EXCELSIS.

Dicitur sequentibus diebus, si Missa diei celebratur:

- ? *in sollemnitatibus et infra octavus;*
- ? *in dominicis et festis 12 lectionum;*
- ? *in Vigiliis Paschae et Pentecostes;*
- ? *in Memoriis B. V. Mariae.*

Dicitur etiam in sequentibus Missis votivis:

- ? *de SS. Trinitate et de Spiritu Sancto;*
- ? *Domini, praeter Missas de Cruce et de Passione;*
- ? *B. V. Mariae, praeter Missam de Compassione;*
- ? *Ss. Angelorum, S. Ioseph et S. P. N. Brunonis;*
- ? *necnon pro gratiarum actione.*

Extra conventum dici etiam potest ad libitum celebrantis in omnibus Missis cuiusque sancti.

Omittitur tamen in omnibus Missis Tempore Adventus et Quadragesimae, sollemnitatibus exceptis.

Omittitur etiam in Missa Dominicae praecedentis infra hebdomadam litata.

GLória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificamus te. Grátias ágimus tibi propter glóriam tuam magnam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens.

Dómine Fili unigénite Iesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecatióem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Iesu Christe.

Cum Sancto Spíritu in glória Dei Patris. Amen.

COLLECTA.

Sacerdos manus iungens dicit: Oremus.

Et paulisper inclinatus orat in silentio. Deinde erigens se collectam dicit, quae sic concluditur:

Si dirigitur ad Patrem:

Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum /
qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus :
per ómnia sæculá sæculórum :

Si dirigitur ad Patrem, sed in fine eius fit mentio Filii:

Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Déus /
per ómnia sæculá sæculórum :

Si dirigitur ad Filium:

Qui vivis et regnas cum Deo Patre
in unitáte Spíritus Sancti, Déus /
per ómnia sæculá sæculórum :

LITURGIA VERBI

LECTIO, ETC...

In Missa lecta, sacerdos legere potest lectionem (vel lectiones) versus ad audientes, sicut et Evangelium.

EVANGELIUM.

In Missa lecta ante Evangelium sacerdos modice inclinatus manibus iunctis dicit secreto:

Dóminus sit in corde meo et in lábiis meis, ut recte pronúntiem Evangélium pacis.

Sacerdos: Dóminus vobíscum.

Minister: **Et cum spíritu tuo.**

Sacerdos: Léctio (Inítium, Conclúsió) sancti Evangélii...

Et sacerdos cum adstantibus fit signum crucis ad responsionem:

Glória tibi, Dómine.

Lecto Evangelio, sacerdos librum osculo veneratur.

In Missa conventuali, sacerdos accedente diacono caput discooperit, et surgit. Si dies ita fert, imponit incensum turibulo. Diacono

dat benedictionem dicens:

Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis, ut recte nobis pronúnties Evangélium pacis.

Et iuvat diacono ad induendam stolam.

Proclamationem sancti Evangelii manibus iunctis auscultat.

CREDO.

Dicitur sequentibus diebus, in omnibus Missis de vivis praeter

Missam de Vigilia:

? *in sollemnitatibus, excepta sollemnitate S. Stephani et Feria fí Paschae et Pentecostes;*

? *in Cena Domini;*

? *in dominicis;*

? *in festis 12 lectionum de Domino, de B. V. Maria, necnon de Apostolis et Evangelistis.*

Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factorem caeli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium.

Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæculá. Deum de Deo, lumen de lúmine: Deum verum de Deo vero. Génitum non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem descéndit de caelis. Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine. Et homo factus est. *Sacerdos modice inclinat in venerationem Incarnationis Domini.*

Crucifíxus étiam pro nobis, sub Póntio Piláto passus: et sepúltus est. Et resurréxit tértia die secúndum scriptúras. Et ascéndit in caelum, sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spíritum Sanctum Dóminum, et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas.

Et unam sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam futuri saeculi. Amen.

ORATIO UNIVERSALIS (IN MISSA CONVENTUALI).

Habetur diebus dominicis et diebus sollemnibus quibus Credo cantatur. Sacerdos dicit eius orationem conclusivam.

LITURGIA EUCHARISTIA

OFFERTORIUM.

In Missa lecta *antiphona offertorii omittitur.*

In Missa conventuali, *incipiente cantu offertorii, sacerdos ad medium sanctuarium venit. Facta profunda inclinatione, accedit ad altare.*

Sacerdos corporale explicat.

Quando vero aqua in calicem mittitur, dicit:

De latere Domini nostri Iesu Christi exivit Sanguis et aqua in remissionem peccatorum.

Quando lavat manus dicit:

Lavabo inter innocentes manus meas,
et circumdabo altare tuum, Domine.

Et duos vel tres versus sequentes:

Ut audiam vocem laudis,
et enarrem universa mirabilia tua.
Domine, dilexi decorem domus tuae,
et locum habitationis gloriae tuae. Ne
perdas cum impiis, Deus, animam meam,
et cum viris sanguinum vitam meam.

Stans in medio altari sacerdos calicem cum patena superposita elevatum tenens offert, dicens secreto:

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a

te, Dómine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Et facit crucem cum ipso calice, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Calicem super corporale reponit, et ante eum patenam, panem consecrandum continentem. Calicem superiori corporalis parte cooperit.

TURIFICATIO (IN MISSA CONVENTUALI).

Si incensum adoleri debeat, sacerdos, aqua infusa in calicem, statim oblationem facit. Deinde imponit incensum turibulo et hoc tenet elevatum super oblata dicens:

Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incensum in conspéctu tuo.

Tunc turificat semel super oblata in modum crucis his verbis:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Et semel in modum coronae, ac deinde: ad crucem, ad cornu dextrum, ad cornu sinistrum, et ter inferius ante faciem altaris. Postquam turibulum diacono rediderit, lavat manus atque stat manibus iunctis in cornu altaris, versa facie ad crucem, donec diaconus ter eam turificaverit; tunc ante medium altare manet manibus insertis, dum diaconus illud circuit.

Quando vertit se ad populum dicit:

Oráte, fratres.

ORATIO SUPER OBLATA.

*Ad altare reversus sacerdos modicum silentio orat, iunctis manibus. Orationem dicit sine **Orémus**, et sic eam concludit:*

*Si dirigitur **ad Patrem**:*

Per Christum Dominum nostrum :

Si dirigitur ad Patrem, sed in fine eius fit mentio Fílii: Qui vivit et regnat per ómnia sæculá sæculórum :

*Si dirigitur **ad Filium**:*

Qui vivis et regnas per ómnia sæculá sæculórum :

PRAEFATIONES

Sacerdos exspectat donec omnes ad praefationem in silentio audiendam sint parati. Quam introducit, manus ante umeros tenens, dicendo:

Sacerdos: Dóminus vobíscum.

Adstantes: Et Cum spírítu tUO.

Sacerdos: Sursum corda. Adstantes: Habémus ad Dóminum. Sacerdos: Grátias agámus Dómino Deo nostro. Adstantes: Dignum et iustum est.

RUBRICAE DE PRAEFATIONE DICENDA.

Praefatio dicitur:

- *sive de Tempore, scilicet quae ad ipsum Tempus liturgicum pertineat, videlicet Tempus Adventus, Nativitatis vel Epiphaniae, Quadragesimae vel Passionis, Paschae vel Ascensionis, aut etiam ad Tempus per annum; praefationes de Tempore eadem adhibentur pro dominicis et pro diebus ferialibus;*
- *sive propria, scilicet alicuius festi vel festi generis, mysterii vel Missae defunctorum.*

In conventu:

- ? *diebus dominicis in Missa dominicali, infra octavas, necnon in Missis ferialibus, dicitur aliqua praefatio congrua de Tempore;*
- ? *in sollemnitatibus, dicitur praefatio propria;*
- ? *in ceteris casibus, electio libera est inter praefationem de Tempore et praefationem propriam.*

Extra conventum: Normae sunt ut in conventu, excepto quod diebus dominicis in Missa dominicali, licet dicere praefationem de SS. Trinitate.

Preces eucharisticae II et IV praefationem habent annexam, quae praefationes (et proinde ipsa Praefatio IV) adhiberi possunt in omni Missa, praeterquam in sollemnitatibus, et infra octavam quando fit de ea.

Pro D. N. I. C. universorum Rege sumitur Praefatio 2, ut propria. Pro Dedicatione Ecclesiae sumitur Praefatio 15, ut propria. Pro Ss. Angelis sumitur Praefatio 17, ut propria.

ELENCHUS PRAEFATIONUM.

- L Tempore Adventus L*
- 2? Tempore Adventus IL*
- 3? Tempore Nativitatis.*
- 4? Ab Epiphania ad Baptismum Christi.*
- 5? In Quadragesima L*
- 6? In Quadragesima IL*
- 7? Tempore Passionis L*
- 8? Tempore Passionis IL*
- 9? Tempore Paschali L*
- 10? Tempore Paschali IL*
- 11? Tempore Ascensionis.*
- 12? De Spiritu Sancto L*
- 13? De Spiritu Sancto IL*
- 14? Per annum L*
- 15? Per annum IL*
- 16? Per annum III.*
- 17? Per annum IV.*
- 18? De SS. Trinitate.*
- 19? De Corpore et Sanguine Christi.*
- 20? De SS. Corde Iesu.*
- 21? De Beata Virgine Maria L*
- 22? De Beata Virgine Maria IL*
- 23? De S. Ioseph.*
- 24? De Apostolis.*
- 25? De Martyribus.*
- 26? De Doctoribus et Pastoribus.*
- 27? De Monachis.*
- 28? De Virginibus.*
- 29? De Sanctis.*
- 30? De defunctis.*

L PRAEFATIO I AD VENTUS

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere: Dömine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Quem prædixerunt cunctórum præcónia prophetárum, Virgo Mater ineffábili dilectióne sustínuit, Ioannes cécinit affutúrum et adesse monstrávit.

Qui suæ nativitátis mystérium tríbuit nos præveníre gaudéntes, ut et in oratióne pervígiles et in suis invéniat láudibus exsultántes.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

Sacerdos modice inclinatur manibus iunctis, dum dicitur:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth,
Pleni sunt cæli et terra glória tua.
Hosánna in excélsis. Benedictus qui venit
in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

2. PRAEFATIO II ADVENTUS

Adhibetur ut propria pro D. N. L. C. universorum Rege.

Vere dignum et iustum est te, Deus, et cæléstia et terréna collaudäre: per Christum Dóminum nostrum.

Qui primo in humilitáte carnis advéniens, exspectatió nem sæculórum explévit.

In consummatió ne vero témporis rédiens, Rex glóriæ ómnia restaurábit.

Unde, salutári tuo in gáudiis occurréntes, cum Angelis et Sanctis te laudámus, sine fine dicéntes:

3. PRAEFATIO NA TIVITAS

Adhibetur ut propria pro omnibus festis D. N. Iesu Christi quae non habent aliam praefationem propriam assignatam.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Quia per incarnáti Verbi mystérium nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit. Ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem ra-piámur.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, &ine fine dicéntes:

4. PRAEFATIO AB EPIPHANIA USQUE AD BAPTISMUM DNL

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Quia cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis appáruit, nova nos immortalitátis suæ luce repará-vit.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

5. PRAEFATIO I QUADRAGESIMAE

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Qui corporáli ieiúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largíris et praémia, per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates: Caeli caelorumque Virtutes, ac beata Seraphim socia exultatione concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecámur, supplici confessione dicentes:

6. PRAEFATIO II QUADRAGESIMAE

VEre dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Quia fídelibus tuis dignanter concédis paschalia sacramenta purificatis méntibus exspectare ut caritatis ac pietatis ópera propénsius exsequentes ad gratiae filiórum plenitudinem perducántur.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia caeléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicentes:

7. PRAEFATIO I PASSIONIS

VEre dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus.

Qui salutem húmáni géneris in ligno Crucis constituísti, ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret, et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur, per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates: Caeli caelorumque Virtutes, ac beata Seraphim socia exultatione concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecámur, supplici confessione dicentes:

8. PRAEFATIO II PASSIONIS

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tuæ pietáti semper grátias ágere: miséricors Pater, omnípotens Deus: per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Qui factus oboédiens usque ad mortem in Cruce nos redémit, et seípsum per Spíritum Sanctum tibi ófferens idem sacérdos et agnus exhibuit.

Et ídeo, cum Angelórum atque Sanctórum turba hymnum laudis tibi cánimus, sine fine dicétes:

9. PRAEFATIO I TEMPORIS PASCHALIS

In Vigilia Paschali dicitur in hac potíssimum nocte; in die vero Paschae et per eius octavam dicitur in hac potíssimum die. Deinde autem dicitur in hoc potíssimum.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, te quidem, Dómine, omni témpore, sed *in hac potíssimum (nocte) die* (in hoc potíssimum) gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus.

Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi: Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

10. PRAEFATIO II TEMPORIS PASCHALIS

Vere dignum et iustum est nos tibi grátias ágere, et semper benedícere teque laudáre: omnípotens ætérne Deus: per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Adest enim nobis optatíssimum témpus cum Fílius Dei, a mórtuis resúrgens, nobis, genus eléctum, regále sacerdotium eff ectis, accéssum ad Patrem in uno Spíritu

tribuit. Quaprópter, profúsis paschálibus gáudiis totus in orbe terrárum mundus exsúltat.

Sed et supérnae Virtútes atque angélicae Potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes:

1 L PRAEFATIO ASCENSIONIS

VEre dignum et iustum est, æquum et salutáre, te quidem, Dómine, omni témpore confitéri, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus.

Qui post Resurrectiónem suam est elevátus in cælum ut nos, Promissionem tuam expectántes, divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Quaprópter, profúsis paschálibus gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat.

Sed et supérnae Virtútes atque angélicae Potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes:

12. PRAEFATIO I DE SPIRITU SANCTO

In Missa Vigiliae Pentecostes, et Dominica et Feria II eiusdem dici tur hodiérna die. Alias tacetur.

VEre dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui ascéndens super omnes caelos, sedénsque ad dexteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum (hodiérna die) in filios adoptiónis effúdit. Quaprópter, profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat.

Sed et supérnae Virtútes atque angélicae Potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes:

1 3. PRAEFATIO II DE SPIRITU SANCTO

In Missa Vigiliae Pentecostes, et Dominica et Feria II eiusdem dicitur hódie, alias tacetur. Extra T. P. tacetur paschálibus.

Ere dignum et iustum est nos tibi grátias ágere, et V semper benedícere, teque laudáre: omnípotens aetérne Deus.

Tu enim sacraméntum paschale consúmmandans, filiis adoptiónis (hódie) Spíritum Sanctum es largítus, qui unitátis operátor mirábilis Ecclésiám sanctam implet et regit. Quaprópter profúsis (paschálibus) gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat.

Sed et supérnae Virtútes atque angélicae Potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

14. PRAEFATIO I PER ANNUM

V Ere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, humánis miserátus erróribus, de Vírgine nasci dignátus est.

Qui, crucem passus, a perpétua morte nos liberávit, et, a mórtuis resúrgens, vitam nobis donávit aetérnam.

Et ídeo, cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

15. PRAEFATIO II PER ANNUM

Adhibetur ut propria pro Dedicatione Ecclesiae.

V Ere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus.

Qui filios, per sánguinem Fílii, in unum congregáre voluísti: ut plebs, de unitáte Trinitátis adunáta, Christi Corpus templúmque Spíritus, noscerétur Ecclésia.

Et ídeo, choris angélicis sociáti, te laudámus in gáudio confiténtes:

16. PRAEFATIO III PER ANNUM

VEre dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi, sancte Pater, semper et ubíque grátias ágere per Fílium dilectiÓNis tuæ Iesum Christum, Verbum tuum per quod cuncta fecísti, quem misísti nobis Salvatórem et Redemptórem, incarnátum de Spíritu Sancto et ex Vírgine natum.

Qui voluntátem tuam adímplens et pópulum tibi sanctum acquírens, exténdit manus cum paterétur, ut mortem sólveret et resurrectiÓNem manif estáret.

Et ídeo cum Angelis et ómnibus Sanctis glóriam tuam prædicámus, una voce dicéntes:

17. PRAEFATIO IV PER ANNUM

Adhibetur ut propria pro Angelis.

VEre dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnipotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes: Caeli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas deprecámur, súpplíci confessiÓne dicéntes:

18. PRAEFATIO DE SANCTISSIMA TRINITATE

Dici potest omnibus dominicis in Missa lecta.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Qui eum unigénito Fílio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus. Non in uníus singularitáte Persónæ, sed in uníus Trinitáte Substántiæ.

Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine differentia discretiónis sentímus: Ut in confessióne verae sempiternæ-que Deitátis, et in Persónis proprietas, et in Esséntia únitas, et in Maiestáte adorétur æquálitas.

Quam laudant Angeli atque Archangeli, Chérubim quoque ac Séraphim, qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes:

19. PRAEFATIO DE SS. CORPORE ET SANGUINE CHRISTI

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, sine peccáti mácula sacérdos et víctima, semetípsum óbtulit et præcépit offérri; cuius Carne dum páscimur, et Sáanguine dum potámur, vitam habémus ætérnam.

Unde et nos tibi grätias ágimus et tuas virtútes cum Angelis prædicámus, dicéntes:

20. PRAEFATIO DE SACRATISSIMO CORDE IESU

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere: Dómine, sancte

Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, mira caritáte, de transfíxo látere sánguinem fudit et aquam, ex quo manárent Ecclésiæ sacraménta; ut omnes, ad Cor apértum attrácti, in gáudio haurírent e fóntibus Salvatóris.

Et ídeo, cum Angelórum atque Sanctórum turba, hymnum laudis tibi cánimus, sine fine dicétes:

2 L PRAEFATIO I DE B. VIRGINE MARIA

Dicitur Et te in Maternitáte, vel Compassióne, vel Visitatióne, vel Assumptióne, vel Nativitáte, vel Præsentatióne, vel Conceptione Immaculáta, secundum denominationem festi (seu mysterii). In omnibus aliis festis dicitur Et te in Commemoratióne, nisi aliud notetur.

In Missis votivis, in quibus speciale mysterium non sit exprimendum, dicitur Et te in veneratióne.

VEre dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Et te in veneratióne, *vel N.* Beatae Mariae semper Vírginis laudáre, benedícere, et prædicáre: Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit, et virginitátis glória permanénte, huic mundo lumen ætérnum effúdit, Iesum Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes: Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas deprecámur súpplíci confessióne dicétes:

22. PRAEFATIO U DE *tí. VIRGINE MARIA*

VEre dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Quóniam Vírginem Mariám Christi Matrem elegísti, quæ stans iuxta crucem Unigéniti, nos in filios eódem suscepit amóre.

Et ídeo, cum cælórum Virtútibus, in terris te iúgiter celebrámus, maiestáti tuæ sine fine clamántes:

23. PRAEFATIO DE S. IOSEPH

VEre dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Qui beátum Ioseph Deíparæ Vírgini sponsum delegísti, ut Fílium Dei patérna vice custodíret et Ecclésiam tuam patrónus singuláris protégeret.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

24. PRAEFATIO DE SS. APOSTOLIS ET EVANGELISTIS

VEre dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Qui gregem tuum, Pastor ætérne, non déservis, sed per beátos Apóstolos contínua protectióne custódis; ut iisdem rectóribus gubernátur, quos Fílii tui vicários eídem contulísti præesse pastóres.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

25. PRAEFATIO DE SS. MARTYRIBUS

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Quóniam mártýrum sanguis effúsus caritátem Christi maniféstat qua virtus in infirmitáte perficitur ad testimónium nóminis tui.

Et ídeo, cum cælórum Virtútibus, in terris te iúgiter celebrámus, maiestáti tuæ sine fine clamántes:

26. PRAEFATIO DE SS. DOCTORIBUS ET SS. PASTORIBUS

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, te ætérnum et omnipoténtem Deum incessánter prædicáre, tibi que in ómnibus grätias ágere, per Iesum Christum Unigénitum tuum.

Qui, mystéria tui enárrans amóris, præcónes Evangélii Sancto Spíritu suscitávit ut plebem perféctam tibi præpararent.

Et ídeo, cum Sanctis et Angelis univérsis, te collaudámus, sine fine dicéntes:

27. PRAEFATIO DE SS. MONACHIS

Vere dignum et iustum est, omnípotens ætérne Deus, te in ómnibus semper laudáre per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Quem solum in desérto secúti sunt sacri erémi cultóres in oratióne Dei perseverántem et mystérium com-pléntem salútis.

Et nos, post ipsos, ad sequélam Christi et Ecclésiæ servícium vocáti, tibi, Dómine, cum beátis univérsis grätias ágimus, sine fine dicéntes:

28. PRAEFATIO DE SS. VIRGINIBUS

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui natus ex Vírgine, post se traxit vírgines, ut ipsi soli adhæréntes, ad núptias lætántes ingrederéntur.

Ubi cum Angelis et Archángelis, cumque omni congregatióne Sanctórum, hymnum laudis tibi cóncinunt, sine fine dicéntes:

29. PRAEFATIO DE SANCTIS

Vere dignum et iustum est nos tibi semper, Pater omnípotens, offérre hymnum et laudatiónis promé-re cánticum, per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Quia in Sanctis tuis plenitúdinem Fílii admirámur, et virtútem Spíritus Sancti percípimus, comunicántes caritáti eórum qui vixerunt ad laudem glóriæ tuæ.

Quaprópter cum frequéntia Angelórum et imménsa turba beatórum, te fontem omnis sanctitátis laudámus, iucúnde canéntes:

30. PRAEFATIO DEFUNCTORUM

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

In quo nobis spes beatae resurrectiόνis effúlsit, ut, quos contrístat certa moriéndi condíció, eósdem consolétur futúráe immortalitátis promíssio.

Tuis enim fidélibus, Dómine, vita mutátur, non tóllitur, et, dissolúta terréstris huius incolátus domo, ætérna

in cælis habitatio comparatur.

Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ cānimus, sine fine dicentes:

Sacerdos modice inclinatur, manibus iunctis, dum dicitur:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt caeli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit
in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

PRÆX EUCHARISTIA I

Profunde inclinatus, manibus iunctis.

In concelebratione, solus celebrans principalis dicit:

TE igitur, clementissime Pater, per Iesum Christum, Fílium tuum, Dóminum nostrum, súpplīces rogámus ac pétimus, uti accépta hábeas et benedícas (*Erigens se signat semel super panem et calicem simul.*) hæc dona, “í* hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, (*Manibus modo crucifixi extensis.*)

in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta Cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro N. et Antístite nostro N. et ómnibus orthodoxis atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

COMMEMORATIO PRO VIVIS.

Manibus modo crucifixi extensis.

In concelebratione, dici potest ab uno e concelebrantibus:

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum N. et N. et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est et nota devótio,

pro quibus tibi offérimus
 vel qui tibi ófferunt hoc sacrificium laudis,
 pro se suisque ómnibus:
 pro redemptióne animárum suárum,
 pro spe salutis et incolumitátis suæ:
 tibi que reddunt vota sua
 ætérno Deo, vivo et vero.

COMMUNICANTES.

In concelebratione, dici potest ab altero e concelebrantibus.

Communicántes, et memóriam venerántes, in
 primis gloriósæ semper Vírginis Mariae,
 Genetrícis Dei et Dómini nostri Iesu Chrísti :

In Nativitate Domini et per octavam:

Communicántes,
 et (noctem sanctíssimam celebrántes, qua)
 diem sacratíssimum celebrántes, quo
 beátæ Mariae intemeráta virgíntas
 huic mundo édedit Salvatórem:
 sed et memóriam venerántes,
 in primis eiúsdem gloriósæ semper Vírginis Mariae,
 Genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi:

In Epiphania Domini:

Communicántes,
 et diem sacratíssimum celebrántes,
 quo Unigénitus tuus,
 in tua tecum glória coætérnus,
 in veritáte carnis nostræ visibíliter corporális apparuit:
 sed et memóriam venerántes,
 in primis gloriósæ semper Vírginis Mariae,
 Genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi:

In Cena Domini:

Communicantes,
et diem sacratissimum celebrantes,
quo Dominus noster Iesus Christus
pro nobis traditus est;
sed et memoriam venerantes,
in primis gloriosa? semper Virginis Mariæ,
Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi:

A Missa Vigiliae paschalis usque ad Dominicam in Albis:

Communicantes,
et (noctem secretissimam)
diem sacratissimum celebrantes Resurrectionis Domini
nostri Iesu Christi secundum carnem: sed et memoriam
venerantes, in primis gloriosa? semper Virginis Mariæ,
Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi:

In Ascensione Domini:

Communicantes,
et diem sacratissimum celebrantes,
quo Dominus noster, Unigenitus Filius tuus,
unitam sibi fragilitatis nostræ substantiam
in gloriæ tuæ dextera collocavit:
sed et memoriam venerantes,
in primis gloriosa? semper Virginis Mariæ,
Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi:

*Ad Missam Vigiliae Pentecostes, et Dominica et **Feriall**
eiusdem:*

Communicantes,
et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes,
quo Spiritus Sanctus
Apostolis in igneis linguis apparuit:
sed et memoriam venerantes,
in primis gloriosa? semper Virginis Mariæ,
Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi:

sed et beáti Ioseph, eiúsdem Vírginis Sponsi,
 et beatórum Apostolórum ac Mártýrum tuórum,
 Petri et Pauli, Andréæ,
 (Iacobi, Ioannis,
 Thomae, Iacobi, Philíppi,
 Bartholomæi, Matthaei,
 Simónis et Thaddæi:
 Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti,
 Cornélii, Cypriáni,
 Lauréntii, Chrysógoni,
 Ioannis et Pauli,
 Cosmæ et Damiáni)
 et ómnium Sanctórum tuórum;
 quorum méritis precibúsq;ue concédas,
 ut in ómnibus protectiónis tuæ
 muniámur auxílio.
 (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

HANC IGITUR.

In concelebratione, a solo celebrante principali dicitur:

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ,
 sed et cunctæ famíliæ tuæ,
 quaésumus, Dómine, ut placátus accípias,
 diésque nostros in tua pace dispónas,
 atque ab æténa damnatióne nos éripi
 et in electórum tuórum iúbeas grege numerári.
 (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

In Cena Domini:

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ,

sed et cunctæ familiæ tuæ,
quam tibi offerimus ob diem
in qua Dóminus noster Iesus Christus
trádidit discípulis suis
Córporis et Sánguinis mystéria celebránda:
quaésumus, Dómine, ut placátus accípias,
diésque nostros in tua pace dispónas,
atque ab ætérna damnatióne nos éripi
et in electórum tuórum iúbeas grege numerári.
(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

*A Missa Vigiliae paschalis usque ad Dominicam in Albis,
ac ad Missam Vigiliae Pentecostes, et Dominica et Feria II
eius de m P e n t e c o s t e s:*

Hanc ígitur oblatiόνem servitútis nostræ,
sed et cunctæ familiæ tuæ,
quam tibi offerimus pro his quoque,
quos regeneráre dignátus es
ex aqua et Spíritu Sancto,
tríbuens eis remissiόνem ómnium peccatórum,
quaésumus, Dómine, ut placátus accípias:
diésque nostros in tua pace dispónas,
atque ab ætérna damnatióne nos éripi
et in electórum tuórum iúbeas grege numerári.
(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

In ipsa die professionis perpetuæ:

Hanc ígitur oblatiόνem servitútis nostræ,
sed et fámuli tui,
quam tibi in die eius professionis offerimus,
quaésumus, Dómine, placátus áccipe
et propitiátus sanctífica;
ut qui, te largiénte, hódie vitam suam tibi dicávit,
in Fílii tui glorióso advéntu
ætérnæ Paschæ gáudio mereátur admítteri.
(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Manibus expansis super oblata.

In concelebratione, *omnes simul dicunt:*

Quam oblationem tu, Deus, in ómnibus, quaesumus,
 benedictam,
 adscriptam,
 ratam,
 rationabilem, acceptabilemque facere digneris :
 ut nobis Corpus et Sanguis fiat
 dilectissimi Filii tui
 (*Iungit manus et inclinat.*)
 Domini nostri Iesu Christi.

QUI PRIDIE.

Qui pridie quam pateretur /
 (*Accipit panem et tenet elevatum.*)
 accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas
 (*Elevat oculos.*)
 et elevatis óculis in caelum
 ad te Deum Patrem suum omnipotentem /
 tibi gratias agens benedixit:
 fregit
 deditque discipulis suis, dicens.

In Cena Domini:

**Qui pridie quam pro nostra omniúmque salute pateretur,
 hoc est hodie /**
 (*Accipit panem et tenet elevatum.*)
accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas :
 (*Elevat oculos.*)
et elevatis óculis in caelum
ad te Deum Patrem suum omnipotentem /
tibi gratias agens benedixit :

fregit
dedítque discípuis suis, dicens.

Modice inclinatus.

Accípíte et manducáte ex hoc omnes /
hoc est enim Corpus meum : quod pro
vobís tradétur.

Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et profunde inclinatus.

Accipit utraque manu calicem dicens:
Símili modo, postquam cénátum est :
accípiens et hunc præclárum Cálicem
in sanctas ac venerábiles manus suas /
item tibi grátias agéns benedíxit :
dedítque discípuis suis, dicens.

Modice inclinatus.

Accípíte et bíbite ex eo omnes /
hic est enim calix Sanguinis mei:
novi et ætérni testamenti /
qui pro vobis et pro multis effundétur :
in remissionem peccatórum.
Hoc fácite in meam commemoratiónem.

Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac cooperit, et profunde inclinatus.

Manibus modo crucifixi extensis.

Unde et mémoires, Dómine, nos tui servi,
sed et plebs tua sancta /

eiúsdem Christi, Fílii tui, Dómini nostri,
 tam beatae Passiόνis,
 necnon et ab ínferis Resurrectiόνis,
 sed et in cælos gloriósæ "Ascensiόνis :
 offérimus præcláræ maiestáti tuæ
 de tuis donis ac datis
 hóstiam puram /
 hóstiam sanctam /
 hóstiam immaculátam /
 Panem sanctum vitæ æternæ :
 et Cálicem salútis perpétuæ.

Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere
 digneris /

et accépta habére
 sícuti accépta habére dignátus es
 múnera púeri tui iusti Abel
 et sacrificium Patriárchæ nostri Abrahæ :
 et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus
 Melchisedech,
 sanctum sacrificium, immaculatam hóstiam.

Profunde inclinatus, manibus cancellatis.

Súpplíces te rogámus, omnípotens Deus /
 iube hæc periérri per manus sancti ángeli tui
 in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ
 maiéstátis tuæ : ut quotquot ex hac altáris
 participatióne sacrosáctum Fílii tui Corpus
 et Sánguinem
 sumpsérimus,

(Erectus signat se.)

omni benedictiõne +*fr* cælésti et grátia repleámur.
(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

COMMEMORATIO PRO DEFUNCTIS.

Manibus modo crucifixi extensis.

In concelebratione, *dici potest ab uno e concelebrantibus:*

Meménto étiam, Dómine, famulórum
famularúmque tuárum N. et N., qui nos
præcessérunt cum signo fídei, et dórmiunt in
somno pacis.

Ipsis, Dómine,
et ómnibus in Christo quiescéntibus,
locum refrigerií, lucis et pacis,
ut indúlgeas, deprecámur.
(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Semel pectus dextera tangit.

In concelebratione, *dici potest ab altero e concelebrantibus:*

Nobis quoque peccatóribus, fámulis tuis,
de multítudine miseratiónum tuárum sperántibus,
partem áliquam et societátem donáre dignéris
cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus:
cum Ioanne, Stéphano,
Matthía, Bárnaba,
(Ignátio, Alexándro,
Marcellíno, Petro,
Felicítate, Perpétua,
Agatha, Lúcia,
Agnéte, Cæcília, Anastásia)

et ómnibus Sanctis tuis: intra
quorum nos consórtium, non
æstimátor mériti, sed véniaë,
quaésumus, largítor admítte.

In concelebratione, *celebratis principalis solus dicit:*

Per Christum Dóminum nostrum,
per quem hæc ómnia, Dómine,
semper bona creas, sanctíficas,
vivíficas, benedícis, et præstas
nobis.

DOXOLOGIA FINALIS PRECIS EUCHARÍSTICAE.

*Calicem discooperit et profunde inclinat. Tenens hostiam
utraq̃ manu super calicem, elevat Corpus et Sanguinem
Domini.*

In concelebratione, *omnes dicunt:*

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,
est tibi Deo Patri omnipoténti, in
unitáte Spíritus Sancti, omnis honor
et glória per ómnia sæculá
sæculórum.

Adstantes: Amen.

Reliqua ut infra, p. 487.

PREX EUCHARISTICA II

Haec Prex semper dici potest, sive cum praefatione propria, sive cum praefatione Missae convenienti. Sed in sollemnitatibus et diebus infra octavam quando fit de ea, tantum adhiberi potest cum praefatione propria Missae diei.

Sacerdos expectat donec omnes ad praefationem in silentio audiendam sint parati. Quam introducit, manus ante umeros tenens, dicendo:

T. Dóminus vobíscum.

W- Et cum spírítu tuo.

T. Sursum corda.

iy. Habémus ad Dóminum.

T. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

W- Dignum et iustum est.

V Ere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi, sancte Pater, semper et ubíque grátias ágere per Fílium dilectiónis tuæ Iesum Christum, Verbum tuum per quod cuncta fecísti, quem misísti nobis Salvatórem et Redemptórem, incarnátum de Spírítu Sancto et ex Vírgine natum. Qui voluntátem tuam adímplens et pópulum tibi sanctum acquírens, exténdit manus cum paterétur, ut mortem sólveret

et resurrectionem manifestare^ Et ideo cum Angelis et omnibus Sanctis gloriam tuam praedicamus, una voce dicentes: *Modice inclinatus, manibus iunctis.*

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt caeli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nómine Dómini.

Hosanna in excelsis.

Manus ante umeros tenens.

In concelebratione, *solus celebratis principali dicit:*

V Ere Sanctus es, Dómine,
fons omnis sanctitátis.

Manibus super oblata expansis.

In concelebratione, *omnes simul dicunt:*

Hæc ergo dona, quaesumus, Spíritus tui rore sanctífica : ut nobis Corpus ^ et Sanguis fiant (*Signat oblata et iungit manus.*) Dómini nostri Iesu Christi.

Qui cum Passióni voluntárie traderetur / (*Accipit panem et tenet elevatum.*)

accépit panem et grátias agens fregit :
dedítque discípulis suis, dicens.

Modice inclinatus.

**Accípíte et manducáte ex hoc omnes /
hoc est enim Corpus meum : quod pro
vobís tradétur.**

*Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et
profunde inclinatus.*

Accipit utraque manu calicem dicens:

Símili modo, postquam cenátum est,
accípiens et Cálicem :
íterum grátias agens
dedit discípulis suis, dicens.

Modice inclinatus.

**Accípíte et bíbite ex eo omnes /
hic est enim calix Sanguinis mei:
novi et ætérni testamenti /
qui pro vobis et pro multis effundétur :
in remissionem peccatórum,
Hoc fácite in meam commemorátionem.**

*Calicem paulo elevat, super corporale reponit, ac cooperit
et profunde inclinatus.*

Manibus modo crucifixi extensis.

Mémores ígitur mortis et resurrectionis eius / tibi,
Dómine,
panem vitæ et cálicem salutis offérimus :
grátias ágentes quia nos dignos habuísti
astáre coram te et tibi ministráre.

Et súpplíces deprecamur /

ut Córporis et Sánguini Christi partícipes : a Spírítu Sancto congregentur in unum.

COMMEMORATIO PRO VIVIS.

In concelebratione, dici potest ab uno e concelebrantibus:

Recordáre, Dómine,
Ecclésiæ tuæ toto orbe diffúsæ,
ut eam in caritáte perficias
una cum Papa nostro N.
et Epíscopo nostro N.
et univérso clero.

In ipsa die professionis perpetuae additur:

Recordáre, quoque, Dómine, istíus fratris,
qui hódie se tibi dicávit perpétuo servítio,
et concéde, ut ad te semper cor atque mentem érigat
noménque tuum gloríficet.

COMMEMORATIO PRO DEFUNCTIS.

In concelebratione, dici potest ab altero e concelebrantibus:

Meménto étiam fratrum nostrórum, qui in spe
resurrectiónis dormiérunt, omniúmque in tua
miseratióne defunctórum, et eos in lumen vultus
tui admítte.

Omnium nostrum, quaésumus, miserére, ut cum
beáta Dei Genetríce Vírgine María, beátis
Apóstolis et ómnibus Sanctis, qui tibi a saéculo
placuérunt, ætérnæ vitæ mereámur esse
consórtes, et te laudémus et glorificémus

per Fílium tuum Iesum Christum.

In Missis pro defunctis sumi potest:

Meménto fámuli tui (fámulæ tuæ) N.,
quem (quam) (hódie) ad te ex hoc mundo vocásti.
Concéde, ut, qui complantátus (quæ complantáta)
fuit similitúdini mortis Fílii tui,
simul fiat et resurrectiόνis ipsíus.

Meménto étiam fratrum nostrórum, qui in spe
resurrectiόνis dormiérunt, omniúmque in tua
miseratióne defunctórum, et eos in lumen
vultus tui admítte.

Omniium nostrum, quaésumus, miserére, ut
cum beáta Dei Genetríce Vírgine María, beátis
Apóstolis et ómnibus Sanctis, qui tibi a saéculo
placuérunt, æternæ vitæ mereámur esse
consórtes, et te laudémus et glorificémus per
Fílium tuum Iesum Christum.

DOXOLOGIA FINALIS PRECIS EUCHARISTICA E.

*Calicem discooperit et inclinat profunde. Tenens hostiam
utraqúe manu super calicem, elevat Corpus et Sanguinem
Domini. In concelebratione, omnes dicunt:*

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est
tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte
Spíritus Sancti, omnis honor et
glória per ómnia saécula sæculórum.

Adstantes: Amen.

Reliqua ut infra, p. 487.

PREX EUCHARISTIA III

Manibus modo crucifixi extensis.

In concelebratione, *solus celebrans principalis dicit:*

V Ere Sanctus es, Dómine, et mérito
te laudat omnis a te cóndita
creatúra, quia per Fílium tuum,
Dóminum nostrum Iesum Christum,
Spíritus Sancti operánte virtúte,
vivíficas et sanctíficas univérſa, et
pópulum tibi congregáre non désinis, ut
a solis ortu usque ad occásum oblátio
munda offerátur nómini tuo.

Manibus super oblata expansis.

In concelebratione, *omnes simul dicunt:*

Súpplīces ergo te, Dómine, deprecamur / ut
hæc múnera, quæ tibi sacránda detúlimus,
eódem Spírītu sanctificare dignéris : ut
Corpus & et Sanguis fiant (*Signat oblata et
manus iungit.*)

Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi, cuius
mandáto hæc mystéria célebrámus.

Ipse enim in qua nocte tradebátur
(*Accipit panem et tenet elevatum.*)

accépit panem /

et tibi grátias agéns benedíxit :

fregit, dedítque discíplis suis, dicens.

Modice inclinatus.

**Accípíte et manducáte ex hoc omnes /
hoc est ením Corpus meum : quod pro
vobís tradétur.**

*Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et
profunde inclinat.*

Accipit utraque manu calicem dicens:

Símili modo, postquam cenátum est,
accípiens Calicem / et tibi grátias agéns
benedíxit : dedítque discíplis suis,
dicens.

Modice inclinatus.

**Accípíte et bíbite ex eo omnes /
hic est enim calix Sanguinis mei:
novi et ætérni testamenti /
qui pro vobis et pro multis effundétur :
in remissionem peccatórum.
Hoc fácite in meam commemorátionem.**

*Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac
cooperit, et profunde inclinat.*

Manibus modo crucifixi extensis.

Mémores ígitur, Dómine,
eiusdem Fílii tui salutíferæ passionis /
necnon mirábilis resurrectionis
et ascensionis in caelum :

sed et praestolantes alterum eius adventum /
 offerimus tibi, gratias referentes : hoc
 sacrificium vivum et sanctum.

Profunde inclinatus, cancellatis manibus.

Réspice, quaesumus, in oblationem Ecclesiae tuae /
 et agnoscens Hostiam,
 cuius voluisti immolatione placari :
 concede, ut qui Corpore et Sanguine Filii tui
 reficimur /
 Spiritu eius Sancto replati : unum corpus et unus
 spiritus inveniámur in Christo.

Manibus modo crucifixi extensis.

In coneelebratione, dici potest ab uno e concelebrantibus:

Ipse nos tibi perficiat munus aeternum,
 ut cum electis tuis hereditatem consequi valeámus,
 in primis cum beatissima Virgine,
 Dei Genetrice, Maria,
 cum beatis Apostolis tuis et gloriosis Martyribus,
 (cum Sancto N.) (Sancto diei vel patrono.)
 et omnibus Sanctis,
 quorum intercessione
 perpetuo apud te confidimus adiuvári.

COMMÉMORATIO PRO VIVIS.

In coneelebratione, dici potest ab altero e concelebrantibus:

Haec Hostia nostrae reconciliati6nis
 proficiat, quaesumus, Domine,
 ad totius mundi pacem atque salutem.

9

Ecclésiã tuã, peregrinãntem in terra,
in fide et caritatẽ firmãre digneris
cum famulo tuo Papa nostro N.
et Episcopo nostro N.,
cum episcopali ordine et universo clero
et omni populo acquisitionis tuæ.

In ipsa die professionis perpetuæ additur:

Confortãre quoque in sancto proposito digneris
hunc famulum tuum,
qui hodie sacris religionis vinculis
perpetuo tibi se devinxit,
et fac, ut in Ecclésiã tua
novam et æternam vitam manifestet
Christi redemptione comparatã.

Votis huius familiæ,
quam tibi astãre voluisti,
adesto propitius.
Omnes filios tuos ubique dispersos
tibi, clemens Pater, miseratus coniunge.

COMMEMORATIO PRO DEFUNCTIS.

Fratres nostros defunctos
et omnes qui, tibi placentes,
ex hoc saeculo transierunt,
in regnum tuum benignus admitte,
ubi fore speramus,
ut simul gloria tua perenniter satiemur,
per Christum Dominum nostrum,
per quem mundo bona cuncta largiris.

In Missis pro defunctis sumi potest:

Meménto fámuli tui (fámulæ tuæ) N.
quem (quam) (hódie) ad te ex hoc mundo vocásti.
Concéde, ut, qui (quæ) complantátus (complantáta)
fuit similitúdini mortis Filii tui,
simul fiat et resurrectiόνis ipsíus,
quando mórtuos suscitábit in carne de terra
et corpus humilitátis nostræ
configurábit córpori claritátis suæ.

Sed et fratres nostros defúctos,
et omnes qui, tibi placéntes,
ex hoc saéculo transiérunt,
in regnum tuum benígnus admítte,
ubi fore sperámus,
ut simul glória tua perénniter satiémur,
quando omnem lácrimam abstérge
ab óculis nostris,
quia te, sícuti es, Deum nostrum vidéntes,
tibi símiles érimus cuncta per saécula,
et te sine fine laudábimus,
per Christum Dóminum nostrum,
per quem mundo bona cuncta largíris.

DOXOLOGIA FINALIS PRECIS EUCHARISTICAE.

*Calicem discooperit et inclinat profunde. Tenens hostiam
utraque manu super calicem, elevat Corpus et Sanguinem
Domini. In concelebratione, omnes dicunt:*

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,
est tibi Deo Patri omnipoténti, in
unitáte Spíritus Sancti, omnis
honor et glória per ómnia saécula
sæculórum.

Etc., ut infra, p. 487.

PREX EUCHARISTICA IV

Haec Prex dici potest in omni Missa praeterquam in sollemnitatibus et infra octavam quando fit de ea.

Sacerdos exspectat donec omnes ad praefationem in silentio audiendam sint parati. Quam introducit, manus ante umeros tenens, dicendo:

y. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

y. Sursum corda.

IV. Habémus ad Dóminum.

y. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum est tibi grátias ágere, vere iustum est te glorificáre, Pater sancte, quia unus es Deus vivus et verus, qui es ante saecula et pérmanes in aetérnum, inaccessibleem lucem inhábítans; sed et qui unus bonus atque fons vitæ cuncta fecísti, ut creatúras tuas benedictiónibus adimpléres multásque lætificáres tui lúminis claritáte. Et ídeo coram te innúmeræ astant turbæ angelórum, qui die ac nocte sérvíunt tibi et, vultus tui glóriam contemplántes, te incessánte glorífícant. Cum quibus et nos et, per nostram vocem,

omnis quæ sub cælo est creatúra nomen
tuum in exsultatióne confitémur, canétes:

Modice inclinatus, manibus iunctis.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt caeli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit
in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

Manibus modo crucifixi extensis.

In concelebratione, *solus celebratis principalis dicit:*

Onfitémur tibi, Pater sancte, quia
magnus es et ómnia ópera tua
in sapiéntia et caritáte fecísti.

Hóminem ad tuam imáginem condidísti,
eíque commisísti mundi curam univérsi,
ut, tibi soli Creatóri sérvians,
creatúris ómnibus imperáret.

Et cum amicítiam tuam,
non oboédiens, amisísset,
non eum dereliquísti in mortis império.
Omnibus enim misericórditer subvenísti,
ut te quæréntes invenírent.
Sed et foédera plúries homínibus obtulisti
eósque per prophétas erudísti
in exspectatióne salútis.
Et sic, Pater sancte, mundum dilexísti,
ut, compléta plenitúdine témporum,

Unigénitum tuum nobis mitteres Salvatórem.

Qui, incarnátus de Spíritu Sancto
et natus ex María Vírgine,
in nostra condiciónis forma est conversátus
per ómnia absque peccáto;
salútem evangelizávit paupéribus,
redemptiónem captívis,
mæstis corde lætítiam.

Ut tuam vero dispensatiónem impléret,
in mortem trádidit semetípsum
ac, resúrgens a mórtuis,
mortem destrúxit vitámque renovávit.
Et, ut non ámplius nobismetípsis viverémus,
sed sibi qui pro nobis mórtuus est
atque surréxit,
a te, Pater, misit Spíritum Sanctum
primítias credéntibus,
qui, opus suum in mundo perfíciens,
omnem sanctificatiónem compléret.

Manibus super oblata expansis.

In concelebratione, omnes simul dicunt:

Quaésumus ígitur, Domine /
ut idem Spíritus Sanctus hæc múnera
sanctificare dignétur :
(*Signat oblata et manus iungit, dicens:*)
ut Corpus & et Sanguis fiant Dómini nostri Iesu
Christi / ad hoc
magnum mystérium celebrándum :

quod ipse nobis reliquit in foedus aeternum.

Ipse enim cum hora venisset ut glorificaretur a te, Pater sancte / ac dilexisset suos qui erant in mundo : in finem dilexit eos.

*Panem accipit et elevatum tenet,
Et cenantibus illis accipit panem /
benedixit ac fregit :
deditque discipulis suis, dicens.*

Modice inclinatus.

**Accipite et manducate ex hoc omnes /
hoc est enim Corpus meum : quod pro
vobis tradetur.**

*Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et
profunde inclinatus.*

*Accipit utraque manu calicem dicens:
Simili modo accipiens calicem ex
genimine vitis repletum / gratias
egit : deditque discipulis suis,
dicens.*

Modice inclinatus.

**Accipite et bibite ex eo omnes /
hic est enim calix Sanguinis mei :
novi et aeterni testamenti /
qui pro vobis et pro multis effundetur :
in remissionem peccatorum.
Hoc facite in meam commemorationem.**

et Episcopórum órdis univérsi, sed
et totíus cleri,

In ipsa die professionis perpetuae addi potest:

et istíus fratris,
qui professióne perpétua hódie tibi árctius consecrátur,

et offeréntium, et circumstántium,
et cuncti pópuli tui,
et ómnium, qui te quærunt corde sincéro.

COMMEMORATIO PRO DEFUNCTIS.

In concelebratione, dici potest ab altero e concelebrantibus:

Meménto étiam illórum, qui
obierunt in pace Christi tui, et
ómnium defunctórum, quorum
fidem tu solus cognovísti.

Nobis ómnibus, filiis tuis, clemens Pater,
concéde, ut cæléstem hereditátem
cónsequi valeámus, cum beáta Vírgine,
Dei Genetríce, María,
cum Apóstolis et Sanctis tuis
in regno tuo, ubi cum univérsa creatúra,
a corruptióne peccáti et mortis liberáta,
te glorificémus per Christum Dóminum nostrum,
per quem mundo bona cuncta largíris.

DOXOLOGIA FINALIS PRECIS EUCHARISTICAE.

Calicem discooperit et profunde inclinat. Tenens hostiam utraque manu super calicem, elevat Corpus et Sanguinem Domini.

In concelebratione, omnes dicunt:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,
est tibi Deo Patri omnipotenti, in
unitate Spiritus Sancti, omnis
honor et gloria per omnia saecula
saeculorum.

Adstantes: Amen.

Calice et hostia depositis, calicem cooperit et profunde inclinat.

RITUS COMMUNIONIS

ORATIO DOMINICA.

Manibus iunctis.

In concelebratione, solus celebrans principalis dicit:

Præceptis salutariibus mōniti,
et divīna institutiōne formāti,
audemus dīcere:

*Manibus modo crucifixi extensis. In
concelebratione, omnes dicunt:*

Pater noster, qui es in caelis:
sanctificetur nomen tuum;
advēniat regnum tuum;
fiat volūntas tua, sicut in caelo, et in terra.
Panem nostrum cotidiānum da nobis hōdie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitōribus nostris;

et ne nos indúcas in tentatiónem;
sed líbera nos a malo.

*Sacerdos manibus extensis modo crucifixi prosequitur secreto: In
concelebratione, solus celebratis principalis dicit alta voce:*

Libera nos, quaesumus, Dómine, ab ómnibus malis,
da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope
misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper
líberi et ab omni perturbatióne secúri: exspectántes
beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.

PAX.

Dómine Iesu Christe, da nobis illam, quam mundus dare
non potest pacem.

*Versus ad adstantes, et manus extendens ac iungens dicit: V/-
Pax Dómini sit semper vobíscum. R/- Et cum spíritu
tuo.*

Et in Missa conventuali, pacem communicat diacono.

FRACTIO.

*Calicem discooperit, profunde inclinat, et panem eucharisticum
frangit ac particulam demittit in calicem dum dicitur:*

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona nobis pacem.

COMMUNIO.

*Profunde inclinatus sacerdos quiescit aliquantulum in meditatio-
ne, vel dicit aliquam ex sequentibus orationibus:*

Omne Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris,
cooperánte Spíritu Sancto, per piíssimam mortem tuam
univérsum mundum vivificásti: líbera me per hoc
sacrosánctum Corpus, et Sánguinem tuum, a cunctis
iniquitátibus et peccátis, et a cogitatióibus per-

vérsis: líbera me ab ómnibus malis prætéritis, præsentibus, et futúris: et fac me tuis semper obœdíre mandátis, et a te numquam separári permíttas, Salvátor mundi: Qui eum Patre in unitáte Spíritus Sancti vivis et regnas, Deus, per ómnia sæculá sæculórum. Amen.

Y) Ercéptio Córporis et Sánguini tui, Dómine Iesu
 A Chríste, non mihi provéniat in iudícium et
 condemnationem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad
 tutamén-tum mentis et córporis, et ad medélam
 percipiéndam.

Omnibus dispositis, stans modice inclinatus, sumit socrum Corpus Christi, patena mento supposita.

Dein calicem tenens manu dextera, eique purificatorium vel patenam sinistra supponens, Sanguinem Domini sumit.

Communicaturo tradens Panem vitae, dicit:

Corpus Christi, ty. Amen. Calicem

ministrans dicit: Sanguis Christi. R/.

Amen.

Postea silentium per aliquod tempus servatur.

Sumpta prima ablutione, et purificato corporali, si opportunum videtur, et patena, ad cornu altaris secundam ablutionem accipit. Ablutiones vino sive aqua facere potest; in secunda vino usus, digitos lavat. Sumpta ablutione, corporale plicat et patenam calici superponit.

In Missa lecta, Antiphonam Communionis dicit.

POST COMMUNIONEM.

Sacerdos manus iungens dicit: Orémus.

Paulisper inclinatus orat in silentio. Deinde erigens se orationem dicit, quae concluditur ut Collecta: vide supra, p. 440.

ín Missa lecta, si consecutive alia Missa dicetur, et in conventu si aliud Officium in ecclesia sequetur, Missa absolvitur cum Amen ad Post Communionem, quae tunc concluditur conclusione brevi, ut supra ad Orationem Super Oblata, p. 443.

Aliter, versus ad adstantes sacerdos dicit:

Dóminus vobíscum. R/. Et cum spírítu tuo.

In Missa conventuali, diaconus, in Missa vero lecta ipse sacerdos addit:

Benedicámus Dómino. R/. Deo grátias.

Tempore vero Paschali dicitur: Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia. R/. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Versus ad altare, profunde inclinat us, sacerdos dicit secreto:

P Láceat tibi, sancta Trínitas unus Deus, obséquium servitútis meæ: et præsta ut hoc sacrificium laudis, quod indígnus in conspéctu divínæ maiestátis tuæ obtuli, tibi sit placens: mihíque et ómnibus, pro quibus obtuli, sit te miseránte propitiábile in vitam ætérrnam.
Amen.

Osculatur altare, et signum crucis cum adstantibus facit.

PROPRIUM SANCTORUM

IANUARIUS

Die 1 ianuarii

SANCTA DEI GENETRIX MARIA

Sollemnitas

Vide supra, p. 52.

Die 2 ianuarii

**SS. BASILIUS MAGNUS,
GREGORIUS NAZIANZENUS
ET GREGORIUS NYSSENUS,
DOCTORES ET PASTORES**

12 lectio num

INTROITUS.

Sap 18,14-15a

DUm médium siléntium tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter habéret: omnípotens sermo tuus, Dómine, de cælis a regalibus sédibus venit. Ps 92,lab: Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se. Glória Patri. Dum médium siléntium.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui Ecclésiám tuam Sanctórum tuórum exémpis et doctínis dignátus es illustráre : concéde,

quaesumus, ut tuam discamus in humilitate veritatem /
et eam in caritate fideliter operemur : Per Dominum.

LECTIO.

I Cor 2, 10b-16

Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

Lectio Epistolae primae beati Pauli apostoli
ad Corinthios.

FRatres: Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim scit hominum quae sint hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et quae Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum mundi accepimus sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis; quae et loquimur non in doctis humanae sapientiae sed in doctis Spiritus verbis, spiritualibus spiritualia comparantes.

Animalis autem homo non percipit quae sunt Spiritus Dei, stultitia enim sunt illi, et non potest intelligere quia spiritualiter examinantur; spiritualis autem iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

RESPONSORIUM.

Ps 117,26a.27a.23

Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, et illuxit nobis.

V/. A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris.

ALLELUIA.

Sap 7,26

Alleluia. V/. Candor est lucis aeternae, speculum sine macula, et imago bonitatis illius. Alleluia.

EVANGELIUM.

Mt 5,13-19

Vos estis lux mundi.

& Lécctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípu-
lis suis: “Vos estis sal terræ; quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra nisi ut mittátur foras et conculcétur ab homínibus.

Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscóndi supra montem pósita; neque accéndunt lucérnam et ponunt eam sub módio sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant vestra bona ópera et gloríficent Patrem vestrum qui in caelis est.

Nolíte putáre quóniam veni sólvete Legem aut Prophétas: non veni sólvete sed adimplére. Amen quippe dico vobis: Donec tránseat caelum et terra, iota unum aut unus apex non præteríbit a Lege donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in Regno cælórum; qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur in Regno cælórum”.

SUPER OBLATA.

ILia nos, quaésumus, Dómine, divína tractántes,
Spíritus Sanctus fidei luce perfúndat / qua beátos
Pontífices tuos ad glóriæ tuæ propagatió-
nem iúgiter collustrávit : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Sap 16,20b

Panem de caelo dedísti nobis, Dómine, habéntem
omne delectaméntum et omnem sapórem suavitátis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

SAcraménta quæ sumpsimus, Dómine Deus noster, in nobis f óveant caritátis ardorem / quo beáti Pastóres tui veheménter accénsi pro Ecclésia tua se iúgitér impendébant : Per Dóminum.

Die 3 ianuarii

B. AYRALDUS, MONACHUS PASTOR 3

lectio num

Missa A de Monachis, p. 794, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum Ayráldum Pontíficem ad vitam monásticam vocáre / ac in eo nobis caritátis tuæ exémpulum tribúere dignatus es : praesta, quaésumus, ut mundi illécebras contemntes / ad cæléstia regna perveníre valeámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

D^VA nobis, Dómine : perféctæ caritátis sacrificium, exémplo beáti Ayráldi, cum altáris oblatióne ita coniungere / ut misericórdiam mereámur sempitérnam : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Ef ectióne sacra enutrítos fac nos omnípotens Deus / intercedénte beáto Ayráldo, in tua devotíone gaudére : quia perpétua est et plena felícitas / si bonórum ómnium serviamus auctóri: Per Dóminum.

Die 4 ianuarii
SS. NOMEN IESU

12 lectio num

INTROITUS.

Phil 2,10.8b. 11b

T N Nómine Iesu omne genu flectátur cæléstium, terré-
JLstrium, et infernórum: quia Dóminus factus oboédiens
usque ad mortem, mortem autem crucis; ídeo Dóminus
Iesus Christus in glória est Dei Patris.

Ps 101,2: Dómine, exáudi oratiónem meam: et clamor
meus ad te véniat.

Glória Patri.

In Nómine Iesu.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus,

Sanctíssimum Iesu Nomen venerántibus, nobis,
Dómine, concede propítius : ut, eius in hac vita
dulcédine perfruentes / sempitérno gáudio in pátria
repleá-mur : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 4,8-12

Non est in alio aliquo salus.

Léctio Actuum Apostolórum.

IN diébus illis: Replétus Spíritu Sancto Petrus dixit:
L“Príncipes pópuli et senióres, si nos hódie diiudicámur
in benefácto hómínis infírmi, in quo iste salvus factus
est, notum sit ómnibus vobis et omni plebi Israel quia
in Nómine Iesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis,
quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste astat coram
vobis sanus.

Hic est lapis qui reprobátus est a vobis ædificatóribus, qui factus est in caput ánguli. Et non est in álio áliquo salus, nec enim nomen áliud est sub caelo datum in homínibus in quo opórtet nos salvos fieri”.

RESPONSORIUM.

Ps 91,2-3

Bonum est confitéri Dómino, et psállere Nómni tuo, Altíssime.

V/. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

ALLELUIA.

Ps 112,1

Allelúia. V/. Laudáte, púeri, Dóminum, laudáte Nomen Dómini. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS.

In Quadragesima:
Omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

Tempore Paschali:
Omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 112,1

Allelúia. V/. Laudáte, púeri, Dóminum, laudáte Nomen Dómini.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 1,20b-23

Vocabis nomen eius Iesum.

*& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Angelus Dómini in somnis appáruit Ioseph dicens: “Ioseph fili David, noli timére accípere Mariám cóniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem filium, et vocábis nomen eius Iesum: ipse enim salvum fáciat pópulum suum a peccátis eórum”.

Hoc autem totum factum est ut adimplerétur id quod dictum est a Dómino per Prophétam dicéntem: “Ecce virgo in útero habébit et páriet filium, et vocábunt nomen eius Emmánuel”, quod est interpretátum Nobíscum Deus.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

^A *í* ¹ *l*bi, Pater, devótis méntibus panem offérimus tuam JL bonitátem humíliter deprecántes : ut in Nómine Iesu delectantes / salutárem nostri propósi consequamur efféctum : Qui vivit.

Praefatio de Nativitate.

COMMUNIO.

Ps 12,6c

Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, et psallam Nómni Dómini altíssimi.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

TUa nobis, quaésumus, Dómine, miseratione concéde : ut in his sacris mystériis Dóminum Iesum dignis obséquiis venerentur / in cuius Nómine voluísti omnes hómnes inveníre salutem : Per Dóminum.

Die 6 ianuarii
EPIPHANIA DOMINI
Sollemnitas

Vide supra, p. 58.

Die 10 ianuarii
S. PAULUS EREMITA, MONACHUS
3 lectionum

Missa B de Monachis, p. 797, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum Paulum in solitúdinem duxísti,
Deius nobis intercessione concéde : ut illuc omnis
nostra dirigátur inténtio / ubi glóriæ tuæ manet
indeficiéns plenitúdo : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Offeréntibus hæc múnera, da nobis, quaesumus,
Dómine : inter mundi varietátes toto corde
cæléstibus adhærere / ac stabíliter Cruci confixos, ad
lucem ætéram pervenire : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Corpore et Ságuine Unigéniti tui nutríti, quaesumus,
Dómine : ut dum vénerit pulsans, oratióibus nos
exémplo beáti Pauli vigilantes / et in suis invéniat
láudibus exsultántes : Per Dóminum.

Die 13 ianuarii
BAPTISMA DOMINI
12 lectio nu m

Vide supra, p. 64.

Die 14 ianuarii
B. ODO, MONACHUS
3 lectionum

Missa F de Monachis, p. 812.

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, Domine / beáti Odónis festivitátem
coléntibus spiritáli mente glóriam tuam contuéri: ut
qui fide perseverámus in via / visióne tua
resplendeámus in pátria : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, hęc munera / et ad te corda nostra
convérte : ut unum necessárium semper quæréntes
/ tuo cúltoi præstes esse dicátos : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui in huius celebratióne sacrificii, vitæ
nostræ culmén statuísti : præsta ut hoc
spirituális Exodi manna nutríti / per Fílium tuum ad
té revertámur : Qui tecum vivit.

Die 17 ianuarii

S. ANTONIUS ABBAS, MONACHUS

12 lectio num

INTROITUS.

Cf. Gen 28,17

'T¹ Erríbilis est locus iste; hic domus Dei est et porta
X caeli, et vocábitur aula Dei.

Ps 135,16: Dóminus tradúxit pópulum suum per
desértum: quóniam in ætérnum misericórdia eius. Glória
Patri. Terríbilis est locus iste.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beáto António abbáti tribuísti mira tibi in
desérto conversatione servíre : eius nobis interven-
tíone concede / ut, abnegántes nosmetípsos, te super
ómnia diligámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 6,10-18 (LE: 10-13.18)

Est nobis colluctatio contra spiritalia nequitiæ.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

T[^]Rates: Confortámini in Dómino et in poténtia vir-*JL*
tútis eius, indúite armatúram Dei ut possítis stare
advérsus insídias diáboli; quia non est nobis colluctátio
advérsus sánguinem et carnem sed advérsus Principátus,
advérsus Potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum
harum, contra spirítalia nequitiæ in cæléstibus.

Proptérea accípíte armatúram Dei, ut possítis resístere
in die malo et, ómnibus perféctis, stare.

State ergo succíncti lumbos vestros in veritáte et indú-

ti lorícãã iustítiaẽ, et calceãti pedes in præparatiõne Evangélii pacis, in õmnibus suméntes scutum fidei, in quo possítis õmnia tela Malígni ígnea exstínguerẽ; et gáleãã salutis assúmíte, et gládium Spíritus, quod est verbum Dei,

Per omnem oratiõnem et obsecratiõnem orántes omni témpore in Spíritu, et in ipso vigilántes in omni instántia et obsecratiõne pro õmnibus sanctis.

RESPONSORIUM.

Ps 112,5-7

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, et humília réspicit in caelo et in terra.

y. Súscitans a terra ínopem, et de stércore érigens páuperem.

ALLELUIA.

Ps58,17a

Allelúia. V/. Ego autem cantábo fortitúdinem tuam, et exaltábo mane misericórdiam tuam. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 19,16-21

Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

T N illo témpore: Ecce unus accédens ait ad Iesum: X “Magíster, quid boni fáciam ut hábeam vitam ætérnam?”

Qui dixit ei: “Quid me intérogas de bono? Unus est bonus. Si autem vis ad vitam íngredi, serva mandáta”.

Dicit illi: “Quæ?”

Iesus autem dixit: “Non homicídium fácies, non adulterábis, non fácies furtum, non falsum testimónium dices, honóra patrem et matrem, et díliges próximum tuum sicut te ipsum”.

Dicit illi aduléscens: “Omnia hæc custodívi: quid adhuc mihi deest?”

Ait illi Iesus: “Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo et veni, sequere me”.

SUPER OBLATA.

A Ccepta tibi sint, Dómine, quaesumus, múnera nostræ servitútis, pro beáti Antónii commemoratióne altári tuo propósita : et concéde, ut, a terrénis impediméntis absolúti / te solo dívites efficiámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Bar 5,5a; 4,36b

Ierusalem, surge, et sta in excélsis: et vide iucunditátem quæ véniet tibi a Deo tuo.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sacraméntis tuis, Dómine, salúbriter enutrítos cunctas fac nos semper insídias inimíci superare / qui beáto António dedísti contra potestátes tenebrárum claras referre victórias : Per Dóminum.

Die 21 ianuarii

S. AGNES, VIRGO MARTYR

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 118,95-96

ME expectavérunt peccatóres ut pérderent me: testimónia tua, Dómine, intelléxi; omnis consummationis vidi finem: latum mandátum tuum nimis.

Ps 118,1: Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri. Me expectavérunt.

*Kýrie, eléison.
Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis ut fórtia quaeque confundas / concede propítius : ut, qui beatae Agnétis mártiris tuæ nataKcia celebrámus / eius in fide constántiám subsequámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Cani 8,5-7

Fortis est ut mors dilectio.

Léctio Cántici canticórum.

QUae est ista, quæ ascéndit de desérto
inníxa super diléctum suum? Sub
árbore malo suscitávi te; ibi parturívit te
mater tua,
ibi parturívit te génetrix tua. Pone me
ut signáculum super cor tuum,
ut signáculum super bráccium tuum,
quia fortis est ut mors diléctio,
dura sicut inférnus æmulátio,
lámpades eius lámpades ignis
atque flammae divínæ. Aquæ multæ non
potuérunt exstínguere caritátem,
nec flúmina óbruent illam;
si déderit homo
omnem substántiam domus suæ pro dilectióne,
quasi nihil despícient eam.

RESPONSORIUM.

Ps 45,6b.6a.5

Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius,
non commovébitur.

V/. Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei:
sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia. V/. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 13,44-46

Una pretiosa margarita.

<& Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus turbis: “Símile est Regnum cælórum thesáuro abscóndito in agro, quem qui invénit homo abscóndit, et præ gáudio illíus vadit et vendit univérsa quæ habet et emit agrum illum.

Iterum símile est Regnum cælórum hómīni negotiatóri quærénti bonas margarítas. Invénta autem una pretiósa margaríta, ábiit et véndidit ómnia quæ hábuit et emit eam”.

SUPER OBLATA.

AGnum immaculátum tibi offérimus, Dómine : in natáli beátæ Agnétis, sponsæ Fílii tui, quæ cláruit apud te flore virginitatis / et frúctibus abundávit caritátis : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Mt 13,45-46

Símile est Regnum cælórum hómīni negotiatóri quærénti bonas margarítas; invénta una pretiósa margaríta, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Populus tuus, quaésumus, Dómine, cælésti pane reféctus, beátæ vírginis tuæ Agnétis commemoratione lætétur : quæ virginitáti æténi Regis est sociata / cuius glóriæ moriéndō occúrrit : Per Dóminum.

Die 22 ianuarii
S. VINCENTIUS, MARTYR
12 lectio num

INTROITUS.

Ps 63,11

Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit in eo, et
laudabúntur omnes recti corde.

Ps 63,2: Exáudi, Deus, oratiónem meam cum déprecor:
a timóre inimíci éripe ánimam meam. Glória Patri.
Lætábitur iustus in Dómino.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, tuum in nobis
Spíritum clementer infúnde : ut corda nostra ea
dilectióne válda potiántur / per quam sanctus martyr
Vincén-tius ómnia córporis torménta devícit : Per
Dóminum.

LECTIO.

Sap 3,1-9

Deus quasi holocausti hostiam accepit illos.

Léctio libri Sapiéntiæ.

TUstórum ánimæ in manu Dei sunt,
JL et non tanget illos torméntum mortis.
Visi sunt óculis insipiéntium mori,
et æstimáta est afflíctio éxitus illórum,
et, quod a nobis est iter, extermínium;
illi autem sunt in pace. Etenim, si coram
homínibus torménta passi sunt,
spes illórum immortalitáte plena est: et in paucis
corrépti, in multis bene disponéntur,
quóniam Deus tentávit eos et invénit illos dignos se.

Tamquam aurum in fornáce probávit illos
 et quasi holocáusti hóstiam accépit illos,
 et in témpore visitatiónis illórum fulgébunt
 et tamquam scintíllæ in arundinéto discúrrunt;
 iudicábunt natiónes et dominabúntur pópulis,
 et regnábit Dóminus illórum in perpétuum.
 Qui confídunt in illo, intéllegent veritátem,
 et fidéles in dilectiÓne acquiéscent illi,
 quóniam grátia et misericórdia est sanctis eius
 et visitatio eléctis eius.

RESPONSORIUM.

Ps 20,4b. 3

Posuísti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretiÓso.

V/. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei, et voluntáte labiÓrum eius non fraudásti eum.

ALLELUIA.

Ps 111,1

Allelúia. V/. Beátus vir qui timet Dóminum; in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 10,28-33

Confitebor et ego eum coram Patre meo.

<fr Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaeum.

N illo témpore: Dixit Iesus Apóstolis suis:

“Nolíte timére eos qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occídere; sed pótius eum timéte qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehénna.

Nonne duo pásseres asse véneunt? Et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. Vestri autem et capílli cápitis omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére; multis passéribus meliÓres estis vos.

Omnis ergo qui confitébitur me coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo qui est in caelis;

qui autem negáverit me coram homínibus, negábo et ego eum coram Patre meo qui est in caelis”.

SUPER OBLATA.

OBláta múnera, quaésumus, Dómine, tua benedictione sanctífica : quæ, te donánte, nos illa flamma tuæ dilectiónis accendat / per quam sanctus Vincéntius torménta sui córporis universa devícit : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 16,24b

Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

BEáti mártiris Vincéntii cæléstem victóriam divíno convívio celebrántes, te, Domine, póscimus : ut panem vitæ edéntes hic víncere / et, víncétes, de ligno vitæ in paradíso vesci'mereámur : Per Dóminum.

Die 24 ianuarii

S. FRANCISCUS DE SALES, DOCTOR PASTOR

3 lectio num

Missa D de Doctoribus, p. 787.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui ad animárum salútem beátum Francíscum Episcopum, ómnibus ómnia factum esse voluísti / concede propítius : ut caritátis tuæ dulcédine perfusi / eius dirécti mónitis, æténa gáudia consequámur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Er hanc salutárem hóstiám quam offérimus tibi,
 Dómine : cor nostrum divíno illo Sancti Spíritus
 igne succende / quo mitíssimum beáti Francísci ánimus
 mirabiliter inflammásti : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Cóncéde, quaésumus, omnipotens Deus : ut, per
 sacraménta quæ súmpsimus, beáti Francísci caritátem
 et mansuetúdinem imitántes in terris / glóriam quoque
 consequamur in caelis : Per Dóminum.

Die 25 ianuarii

CONVERSIO S. PAULI APOSTOLI

12 lectionum

INTROITUS.

2 Tim 1,12b

Scio cui crédidi, et certus sum quia potens est
 depósitum meum serváre in illum diem. Ps 138,1-2a:
 Dómine, probásti me et cognovísti me: tu cognovísti
 sessiónem meam, et resurrectiόνem meam. Glória Patri.
 Scio cui crédidi.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui univérsum mundum beáti Pauli apóstoli
 prædicatióne docuísti : da nobis, quaésumus, ut cuius
 conversiónem hódie celebramus / per eius ad te exémpla
 gradiéntes, tuæ simus mundo testes veritátis : Per
 Dóminum.

LECTIO.

Gai 1,1.11-24

*Deus me segregavit de utero matris meae.***Inítium Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas.**

PAulus apóstolus, non ab homínibus neque per hóminem, sed per Iesum Christum et Deum Patrem qui suscitávit eum a mórtuis, notum vobis fácio, fratres, Evángélium quod evangelizátum est a me quia non est secúndum hóminem; neque enim ego ab hómine accépi illud, neque dídici, sed per revelatióem Iesu Christi. Audístis enim conversatióem meam aliquándo in Iudaismo, quóniam supra modum persecuébar Ecclésiám Dei et expugnábam illam, et proficiébam in Iudaismo supra multos coætáneos in génere meo, abundantius æmulátor exsístens paternárum meárum traditiónum.

Cum autem plácuít Deo qui me segregávit de útero matris meæ et vocávit per grátiam suam, ut reveláret Fílium suum in me ut evangelizárem illum in géntibus, contínuo non cóntuli cum carne et ságuine, neque ascénderé Hierosólymam ad antecessóres meos Apóstolos, sed ábii in Arábiam, et íterum revérsus sum Damáscum.

Deínde post annos tres ascénderé Hierosólymam vidére Cephám, et mansi apud eum diébus quíndecim; álium autem Apostolórum non vidi, nisi Iacobum fratrem Dómini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non méntior.

Deínde veni in partes Síriæ et Cilíciæ. Eram autem ignótus fácie Ecclésiis Iudææ quæ sunt in Christo, tantum autem audítum habébant: “Qui persecuébatur nos aliquándo, nunc evangelizat fidem quam aliquándo expugnábat”, et in me glorificábant Deum.

RESPONSORIUM.

Cf. Gai 2,8-9a; 1 Cor 15,10b.d

Qui operátus est Petro in Apostolátum, operátus est et mihi inter gentes; et cognovérunt grátiam Dei quæ

data est mihi.

y. Grátia Dei in me vácuá non fuit, sed grátia eius semper in me manet.

ALLELUIA.

Ps 138,17

Allelúia, y. Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 16,15-20

Praedicate Evangelium omni creaturae.

<& **Conclúsió sancti Evangélii secúndum Marcum.**

T N illo témpore: Appárens Iesus Undecim dixit eis: JL “Eúntes in mundum univérsum prædicáte Evangélium omni creaturae. Qui credíderit et baptizátus fúerit, salvus erit, qui vero non credíderit, condemnábitur.

Signa autem eos qui credíderint hæc sequéntur: in Nómine meo dæmónia eícient, linguis loquéntur novis, serpéntes tollent, et si mortíferum quid bíberint non eos nocébit, super ægrótos manus impónent, et bene habébunt”.

Et Dóminus quidem Iesus postquam locútus est eis, assúptus est in cælum et sedit a dextris Dei.

Hii autem profécti prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte et sermónem confirmánte, sequéntibus signis.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

ILlo nos, quaésumus, Dómine, divína tractántes, fidei lúmine Spíritus perfúndat / quo beátum Paulum apóstolum ad glóriæ tuæ propagatiónem iúgiter collustrá-vit : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Mt 19,28b.27b.28c.29b

Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis et vitam aeternam possidebitis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sacramenta quae sumpsimus, Domine Deus noster : in nobis foveant caritatis ardorem / quo beatus Paulus vehementer accensus, sollicitudinem ecclesiarum omnium pertulit : Per Dominum.

Die 26 ianuarii

SS. TIMOTHEUS ET TITUS, PASTORES

Memoria

Missa A de Pastoribus, p. 815.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui beatos Timotheum et Titum apostolicis virtutibus decorasti : utriusque intercessione concede / ut, iuste et pie viventes in hoc saeculo, ad caelestem mereamur patriam pervenire : Per Dominum.

SUPER OBLATA.

Praetende munera, quaesumus, Domine, altaribus tuis pro beatorum tuorum Timothei et Titi commemoratione proposita : ut, sicut per haec beata mysteria illis gloriam contulisti / ita nobis indulgentiam largiaris : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Mensa caelestis, omnipotens Deus, in omnibus festivitatibus beatorum Timothei et Titi celebrantibus supernas vires firmet et augeat : ut et fidei donum

íntegrum custodiamus / et per osténsum salútis trámitem
ambulémus : Per Dóminum.

Die 28 ianuarii

S. THOMAS DE AQUINO, DOCTOR PASTOR

3 lectio num

Missa E de Doctoribus, p. 791.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui Ecclésiám tuam beáti Thomae doctóris tui
mira eruditióné claríficas, et sancta operatióne fe-
cundas / da nobis, quaesumus : et quæ dócuit intelléctu
conspícere / et quæ egit imitatione complére : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

O Blatió nibus nostris, Dómine, benígne suscéptis : da,
quaesumus, ut munus tuæ miseratiónis exspectánte
/ ad intellegéndum Christi proficiámus mystérium, et
efféctus eius digna conversatione sequámur : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Ælésti pane satiáti, quaesumus, Dómine : ut Verbo tuo
intérius nos páscere dignéris / cuius investigábiles
divítias beátus Thomas nuntiávit : Per Dóminum.

Die 31 ianuarii

S. IOANNES BOSCO, PASTOR

Memoria

Missa B de Pastoribus, p. 818, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

.Eus, qui adulescéntium patrem et magístrum beátum Ioannem presbýterum excitásti: concéde, quaésumus, ut, eódem caritátis igne succensi / ánimas quaerere tibíque soli servíre valeámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

ACcépta tibi sit, quaésumus, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro tuórum commemoratione sanctórum : et praesta ut ex huius participatióne mysterii / exémpla tuæ caritátis referámus : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

TRíbuat nobis, omnípotens Deus, reféctio sancta subsidium : ut, exémpla Sanctórum tuorum / et fraternitátis caritátem et lumen veritátis in corde exhibeamus et ópere : Per Dóminum.

FEBRUARIUS

Die 2 februarii

PRAESENTATIO DOMINI

Sollemnitas

BENEDICTIO CEREORUM.

In principio Missae omnes lampades extinguuntur. Lateralis accensa ponitur iuxta cathedram. Celebrans post Introitum, stans ad cathedram, benedictionem cantat tono lectionum, manu dextera extensa super cereos.

ORATIO.

Oremus /

DEus ineffábilis poténtiæ, cuius Unigénitus cum nostra humanitáte hodiérna die in templo est a Matre præsentatus / bene <fc dícere dignáre hos céreos in honórem tui nóminis consecrándos : et concéde per intercessiónem semper Vírginis Mariæ / ut quicúmque hæc luminária pro honóre Fílii tui Dómini nostri mánibus gestaverint, temporáli potiántiir sospitáte : atque ubicúmque istórum flamma fúerit accénsa, immundórum repéllat spirítuum falsitatem / sicque mereántur pérfrui temporáli lætítia, quátenus óbviám sponso pergéntes, lampadárum lúmíne splendéntes, ad núptias váleant intráre cum íllo gaudéntes : Per Christum Dominum nostrum. R/. "Amen.

Deinde celebrans aspergit tam candelam accensam quam ceteras. Conventus vero stans coopertus versa facie ad altare manet, donec a Cantore inchoetur Antiphona *Lumen*.

Peracta benedictione, omnes, Antiphonam cum versibus Cantici *Nunc dimíttis* alternatim cantantes, nudatis capitibus, ad celebrantem accedunt stantem in gradu sanctuarii. Diaconus, omnium ultimus, celebranti porrigit céreos duos, quorum unum rursus ab ipso recipit. Sacerdos cereum suum in paratum candelabrum reponit.

Lc 2,29-32

Ant. Lumen ad revelatiónem géntium, et glóriam plebis tuæ Israel.

Canticum. Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace.

Ant. Lumen ad revelatiónem, etc.

V/. Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.

Ant. Lumen ad revelatiónem, etc.

y. Quod parásti ante fáciem ómnium populórum.

Ant. Lumen ad revelatiónem, etc.

V/. Lumen ad revelatiónem géntium, et glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Lumen ad revelatiónem, etc.

V/. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Ant. Lumen ad revelatiónem, etc.

V/. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in sæculá sæculórum. Amen.

Ant. Lumen ad revelatiónem, etc.

Non inclinatur ad *Glória Patri* Si opus sit, Canticum repetitur.

Cum omnes ad sedes reversi sunt, *Kýrie* continuo incipitur. Interim cerei et lampades accenduntur igne benedicto, et sacerdos digitos ab luit.

INTROITUS.

Ps 47,10-11

Suscépinus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustítia plena est dextera tua.
Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri.
Suscépinus, Deus.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, maiestátem tuam súpplices exorámus : ut sicut unigénitus Fílius tuus hódie cum nostræ carnis substántia in templo est praesentatus / ita nos fácias purificátis tibi méntibús præsentári : Per Dóminum.

LECTIO.

Mal 3,1-4

Veniet ad templum suum Dominator.

Lectio libri Malachiae prophetae.

HÆc dicit Dóminus Deus: “Ecce ego mittam ángelum meum, et præparábit viam ante fáciem meam; et statim véniet ad templum suum Dominátor, quem vos quaeritis, et ángelus testaménti, quem vos vultis.

Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum; et quis póterit sustinére diem advéntus eius, et quis stabit, cum apparébit? Ipse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullónum; et sedébit conflans et emúndans argéntum et purgábit filios Levi et colábit eos quasi aurum et quasi argéntum, et erunt Dómino offeréntes sacrificia in iustítia. Et placébit Dómino sacrificium Iudae et Ierusalem sicut diébus prístinis et sicut annis antíquis”.

RESPONSORIUM.

Ps 47,10-11.9a.c.3a

Suscépi-mus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Dómine, ita et laus tua in fines terræ.

V/. Sicut audívimus, ita et vídimus in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

ALLELUIA.

Ps137,2ab

Allelúia. V/. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS.

In Quadragesima:

Omittitur Allelúia et dici potest sequens Tractus:

TRACTUS.

Ps 44,3bc.4c-5.11a.12a

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te

Deus in ætérnum.

y. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde: prospere procéde, et regna.

y. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirábíliter délixera tua.

y. Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam.

Tempore Paschali:

Omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 137,2ab

Allelúia, y. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,22-32

Viderunt oculi mei salutare tuum.

<& Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Postquam impléti sunt dies purgatiónis Mariæ et Iesu secúndum legem Móysis, tulérunt illum in Hierosólymam ut sísterent Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini: “Omne masculínium adapériens vulvam sanctum Dómino vocábitur”, et ut darent hóstiam secúndum quod dictum est in lege Dómini: par túrturum aut duos pullos columbárum.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Símeon, et homo iste iustus et timorátus, exspéctans consolatió-

nem Israel, et Spírítus Sanctus erat super eum, et respónsum accéperat ab Spírítu Sancto non visúrum se mortem nisi prius vidéret Christum Dómini.

Et venit in Spírítu in templum. Et cum indúcerent púerum Iesum paréntes eius ut fácerent secúndum consuetúdinem Legis pro eo, et ipse accépit eum in ulnas suas et benedíxit Deum et dixit:

“Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace: quia vidérunt óculi mei salutáre tuum, quod parásti ante fáciem ómnium populórum, lumen ad revelatiónem géntium et glóriam plebis tuæ Israel”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

GRatum tibi sit, Dómine, quaésumus, exsultántis Ecclésiæ munus oblatum / qui unigénitum Fílium tuum voluísti Agnum immaculátum tibi offérri pro sæcu-li vita : Per Christum.

Praefatio de Nativitate.

COMMUNIO.

Lc 2,26

Respónsum accépit Sýmeon a Spírítu Sancto, non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

PEr hæc sancta quæ sumpsimus, Domine / pérfice in nobis grátiam tuam, qui exspectatiónem Symeonis implésti : ut, sicut ille mortem non vidit nisi prius Christum suscípere mereretur / ita et nos, in occúrsum Dómini procedéntes, vitam obtineamus ætérrnam : Per Dóminum.

Die 5 februarii
S. AGATHA, VIRGO MARTYR
3 lectionum

INTROITUS.

Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beatae Agathæ Mártyris, de cuius passióne gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.

Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri. Gaudeámus omnes in Dómino.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii compulisti / concede propítius : ut qui beátæ Agathæ vírginis et mártyris tuæ, natalícia colimus / per eius ad te exémpla gradiámur : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Cor 7,25-35 (LE: 32-35)

Virgo cogitat quae Domini sunt.

Léctio Epístolæ primae beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

F Ratres: De virgínibus præcéptum Dómini non hábeo, consílium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino ut sim fidélis. Exístimo ergo hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse.

Alligátus es uxóri? Noli quaerere solutióne[m]; solútu[s] es ab uxóre? Noli quaerere uxórem. Si autem accéperis

uxórem, non peccásti; et si núpserit virgo, non peccávit. Tribulatiónem tamen carnis habébunt huiúsmodi, ego autem vobis parco.

Hoc ítaque dico, fratres, tempus breviátum est; réliquum est ut et qui habent uxóres tamquam non habéntes sint, et qui flent tamquam non flentes, et qui gaudent tamquam non gaudéntes, et qui emunt tamquam non possidéntes, et qui utúntur hoc mundo tamquam non abuténtes; prætérit enim figúra huius mundi.

(1) Volo autem vos sine sollicitú-dine esse.

Qui sine uxóre est sollícitus est quæ Dómini sunt, quómo-do pláceat Dómino; qui autem cum uxóre est sollícitus est quæ sunt mundi, quómo-do pláceat uxóri, et divísus est.

Et múl-ier innú-pta et virgo có-gitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta et có-rpore et spí-ritu; quæ autem nupta est có-gitat quæ sunt mundi, quómo-do pláceat viro.

Porro hoc ad utilitátem vestram dico, non ut láqueum vobis iníciam, sed ad honéstum et ad adhæréndum Dómino sine distracti-óne.

RESPONSORIUM.

Ps 45,6b.6a.5

Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus, in mé-dio eius, non commovébitur.

V/. Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

ALLELUIA.

Ps 44,3bc

Allelúia. V/. Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Allelúia.

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:* **Fratres:**

Volo vos sine sollicitú-dine...

EVANGELIUM.

Lc 10,25-28

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

**fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Ecce quidam Legis perítus surréxit tentans Iesum, dicens: “Magíster, quid faciéndó vitam ætérrnam possidébo?”

At ille dixit ad eum: “In Lege quid scriptum est? Quómodo legis?”

Ille autem respóndens dixit: “Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ánima tua et ex ómnibus víribus tuis et ex omni mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum”.

Dixítque illi: “Recte respondísti: hoc fac et vives”.

SUPER OBLATA.

Hostiam, Dómine, tibi offérimus, in festivitáte beatae Agathæ vírginis / quæ se tibi gratam pudóris et fidei víctimam immolávit : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Mt 13,45-46

Símile est regnum cælórum hómini negotiátóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa margaríta, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Cæléstia sacraménta, quaésumus, Domine / suffragánte beáta vírgine et mártire tua Agatha, sua nos virtute commúniant : ut, cuius venerámur in fidei confessióne victoriam / imitémur in puritate constántiam : Per Dóminum.

Die 6 februarii

SS. PAULUS MIKI ET SOCII, MARTYRES

Memoria

Missa A de Martyribus, p. 759.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, ómniū fortitúdo sanctorum / qui beátos mártýres Paulum eiúsque sócios per crucem ad vitam vocáre dignatus es : præsta, quaésumus, ut, eórum intercessione / fidem quam profitémur usque ad mortem fórtiter teneámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, sancte Pater, múnera quæ in sanctórum mártýrum commemoratióne deferimus / et nobis, fámulis tuis, concéde, ut in confessiόne tui nóminis inveníri stábiles mereámur : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui crucis mystérium in sanctis mártýribus tuis mirábiliter illustrásti: concéde propítius, ut, ex hoc sacrificio roborati / Christo fidéliter hæreámus, et in Ecclésia ad salútem ómniū operémur : Per Dóminum.

Die 10 februarii

S. SCHOLASTICA, VIRGO MONIALIS

Memoria

Missa C de Virginibus, p. 832, cum Communionem 2,

COLLECTA,

Orémus.

BEátæ Scholásticæ vírginis memóriam recoléntes,
quaésumus, Domine / ut, eius exémplo, tibi inteme-
ráta caritáte serviámus, et felíces obtineámus tuæ
dilectionis efféctus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

C Lementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto,
novum secúndum te in beáta Scholástica créare
dignatus es : concéde propítius, ut nos páriter renovati
/ hanc placatiónis hóstiam tibi acceptábilém offerámus
: Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Quaésumus, omnipotens Deus : ut, qui huius
sacraménti munímur virtute / exémplo beatae
Scholásticæ discámus te super ómnia semper
inquírere, et novi hómínis formam in hoc saeculo
portáre : Per Dóminum.

Die 14 februarii

SS. CYRILLUS, MONACHUS,
ET METHODIUS, PASTOR

Memoria

Missa C de Pastoribus, p. 822, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui per beátos fratres Cyríllum et Methódium
Slavóniæ gentes ílluminásti : da córdibus nostris
tuæ doctrínæ verba percípere / nosque pérfice pópulum
in vera fide et recta confessione concórdem : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Respice quas offérimus hóstias, omnípotens Deus, in
beatórum Cyrílli et Methódii festivitáte : et præsta
ut, qui domínicæ passiónis mystéria celebramus /
imitemur quod ágimus : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Huius mystérii virtúte, confírma, Dómine, fámulos
tuos in fide veritátis : ut eam ubíque ore et ópere
confíteantur / pro qua beáti Cyríllus et Methódus
laboráre non destitérunt, et vitam suam impendérunt :
Per Dóminum.

Die 22 februarii
CATHEDRA S. PETRI APOSTOLI 3
lectionum

INTROITUS.

Ps 67,6b-7a.36b

Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit
unánimes in domo, ipse dabit virtútem et
fortitúdinem plebi suæ.

Ps 67,10a.17b: Mons Dei, mons Basan, mons in quo
beneplácitum est Deo inhabitáre. Glória Patri. Deus in
loco sancto suo.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui unánimes nos in domo tua præcipis
habitare / da nobis spíritum pacis et grátia: ut in
apostólicæ unitátis petra solidati / ex toto tibi corde
símus devóti : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 12,1-11

Oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Léctio Actuum Apostolorum.

TLlo témpore misit Heródes rex manus ut afflígeret Aquosdam de Ecclésia. Occídit autem Iacobum fratrem Ioannis gládio. Videns autem quia placéret Iudaeis, appósuit apprehéndere et Petrum —erant autem dies Azymórum— quem cum apprehendísset misit in cárcerem, tradens quáttuor quaterniónibus mílitum custodíre eum, volens post Pascha producere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere; orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

Cum autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites vinctus caténis duábus, et custódes ante óstium custodiébant cárcerem, et ecce ángelus Dómini ástitit et lumen refúlsit in habitáculo; percusso autem látere Petri, suscitávit eum dicens: “Surge velóciter”. Et cecidérunt caténæ de mánibus eius.

Dixit autem ángelus ad eum: “Præcíngere et cálcea te sandália tua”. Et fecit sic.

Et dicit illi: “Circúmda tibi vestiméntum tuum et séquere me”. Et éxiens sequebátur, et nesciébat quia verum est quod fiébat per ángelum, æstimábat autem se visum vidére. Transeúntes autem primam custódiam et secúndam venérunt ad portam férream quæ ducit ad civitátem, quæ ultro apérta est eis, et exeúntes processérunt vicum unum, et contínuo discéssit ángelus ab eo.

Et Petrus ad se revérsus dixit: “Nunc scio vere quia misit Dóminus ángelum suum et erípuit me de manu Heródis et de omni exspectatióne plebis Iudaeorum”.

RESPONSORIUM.

Ps 44,17b-18a.17a.18c

Constítues eos príncipes super omnem terram; mémo-

res erunt nóminis tui, Dómine.

V/. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii; proptérea pópuli confitebúntur tibi.

ALLELUIA.

Mt 16,18b

Allelúia. V/. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Allelúia.

In Quadragesima omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

EVANGELIUM.

Mt 16,13-19

Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

<& Lécio sancti Evangélli secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Venit Iesus in partes Caesareae Philíppi et interrogábat discípulos suos dicens: “Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis?”

At illi dixérunt: “Alii Ioannem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Ieremiam, aut unum ex Prophétis”.

Dicit illis: “Vos autem quem me esse dicitis?”

Respóndens Simon Petrus dixit: “Tu es Christus, Fílius Dei vivi”.

Respóndens autem Iesus dixit ei: “Beátus es, Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi: Tu es Petrus et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Tibi dabo claves Regni cælórum, et quodcúmque ligáveris super terram erit ligátum in cælis, et quodcúmque sólveris super terram erit solútum in cælis”.

SUPER OBLATA.

T7 Cclésiæ tuæ, quaesumus, Dómine, preces et hóstias i/j benígnus admítte : ut, beáto Petro pastóre, ad ætérrnam pervéniat hereditatem / quo docénte fídei tenet integritátem : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 16,18b

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo
Ecclésiam meam.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

D Eus, qui nos, beáti Petri apóstoli festivitátem
celebrántes, Christi Córporis et Sánguinis
communióne vegetásti : præsta, quaesumus / ut hoc
redemptiόνis commércium sit sacraméntum nobis
unitátis et pacis : Per Dóminum”

Die 23 februarii

S. POLYCARPUS, MARTYR PASTOR 3

lectionum

Missa C de Martyribus, p. 767, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus univérsæ creaturæ, qui beátum Polycárpum
episcopum in número mártýrum dignátus es aggre-
gáre : eius nobis intercessióne concede / ut, cum illo
partem cálicis Christi capiéntes, in vitam resurgemus
ætérrnam : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

PRæparétur cor nostrum spe tua, Domine / et sancta
patiéntiá confirmétur : ut tibi possímus hóstiam
laudis offérre in votis / quam mártýres obtulérunt,
sángvine fuso : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstibus, Dómine, pasti delíciis, súplices te rogá-
mus: ut exémplo beáti Polycáрпи caritátis et passió-

nis Filií tui in méntibus nostris signa feramus / et
perpétuæ pacis fructu iúgitér perfruámur : Per
Dóminum.

MARTÍUS

Die 7 martii

SS. PERPETUA ET FELICITAS, MARTYRES

Memoria

Missa E de Martyribus, p. 774.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius urgente caritate beatae mártýres Perpétua
et Felícitas torméntum mortis, contémpto
persecutore, vicérunt / da nobis, quaésumus, eárum
précibus, ut in tua semper dilectione crescámus : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Flat tibi, quaésumus, Dómine, hóstia sacránda placábilis
pretiósí celebritate martýrii : quæ et peccáta nostra
puríficet / et tuórum tibi vota concíliet famulórum :
Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PAne cælésti nutrítos et in Christo unum corpus ef-
féctos, da nos, quaésumus, Dómine, ab eius caritate
numquam separari / et, sanctárum mártýrum tuárum
Perpétuæ et Felicitátis exémplo, propter eum qui diléxit
nos ómnia fórtiter superáre : Per Dóminum.

Die 19 martii
S. IOSEPH, SPONSUS B. V. MARIAE
Sollemnitas

INTROITUS.

Ps 36,30-31 a

OS iusti meditabitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium; lex Dei eius in corde ipsíus. Ps 36,34a: Exspécta Dóminum et custódi viam eius: et exaltábit te ut hereditáte cápias terram. Glória Patri. Os iusti meditabitur.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, omnípotens Deus : ut humanæ salútis mystéria, cuius primórdia beáti Ioseph fidéli custódiæ commisísti / Ecclésia tua, ipso intercedénte, iúgiter servet implénda : Per Dóminum.

LECTIO.

Sap 10,10-14

Sapientia iustum deduxit per vias rectas.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Sapiéntia iustum dedúxit per vias rectas et osténdit illi regnum Dei et dedit illi sciéntiam sanctórum; honestávit illum in labóribus et complévit labóres illíus. In avarítia circumveniéntium illum áffuit illi et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis et ab insidiántibus tutávit illum;

et certámen forte dedit illi,
 ut sciret quóniam ómniū poténtior est píetas.
 Hæc vénditum iustum non derelíquit,
 sed a peccáto liberávit eum;
 descendítque cum illo in fóveam
 et in vínculis non derelíquit illum,
 donec afférret illi sceptrum regni
 et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant,
 et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum,
 et dedit illi claritátem ætérrnam.

RESPONSORIUM.

Ps 36,30-31

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium.
 y. Lex Dei eius in corde ipsíus, et non supplantabúntur gressus eius.

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali:

Omisso Responsorio et Tractu, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 111,1

Allelúia. V/. Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

In Missis votivis Tempore Paschali post Ascensionem:

ALLELUIA 2.

Ps 6 7,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

In Missis votivis extra Quadragesimam et extra T. P.:

RESPONSORIUM.

Ps 36,30-31

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium.

V/. Lex Dei eius in corde ipsíus, et non supplantabúntur gressus eius.

ALLELUIA.

Ps 111,1

Allelúia. V- Beátus vir qui timet Dóminum; in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 1,16.18-21.24a

Ioseph, vir Mariae, de qua natus est Iesus.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

¶ **I**acob génuít Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus qui vocátur Christus.

Iesu Christi autem generátio sic erat. Cum esset desponsáta mater eius María Ioseph, ántequam convenírent invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam.

Hæc autem eo cogitánte, ecce ángelus Dómini in somnis appáruit ei dicens: “Ioseph fili David, noli timére accíperere Maríam cóniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem filium, et vocábis nomen eius Iesum: ipse enim salvum fáciét pópulum suum a peccátis eórum”.

Exsúrgens autem Ioseph a somno, fecit sicut præcépit ei ángelus Dómini.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

QUæsumus, Dómine, ut, sicut beátus Ioseph Unigénito tuo, nato de María Vírgine, pia devotióne deser-viit / ita et nos mundo corde tuis altáribus mereámúr ministráre : Per Christum.

Praefatio de sancto Ioseph.

COMMUNÍO.

Mt 2,20

Tolle Púerum et Matrem eius et vade in terram Israel: defúnti sunt enim qui quærébant ánimam Púeri.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Arníliam tuam, quaésumus, Dómine, quam de beáti Á. Ioseph sollemnitáte lætántem ex huius altáris alimónia satiásti : perpétua protectiÓne defende / et tua in ea propitiátus dona custódi : Per Dóminum.

Die 25 martii

ANNUNTIATIO DOMINI

Sollemnitas

INTROITUS.

Is 45,8a

Oráte, cæli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. (T.P. Allelúia, allelúia.)
Ps 18,2: Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum. Glória Patri. Rorate, cæli, désuper.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui de beatae Mariæ Virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscíperé voluísti : præsta, ut, qui Redemptórem nostrum Deum et hóminem confitemur / ipsíus étiam divínæ natúræ mereámur ésse confórmes : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 7,10-14

Ecce, virgo concipiet et pariet filium.

Léctio libri Isaiaæ prophetæ.

IN diébus illis: Adiécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: “Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni sive in excélsum supra”.

Et dixit Achaz: “Non petam et non tentábo Dóminum”.

Et dixit: “Audíte ergo, domus David; numquid parum vobis est moléstos esse homínibus, quia molésti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce, virgo concípiet et páriet filium, et vocábit nomen eius Emmánuel”.

RESPONSORIUM.

Ps 144,18.21a

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte.

y. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

TRACTUS.

Lc 1,28b.42bc.31a;Is7,14c;Lc 1,34b-35

Ave, Mariá, grátia plena: Dóminus tecum.

y. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

V/. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

y. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

y. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore Paschali:

Omisso Responsorio et Tractu, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 79,3b

Allelúia, y. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

In Missis votivis Tempore Paschali post Ascensionem:

ALLELUIA 2.

Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

In Missis votivis extra Quadragesimam et extra T. P.:

RESPONSORIUM.

Ps 144,18.21a

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte.

y. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

ALLELUIA.

Ps 79,3b

Allelúia, y. Excita, Dómine, potentiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

EVANGELIUM.

Lc 1,26-38

*Ecce concipies in utero et paries filium.**+fr* Lécctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Missus est ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaeae, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen vírginis María.

Et ingrédus ad eam dixit: “Ave, grátia plena, Dóminus tecum”. Ipsa autem turbáta est in sermóne eius et cogitábat qualis esset ista salutátio.

Et ait ángelus ei: “Ne tíneas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: et ecce concípies in útero et páries fílium, et vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris eius, et regnábit super domum Iacob in ætérnum, et Regni eius non erit finis”.

Dixit autem María ad ángelum: “Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco?”

Et respóndens ángelus dixit ei: “Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi: ideóque et quod nascétur Sanctum vocábitur, Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua et ipsa concépit fílium in senécta sua, et hic mensis est sextus illi quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum”.

Dixit autem María: “Ecce ancílla Dómini: fiat mihi secúndum verbum tuum”. Et discéssit ab illa ángelus.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

IN méntibus nostris, Dómine, veræ fidei sacramenta confírma : ut qui concéptum de Vírgine Deum verum et hóminem confitemur / per eiúsdem salutíferæ Resurrectiónis poténtiam ad ætérnam mereámur pervenire lætítiam : Per Christum.

Praefatio de Nativitate.

COMMUNIO.

Is7,14b

Ecce Virgo concípiet, et páriet Fílium: et vocábitur
nomen eius Emmánuel. (T. P. Allelúia.)

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

GRátiam tuam, Dómine, méntibus nostris infúnde : ut
qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui
Incarnationem cognovimus / per Passiónem eius et
Crucem ad Resurrectiónis glóriam perducámur : Per
Dóminum.

APRILIS

Die 7 aprilis

S. IOANNES BAPTISTA DE LA SALLE, PASTOR

Memoria

Missa C de Pastoribus, p. 822, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui ad christiánam iuventútem educándam
beátum Ioannem Baptístam elegisti / éxcita in
Ecclésia tua institutóres, qui humanáe et christiánæ
iúvenum disciplínæ toto corde sése devóveant : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

ACcépta tibi sit, quaésumus, Dómine, sacrátæ plebis
oblátio pro tuórum commemoratione Sanctórum :
et præsta ut, ex huius participatióne mysterii / exéempla
tuæ caritátis referámus : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

'T¹ Ríbuat nobis, omnípotens Deus, reféctio sáncta
X subsidium : ut, exémplo Sanctórum tuorum / et
fraternitátis caritátem et lumen veritátis in corde
exhibeamus et ópere : Per Dóminum.

Die 11 aprilis

B. LANUINUS, MONACHUS

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 122,2a.c-3a

Sicut óculi servórum in mánibus dominórum
suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum
nostrum, donec misereátur nostri: miserére nobis,
Dómine, miserére nobis.

Ps 122,1: Ad te levávi óculos meos: qui hábitas in
caelis.

Glória Patri.

Sicut óculi servórum.

Kýrie, eléison. Glória

in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum Lanuínum sancti Patris nostri Bru-
nónis sodálem, in solitúdine effecísti : da nobis,
quaesumus / ut ambórum méritis ad perénnem in caelis
glóriam pervenire valeámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 8,22-27

*Spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus.***Lectio Epistolæ beāti Pauli apóstoli ad Romános.**

FRatres: Scimus quod omnis creatúra congemíscit et compárturit usque adhuc; non solum autem, sed et nos ipsi primítias Spíritus habéntes, et ipsi intra nos géimus adoptiónem filiórum exspectántes, redemptiónem córporis nostri. Spe enim salvi facti sumus; spes autem quæ vidétur non est spes; nam quod videt quis sperat? Si autem quod non vidémus sperámus, per patiéntiam exspectámus.

Simíliter autem et Spíritus ádiuvat infirmitátem nostram; nam quid orémus sicut opórtet nescímus, sed ipse Spíritus interpéllat gemítibus inenarrábilibus; qui autem scrutátur corda, scit quid desíderet Spíritus, quia secúndum Deum póstulat pro sanctis.

In Quadragesima:

RESPONSORIUM.

Ps 144,18.2 la

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ívocant eum in veritáte.

y. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius.

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali:

Omisso Responsorio et Tractu, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 145,1-2

Allelúia. V/. Lauda, ánima mea, Dóminum; laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quámduo ero.

ALLELUIA 2.

Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 6,5-15

Ora Patrem tuum qui est in abscondito.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípuis suis: “Cum orátis, non éritis sicut hypócritæ, qui amant in synagógis et in ángulis plateárum stantes oráre ut videántur ab homínibus; amen dico vobis: recepérunt mercédem suam. Tu autem cum orábis, intra in cubículum tuum et clauso óstio tuo ora Patrem tuum qui est in abscondito; et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

Orántes autem nolíte multum loqui sicut éthnici, putant enim quia in multilóquio suo exaudiántur. Nolíte ergo assimilári eis, scit enim Pater vester quibus opus sit vobis ante quam petátis eum.

Sic ergo vos orábitis:

Pater noster qui es in cælis, sanctificétur Nomen tuum, advéniat Regnum tuum, fiat volúntas tua sicut in caelo et in terra. Panem nostrum supersubstantiálem da nobis hódie; et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne indúcas nos in tentatiónem, sed líbera nos a Malo.

Si enim dimisérítis homínibus peccáta eórum, dimíttet et vobis Pater vester cælestis; si autem non dimisérítis homínibus, nec Pater vester dimíttet peccáta vestra”.

SUPER OBLATA.

Ífferéntibus hæc múnera, praesta, quaésumus, Domine /
 sic legem tuam dilígere : ut eam iúgiter me-ditémur in
 corde / et accépto tibi perficiamus in ópere : Per
 Christum.

COMMUNIO.

Mt 21,13; 7,8

Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit
 Dóminus: in ea omnis qui petit, áccipit; et qui quærit,
 ínvenit; et pulsánti aperiétur.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

HÆc sancta commúnio, Dómine, sanctíficet nos ín
 veritáte : ut veri adoratóres simus quos quaeris / et
 latitúdinem tuæ discámus caritátis : Per Dóminum.

Die 22 aprilis

S. HUGO GRATIANOPOLITANUS, PASTOR

12 lectionum

INTROITUS.

Ps67,8-9a

(Eus, dum egrederéris coram pópulo tuo, allelúia, iter
 fáciens eis, hábitans in illis, allelúia; terra mota est, caeli
 distillavérunt, allelúia, allelúia.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus et dissipéntur inimíci eius: et
 fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius. Glória Patri. Deus,
 dum egrederéris.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui per beátum Hugónem, pastorálem sollicitúdinem Ecclésiæ erga patres nostros providénter ostendisti / tríbue, quaésumus, per eius intercessiónem, contínuum religionis augméntum : Per Dóminum.

LECTIO.

Ez 34,11-16

Ego pascam oves meas, dicit Dominus.

Léctio libri Ezechiélis prophetae.

HÆc dicit Dóminus Deus: “Ecce ego ipse requíram oves meas et visitábo eas. Sicut vísitat pastor gregem suum in die, quando fúerit in médio óvium suárum dissipatárum, sic visitábo oves meas et liberábo eas de ómnibus locis, in quibus dispérsæ fúerant in die nubis et caliginis.

Et edúcam eas de pópulis et congregábo eas de terris et indúcam eas in terram suam et pascam eas in móntibus Israel, in rivis et in cunctis sédibus terræ.

In páscuis ubérrimis pascam eas, et in móntibus excélsis Israel erunt páscua eárum; ibi requiéscent in herbis viréntibus et in páscuis pínguibus pascéntur super montes Israel.

Ego pascam oves meas et ego eas accubáre fáciam, dicit Dóminus Deus. Quod perierat, requíram et, quod eiéctum erat, redúcam et, quod confráctum fúerat, alligábo et, quod infirmum erat, consolidábo et, quod pingue et forte, custódiam et pascam illas in iudício.

ALLELUIA 1.

Psl110,9a

Allelúia, y. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo.

ALLELUIA 2.

1 Cor 5,8a.d

Allelúia, y. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritá-

tis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 10,1-10

Pastor proprias oves vocat et educit eas.

+*fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

N illo témpore: Dixit Iesus: “Amen, amen dico vobis:

Qui non intrat per óstium in ovíle óvium sed ascéndit aliúnde, ille fur est et latro; qui autem intrat per óstium pastor est óvium. Huic ostiárius áperit, et oves vocem eius áudiunt, et próprias oves vocat nominátim et edúcit eas. Cum próprias omnes emíserit, ante eas vadit, et oves illum sequúntur, quia sciunt vocem eius; aliénium autem non sequéntur sed fúgient ab eo, quia non novérunt vocem alienórum”.

Hoc provérbium dixit Pharisaeís Iesus; illi autem non cognovérunt quid esset quod loquebátur eis.

Dixit ergo íterum Iesus: “Amen, amen dico vobis: Ego sum óstium óvium. Omnes quotquot venérunt ante me, fures sunt et latrónes, sed non audiérunt eos oves. Ego sum óstium: per me si quis introíerit, salvábitur et egrediétur et páscua invéniet. Fur non venit nisi ut furétur et mactet et perdat; ego veni ut vitam hábeant et abundántius hábeant”.

SUPEROBLATA.

ECclésiæ tuæ, quaésumus, Dómine, preces et hóstias benignus admítte : ut sicut beátus Hugo huic mystério pia devotióne ministrábat / ita et nos mundo corde tuis altáribus servíre mereámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 10,14

Ego sum Pastor bonus, allelúia, et cognóscó oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstia aliménta, quaésumus, Dómine, in eius nos
transfórmet imaginem / cuius Spírítu afflátus
beátus Hugo in Ecclésiæ servítio flagravit amóre : Per
Dóminum.

Die 25 aprilis

S. MARCUS, EVANGELISTA

12 lectionum

INTROITUS.

Sap 10,20b-21

Victrícem manum tuam, Dómine, laudavérunt
páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum,
et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.
Ps 97,1: Cantáte Dómino cánticum novum: quia
mirábília fecit. Glória Patri. Victrícem manum tuam.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui beátum Marcum evangelístam tuum
evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: tríbue,
quaésumus, eius nos eruditióne ita profícere / ut vestígia
semper Chrísti sequámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 8,28-39

Conformes fieri imaginis Filii Dei.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

FRatres: Scimus quóniam diligéntibus Deum ómnia
cooperántur in bonum, his qui secúndum propósi-

tum vocáti sunt. Nam quos præscívit, et prædestinávit confórmes fieri imáginis Fílii eius, ut sit ipse primogénitus in multis frátribus; quos autem prædestinávit, hos et vocávit; et quos vocávit, hos et iustificávit; quos autem iustificávit, illos et glorificávit.

Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Fílio suo non pepércit, sed pro nobis ómnibus trádidit illum, quómo non étiam cum illo ómnia nobis donábit? Quis accusábit advérsus eléctos Dei? Deus qui iustíficat; quis est qui condémnet? Christus Iesus qui mórtuus est, immo qui suscitátus est, qui et est ad déxteram Dei, qui étiam interpéllat pro nobis.

Quis nos separábit a caritáte Christi? Tribulátio an angústia an persecútio an fames an núditas an pérículum an gládus? Sicut scriptum est: “Propter te mortificámur tota die, æstimáti sumus ut oves occisiónis”. Sed in his ómnibus supervíncimus per eum qui diléxit nos.

Certus sum enim quia neque mors neque vita neque ángeli neque principátus neque instántia neque futúra neque virtútes neque altitúdo neque profúndum neque ália quaelibet creatúra póterit nos separáre a caritáte Dei quæ est in Christo Iesu Dómino nostro.

ALLELUIA 1.

1 Cor 5,8a.d

Allelúia, y. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis.

ALLELUIA 2.

Ap5,12b

Allelúia, y. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 15,1-8

Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum.

+fr Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

N illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis:

“Ego sum vitis vera et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollit eum, et omnem qui fert fructum, purgat eum ut fructum plus áfferat. Iam vos mundi estis propter sermónem quem locútus sum vobis: manéte in me, et ego in vobis.

Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso nisi mánserit in vite, sic nec vos nisi in me manséritis.

Ego sum vitis, vos pálmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, missus est foras sicut palmes et áruit, et cólligunt eos et in ignem mittunt et ardent.

Si manséritis in me et verba mea in vobis mánserint, quodcúmque voluéritis pétite et fiet vobis. In hoc glorificátus est Pater meus, ut fructum multum afferátis et efficiámini mei discípuli”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Eáti Marci evangelístæ tui festivitáte tibi múnera deferentes / quaesumus, Dómine : ut sicut illum prædicátio evangélica fecit gloriosum / ita nos eius intercéssio et verbo et ópere tibi réddat accéptos : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 15,1a.5b

Allelúia, ego sum vitis vera, allelúia, vos pálmites estis, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Reiectione cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices
 roboramus : ut quod evangelica prædicatione dignatus
 es inchoare / nunc quoque per credentium corda
 diffundas : Per Dóminum.

Die 29 aprilis

S. CATHARINA SENENSIS, DOCTOR VIRGO

12 lectio num

INTROITUS.

Cf. Is 55,1

Sitiéntes, veníte ad aquas, dicit Dóminus: et qui non
 habétis prætium, veníte et bíbite cum lætítia. Ps 77, 1:
 Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem
 vestram in verba oris mei. Glória Patri. Sitiéntes, veníte
 ad aquas.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui beátam Catharínam in contemplatione
 dominicæ passionis et in Ecclésiæ tuæ servitio
 divino amore flagrare fecisti : ipsius intercessione
 concede / ut pópulus tuus, Christi mystério sociátus, in
 eius glóriæ revelatióne semper exsúltet : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Cor 1,18-31 (*LE: 18-25 vel 26-31*)*Praedicamus Christum crucifixum.*

Lectio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Verbum crucis pereúntibus quidem stultítia
 est, his autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus

Dei est. Scriptum est enim: “Perdam sapiéntiam sapiéntium, et prudéntiam prudéntium reprobábo”. Ubi sápiens? Ubi scriba? Ubi conquisítor huius saéculi? Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam huius mundi?

Nam quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum, plácuit Deo per stultítiam prædicatiónis salvos fácere credétes.

Quóniam et Iudaíi signa petunt et Graeci sapiéntiam quærent, nos autem prædicámus Christum crucifíxum, Iudaeis quidem scándalum, géntibus autem stultítiam, ipsis autem vocátis, Iudaeis atque Graecis, Christum Dei virtútem et Dei sapiéntiam: quia quod stultum est Dei, sapiéntius est homínibus, et quod infírmum est Dei, fór-
tius est homínibus.

- (i) Vidéte enim vocatiónem vestram, fratres, quia non multi sapiétes secúndum carnem, non multi potétes, non multi nóbiles; sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus ut confúndat sapiétes, et infírma mundi elégit Deus ut confúndat fórtia, et ignobília mundi et contemptibília elégit Deus, quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret, ut non gloriétur omnis caro in conspéctu Dei.

Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est Sapiéntia nobis a Deo et iustítia et sanctificátio et redéptio, ut quemádmódum scriptum est: “Qui gloriátur, in Dómino gloriétur”.

ALLELUIA 1.

Pha 2,5

Allelúia. V/. Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu.

ALLELUIA 2.

Ps 117,24

Allelúia. V/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

(1) *Secunda lectio brevis sic incipi potest:*

Vidéte vocatiónem...

EVANGELIUM.

Io 14,19-23

*A d eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.**** & Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.**

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Adhuc módicum et mundus me iam non videt, vos autem vidétis me, quia ego vivo et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis.

Qui habet mandáta mea et servat ea, ille est qui díligit me. Qui autem díligit me, diligétur a Patre meo, et ego díligam eum et manifestábo ei me ipsum”.

Dicit ei Iudas, non ille Iscariótes: “Dómine, et quid factum est quia nobis manifestatúrus es te ipsum et non mundo? ”

Respóndit Iesus et dixit ei: “Si quis díligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus et mansiónem apud eum faciemus”.

SUPER OBLATA.

MUnera, quaésumus, Dómine, quæ tibi in beatae Catharínæ vírginis honóre deférimus, bénigno súscipe vultu / et nos eius méritis et mónitis ad tuam fácias perveníre lætítiam : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 3,8ab

Spíritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, allelúia; sed nescis unde véniat, aut quo vadat, allelúia, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Cibo refécti, Dómine, potuque salútis : Salvatóris nostri, quaésumus, semper Sáanguine perfundantur / qui fons aquæ nobis fiat in vitam salientis ætérnam : Per Dóminum.

MAÍUS

Die 2 maii

S. ATHANASIUS, DOCTOR PASTOR 3

lectionum

Missa B de Doctoribus, p. 780, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui beátum Athanásium episcopum divinitátis Fílii tui propugnatórem exímium suscitásti : concéde propítius, ut eius doctrína et protectióne gaudentes / in tui cognitióne et amóre sine intermissione crescámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Respice, Dómine, múnera quæ tibi in commemoratióne sancti Athanásii perhibemus / eiúsque fidem profiténtibus illibátam tuæ testificatióne veritátis proá't ad salútem : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, quaésumus, omnípotens Deus : ut Unigéniti tui vera divínitas, quam cum beáto Athanásio firmiter confitemur / per hoc sacraméntum vivíficet nos semper et múniat : Per Dóminum.

Die 3 maii

SS. PHILIPPUS ET IACOBUS, APOSTOLI

12 lectio num

INTROITUS.

Neh 9,27b

Laniaverunt ad te, Dómine, in témpore afflictiónis suæ:
 et tu de caelo exaudísti eos, allelúia, allelúia. Ps 32,1:
 Exsultáte, iusti, in Dómino: rectos decet collaudátio.
 Glória Patri. Clamavérunt ad te, Dómine.

*Kýrie, eléison. Glória
 in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui nos ánnua apostolórum Philíppi et Iacobi
 festivitáte laetíficas : da nobis, ipsórum précibus, in
 Unigéniti tui passióne et resurrectione consortium / ut
 ad perpétuam tui visiónem perveníre mereámur : Per
 Dóminum.

LECTIO.

I Cor 15,1-8

Christus suscitatus visus est Iacobo.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
 ad Corínthios.

NOtum vobis fácio, fratres, Evangélium quod
 evangelizávi vobis, quod et accepístis, in quo et
 stis, per quod et salvámini, qua ratióne
 evangelizáverim vobis, si tenétis, nisi si frustra
 credidístis.

Trádidi enim vobis in primis quod et accépi, quóniam
 Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum
 Scriptúras, et quia sepúltus est, et quia suscitátus est tér-

tia die secúndum Scriptúras, et quia visus est Cephae, et post hæc Duódecim; deínde visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormiérunt; deínde visus est Iacobo, deínde apóstolis ómnibus; novíssime autem ómnium, tamquam abortívo, visus est et mihi.

ALLELUIA 1.**1 Cor 5,8a.d**

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.**Io 14,1-13**

Philippe, qui vidit me vidit Patrem.

J Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Non turbétur cor vestrum: créditis in Deum et in me crédate. In domo Patris mei mansiónes multæ sunt, si quo minus, dixíssem vobis quia vado paráre vobis locum? Et si abíero et præparávero vobis locum, íterum vénio et accípiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado, scitis viam”.

Dicit ei Thomas: “Dómine, nescímus quo vadis; quómodo póssumus viam scire?”

Dicit ei Iesus: “Ego sum via et véritas et vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognovístis me, et Patrem

meum útique cognoscétis: et ámodo cognóscitis eum et vidístis eum”.

Dicit ei Philíppus: “Dómine, osténde nobis Patrem, et súfficit nobis”.

Dicit ei Iesus: “Tanto témpore vobíscum sum, et non cognovísti me, Philíppe? Qui vidit me vidit Patrem: quómo do tu dicis: Osténde nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre et Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis a me ipso non loquor; Pater autem in me manens facit ópera sua. Crédite mihi quia ego in Patre et Pater in me est; alióquin propter ópera ipsa crédite.

Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, ópera quæ ego fácio et ipse fáciat, et maióra horum fáciat, quia ego ad Patrem vado. Et quodcúmque petiérítis in Nómíne meo, hoc fáciam ut glorificétur Pater in Fílio”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

O Dórem, Dómine, sacrificií huius cum gratiárum actiónibus, suscipe, et praesta : ut qui Unigénitum tuum viam esse confitémur et patriam / per eum sine deféctu gradiéntes, ad ipsum pleno perveniamus proféctu : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 14,9bc.10a

Tanto témpore vobíscum sum, et non cognovístis me? Philíppe, qui videt me, videt et Patrem, allelúia: non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Purífica, quaésumus, Dómine, mentes nostras per hæc sancta quæ súmpsimus : ut, cum apóstolis Philippo et Iacobo te in Fílio contemplantes / vitam habére mereamur ætérnam : Per Dóminum.

Die 4 maii

SS. IOANNES, AUGUSTINUS, ROBERTUS ET SOCII,
MARTYRES MONACHI

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 67,4

T Usti epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei, et de-
JLlecténtur in lætítia.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et
fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius.

Glória Patri.

Iusti epuléntur.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui sanctum Ioannem eiúsque sócios ob fideli-
tátem erga Summum Pontíficem martýrio conse-
crásti : concéde ut eórum exémplo in Apostólicæ
unitátis petra solidati / secúra tibi mente famulémur :
Per Dóminum.

LECTIO.

1 Peto 4,12-19

Quemadmodum communicatis Christi passionibus gaudete.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

C Aríssimi, nolíte mirári in fervóre qui ad
tentatióem vobis fit, quasi novi áliquid vobis
contíngat, sed quemádmódum comunicátis Christi
passiónibus gaudéte, ut et in revelatióne glóriæ eius
gaudeátis exsultántes.

Si exprobrámini in nómine Christi, beáti, quóniam
Spíritus glóriæ et Dei super vos requiéscit. Nemo enim

vestrum patiátur quasi homicída aut fur aut maléficus aut alienórum speculátor; si autem ut christiánus, non erubéscat, gloríficet autem Deum in isto nómine.

Quóniam tempus est ut incípiat iudícium a domo Dei; si autem primum a nobis, qui finis eórum qui non credunt Dei Evangélio? “Et si iustus vix salvátur, ímpius et peccátor ubi parébit? ” Itaque et hi qui patiúntur secúndum voluntátem Dei, fidéli Creatóri comméndent ánimas suas in benefácto.

ALLELUIA 1.

Sap 3,8

Allelúia, y. Iudicábunt Sancti natiónes, et dominabúntur pópulis; et regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 15,18-21.26-27a

Non est servus maior domino suo.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

N illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis:

“Si mundus vos odit, scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Si de mundo essétis, mundus quod suum est dilígeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo, proptérea odit vos mundus.

Mementóte sermónis quem ego dixi vobis: Non est servus maior dómno suo. Si me persecúti sunt, et vos persecuéntur; si sermónem meum servavérunt, et ve-

strum servábunt. Sed hæc ómnia fácient vobis propter Nomen meum, quia nésciunt Eum qui misit me.

Cum autem vénerit Paráclitus quem ego mittam vobis a Patre, Spíritum veritátis qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me; sed et vos testimónium perhibétis”.

SUPER OBLATA.

Offeréntes, Dómine, hæc múnera, fratérna nos mártýrum corona lætíficet : quos in grémio matris Ecclésiæ iunxit fidei únitas / et in passióne ferenda, uníus amoris societas : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 32, 1

Gaudéte, iusti, in Dómino; rectos decet collaudátio, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Umptis, Dómine, salutáribus sacraméntis, da, quæsumus, unánimes in fide et dilectióne pèrseveráre : qui sanctos mártýres tuos esse tribuísti caritáte in vita concordés / et in morte coniúctos : Per Dóminum.

Die 9 maii

B. NICOLAUS ALBERGATI, MONACHUS PASTOR

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 122,2a.c-3a

Sicut óculi servórum in mánibus dominórum suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri: miserére nobis, Dómine, miserére nobis.

Ps 122,1: Ad te levávi óculos meos: qui hábitas in

caelis.

Glória Patri.

Sicut óculi servórum.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Concéde nobis, Dómine, simplicitátem vítæ / qua
beátus Nicoláus propósitum Cartusiense inter tantas
curas conservábat: Per Dóminum.

LECTIO.

Col 3,1-5a.9b-17 (*LB: 1-5a vel 9b-17*)

Pax Christi dominetur in cordibus vestris.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossénses.

Ratres: Si conresurrexístis Christo, quæ sursum sunt
quaerite, ubi Christus est in délixtera Dei sedens; quæ
sursum sunt sápite, non quæ supra terram; mórtui enim
estis, et vita vestra abscóndita est cum Christo in Deo.
Cum Christus apparúerit, vita vestra, tunc et vos
apparébitis cum ipso in glória.

Mortificáte ergo membra quæ sunt super terram.

- (1) Exúite vos véterem hóminem cum áctibus eius, et
indúite novum, eum qui renovátur in agnitiónem
secúndum imáginem eius qui creávit eum, ubi non est
Græcus et Iudæus, circumcísio et præpútium, bárbarus,
Scytha, servus, liber, sed ómnia et in ómnibus Christus.

Indúite vos ergo sicut elécti Dei, sancti et dilécti,
víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem,
mansuetúdinem, patiéntiam, supportántes ínvicem et
donántes vobis ipsis si quis advérsus áliquem habet
querélam; sicut

- (1) *Secunda lectio brevis sic incipi potest:*

Fratres: Exúite vos...

et Dóminus donávit vobis ita et vos; super ómnia autem hæc caritátem, quod est v́nculum perfecti3nis.

Et pax Christi dominétur in córdibus vestris, ad quam et vocáti estis in uno córpore; et grati estóte.

Verbum Christi hábitet in vobis abundánte, in omni sapiéntia docétes et commonétes vosmetípsos psalmis, hymnis, cánticis spíritalibus, in grátia cantátes in córdibus vestris Deo; et omne quodcúmque fáctis in verbo aut in ópere, ómnia in N3mine D3mini Iesu, grátias ágétes Deo Patri per ipsum.

ALLELUIA 1.

Ps 145,1-2

Allelúia. V/. Lauda, ánima mea, D3minum; laudábo D3minum in vita mea: psallam Deo meo quámduo ero.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia, y. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. D3minus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELÍUM.

Me 1,35-39

Iesus abiit in desertum et venit praedicans.

**fr* L3ctio sancti Evang3lii secúndum Marcum.

T N illo témpore: Dilúculo valde mane surgens Iesus Á egressus est et ábiit in desértum locum ibíque orábat.

Et persecútus est eum Simon et qui cum illo erant; et cum inveníssent eum, dixérunt ei: “Omnes quærunt te”.

Et ait illis: “Eámus álibi in próximos vicos, ut et ibi praedicem: ad hoc enim veni”.

Et venit praedicans in synag3gis e3rum per omnem Galilaéam et dæm3nia eiciens.

SUPER OBLATA.

Per hæc sancta, Dómine, quæ tibi offérimus : pacífici
 conversémur inter filios unitatis / qui cognitiónem
 nobis indivíduæ tríbuis Trinitátis : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 21,13; 7,8

Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit
 Dóminus: in ea omnis qui petit, áccipit; et qui quærit,
 ínvenit; et pulsánti aperiétur.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Ter hæc pacis nostræ mystéria, da nos, Deus, cum
 JL ómnibus esse pacíficos / et eos qui nobis
 adversántur tibi gratos efficere, nobisque placátos :
 Per Dóminum.

Die 14 maii

S. MATTHIAS, APOSTOLUS

12 lectionum

Extra Tempus Paschale, Missa A de Apostolis, p. 749,
 cum Orationibus et Lectionibus ut infra. Tempore
 Paschali, fit ut sequitur.

INTROITUS.

Ps 63,3

T) Rotexísti me, Deus, a convéntu malignántium, alle-A
 lúia: a multitudíne operántium iniquitátem, allelúia,
 allelúia.

Ps 63,2: Exáudi, Deus, oratiónem meam cum déprecor:
 a timóre inimíci éripe ánimam meam. Glória Patri.

Protexísti me, Deus.

*Kýrie, eléison. Glória
 in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum Matthíam Apostolorum collégio sociásti : eius nobis interventióne concéde / ut, dilectiónis tuæ sorte gaudéntes, cum eléctis numerári mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 1,15-17.20a.c-26

Cecidit sors super Matthiam.

Léctio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis exsúrgens Petrus in médio fratrum dixit —erat autem turba nóminum simul fere centum vigínti— : “Viri fratres, oportébat impléri Scriptúram quam prædíxit Spíritus Sanctus per os David de Iuda qui fuit dux eórum qui comprehendérunt Iesum, quia connumerátus erat in nobis et sortítus est sortem ministérii huius.

Scriptum est enim in libro Psalmórum: Episcopátum eius accípiat álius.

Opórtet ergo ex his viris qui nobíscum congregáti erant in omni témpore quo intrávit et exívit inter nos Dóminus Iesus, incípiens a baptísmate Ioannis usque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectiónis eius nobíscum fieri unum ex istis”.

Et statuérunt duos, Ioseph qui vocabátur Barsábbas, qui cognominátus est Iustus, et Matthíam.

Et orántes dixerunt: “Tu Dómine, qui corda nosti ómnium, osténde quem elégeris ex his duóbus unum accíperere locum ministérii huius et apostolátus, de quo prævaricátus est Iudas ut abíret in locum suum”.

Et dedérunt sortes eis, et cécidit sors super Matthíam, et annumerátus est cum úndecim Apóstolis.

ALLELUIA 1.

Ps 88,6

Allelúia. V/. Confítebúntur caeli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclesia Sanctórum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 15,9-17

Ego elegi vos.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípuis suis: “Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos: manéte in dilectióne mea. Si præcépta mea servavéritis, manébitis in dilectióne mea, sicut ego Patris mei præcépta servávi et máneo in eius dilectióne. Hæc locútus sum vobis ut gáudium meum in vobis sit, et gáudium vestrum impleátur.

Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem sicut diléxi vos: maiórem hac dilectiónem nemo habet, ut ánimam suam quis ponat pro amícis suis.

Vos amíci mei estis si faciétis quæ ego præcípío vobis. Iam non dico vos servos, quia servus nescit quid facit dóminus eius: vos autem dixi amícos, quia ómnia quæ audívi a Patre meo nota feci vobis.

Non vos me elegístis, sed ego elégi vos et pósui vos ut vos eátis et fructum afferátis et fructus vester máneat, ut quodcúmque petiérítis Patrem in Nómíne meo det vobis.

Hæc mando vobis, ut diligátis ínvicem”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Fferéntes hæc múnera, quaésumus, Domine / ut in
Ecclésia tua Spíritum Sánctum effúndas : qui dignos
Evangéllii minístros elígere / et in víneam tuam míttre
curet : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 6 3,11

Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit in eo, et
laudabúntur omnes recti corde, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Amulos tuos, Dómine, spiritáli cibo potuque
confírma : ut evangélicæ semper vocatióni
fideles /
cum beáto Matthía Apóstolo tuo, testimónium Christi
resurrectionis reddámus : Per Dóminum.

Die 26 maii

S. PHILIPPUS NERI, PASTOR

Memoria

Missa A de Pastoribus, p. 815.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui fidéles tibi servos sanctitátis glória subli-
máre non desístis : concéde propítius, ut illo nos
igne Spíritus Sanctus inflámmet / quo beáti Philíppi cor
mirábíliter penetrávit : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

HOstiam tibi laudis offeréntes, quaésumus, Domine /
ut, beáti Philíppi exémplo, ad tui nóminis glóriam
proximíque servítium hílares nos semper praestamus :
Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstibus, Dómine, pasti delíciis : quaésumus, ut, beáti
 Philíppi imitatione / semper éadem, per quæ veráciter
 vívimus, appetámus : Per Dóminum.

Die 31 maii

VISITATIO B. V. MARIAE

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 44,13b.15b-16a

Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis:
 adducéntur Regi vírgines: post eam próximæ eius
 adducéntur tibi, in lætítia et exsultatióne. (T. P. Allelúia,
 allelúia.)

Ps 44,2ab: Eructávit cor meum verbum bonum: dico
 ego ópera mea Regi. Glória Patri. Vultum tuum.

*Kýrie, eléison. Glória
 in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui beátam Vírginem
 Maríam, Filium tuum gestántem, ad visitándam
 Elísabeth inspirásti : præsta, quaésumus, ut, afflánti
 Spirítui obsequentes / cum ipsa te semper magnificare
 possímus : Per Dóminum.

LECTIO.

Soph 3,14-18a

Laetare et exsulta: Dominus in medio tui.

Lectio libri Sophoniæ prophetæ.

LAuda, filia Sion, iubiláte, Israel! Lætáre et exsúlta in
omni corde, filia Ierusalem! Abstulit Dóminus
iudícium tuum,
avértit inimícos tuos; rex Israel
Dóminus in médio tui,
non timébis malum ultra. In die illa dicétur
Ierusalem: “Noli timére, Sion; ne dissolvántur
manus tuæ! Dóminus Deus tuus in médio tui,
fortis ipse salvábit, gaudébit
super te in lætítia,
commótus in dilectióne sua,
exsultábit super te in laude sicut in die convéntus”.

RESPONSORIUM.

Ps 44,3bc.5bc

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te
Deus in ætérnum.

V/. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam:
et dedúcet te mirabíliter délixtera tua.

ALLELUIA.

Ps 44,4b-5a

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúde tua inténde:
prósperere procéde, et regna. Allelúia.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps44,4b-5a

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúde tua inténde:
prósperere procéde, et regna.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino quóniam bonus:

quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

In Missis votivis in Quadragesima dicitur:

RESPONSORIUM.

Ps 44,3bc.5bc

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

V/. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirabíliter dextera tua.

TRACTUS.

Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

T. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

V/. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

V/. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

y. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

EVANGELIUM.

Lc 1,39-47

Maria abiit in montatia in civitatem Iudae.

+& Léctio sancti Evangéllii secúndum Lucam. T7 Xsúrgens

María in diébus illis ábiit in montána cum

festinatióne in civitátem Iudae, et intrávit in domum Zachariae et salutávit Elísabeth.

Et factum est, ut audívit salutatióne Mariae Elísabeth, exsultávit infans in útero eius, et repléta est Spíritu Sancto Elísabeth, et exclamávit voce magna et dixit:

“Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo.

Et beáta quæ crédidit, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt ei a Dómino”.

Et ait María: “Magníficat ánima mea Dóminum, et exsultávit spíritus meus in Deo Salvatóri meo”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

MAiestáti tuæ, Dómine, hoc nostrum gratum sit sacrificium salutáre / sicut beatíssimæ Unigéniti tui Matris habuísti acceptábilém caritátem : Per Christum.

COMMUNIO.

Zac 9,9a-c

Exsúlta, fília Sion, lauda, fília Ierusalem: ecce Rex tuus venit sanctus et Salvátor.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

MAgníficet te, Deus, Ecclesia tua : et, quem laténtem beátus Ioannes cum exsultatióne præsensit / eúndem semper vivéntem cum lætítia in hoc percípiat sacraménto : Per Dóminum.

IUNIUS

Die 1 iunii

S. IUSTINUS, MARTYR

Memoria

Missa B de Martyribus, p. 763, cum Communionem 1

COLLECTA.

Orémus.

Eus, qui per stultitiam crucis eminentem Iesu Christi sciéntiam beátum Iustinum mártirem mirabílitér docuísti : eius nobis intercessióne concéde / ut, errorum circumventióne depúlta, fidei firmitátem consequámur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Concéde nobis, quaésumus, Dómine, hæc digne frequentáre mystéria / quæ beátus Iustinus strénua virtute deféndit : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

i alimónia refécti, súpplícés te, Dóminé, deprecamur : ut, beáti Iustini mártiris mónitis obsequéntes / de accéptis donis semper in gratiárum actióne maneámus : Per Dóminum.

Die 3 iunii

SS. CAROLUS LWANGA ET SOCII, MARTYRES

Memoria

Missa C de Martyribus, p. 767, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

Eus, qui sánguinem mártýrum semen christianórum esse fecísti : concéde propítius, ut tuæ ager Ecclésiæ, qui est beatórum Cároli eiúsque sociórum cruóre ligatus / in amplam tibi messem iúgitér fecundétur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Hostias tibi, Dómine, offérimus, suppliciter exorantes : ut, sicut beátis martýribus magis mori quam peccáre tribuisti / ita nos fácias, tibi soli déditos, altári tuo ministráre : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sumpsimus, Dómine, divína sacraménta, sanctórum mártýrum tuórum victóriám recoléntes : quaésumus, ut, quæ ipsis ad perferénda supplicia contulerunt / ea nobis inter advérsa praebeant fidei caritatisque constántiam : Per Dóminum.

Die 5 iunii

S. BONIFATIUS, MARTYR PASTOR

Memoria

Missa B de Martyribus, p. 763, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

Sanctus martyr, Dómine, Bonifátius pro nobis interventor exsístat : ut fidem, quam ore dócuit et sángine consignávit, fírmiter teneamus / et opéribus profiteámur confidénter : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Obláta múnera, quaésumus, Dómine, tua benedictione sanctífica : quæ, te donánte, nos illa flamma tuæ dilectiónis accendat / per quam sanctus Bonifátius torménta sui córporis universa devíct : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Ua, Dómine, sumpsimus dona cælestia de hodierna festiuitate lætantes : praesta, quaesumus, ut, qui in hoc diuino conuicio mortem Filii tui annuntiamus / eiusdem resurrectionis et gloriæ cum sanctis martyribus participes esse mereamur : Per Dóminum.

Die 11 iunii

S. BARNABAS, APOSTOLUS

3 lectionum

INTROITUS.

Cf. Is 48,20

Ocem iucunditatis annuntiate, et audiatur, allelúia: annuntiate usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia.

Ps 65,1-2: Iubiláte Deo omnis terra: psalmum dícite nómini eius: dáte glóriam laudi eius. Glória Patri. Vocem iucunditatis.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Eus, qui beátum Bárnabam, plenum fide et Spíritu Sancto, ad géntium conversiónem segregare præcepisti : concéde, ut Evangélium Christi, quod strénue prædicávit / ore et ópere fidéliter nuntietur : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 11,21b-26; 13,1-3

Vir bonus et plenus Spiritu Sancto.

Léctio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Multus númerus credéntium conuérsum est ad Dóminum. Audítus est autem sermo in áuribus

Ecclésiæ quæ erat in Ierusalem super istis, et miserunt Bárnabam usque Antiochíam; qui cum pervénisset et vidisset grátiam Dei gávissus est et hortabátur omnes propósito cordis permanére in Dómino, quia erat vir bonus et plenus Spíritu Sancto et fide. Et appósita est turba multa Dómino.

Proféctus est autem Tarsum ut quaereret Saulum, quem cum invenísset perdúxit Antiochíam. Factum est autem eis ut annum totum conversaréntur in Ecclésia et docérent turbam multam, et cognominaréntur primum Antiochiaie discípuli Christiáni.

Erant autem in Ecclésia quæ erat Antiochiaie prophetae et doctóres: Bárnabas et Sýmeon qui vocabátur Niger, et Lúcius Cyrenénsis, et Mánaen qui erat Heródis tetrárchæ collactáneus, et Saulus.

Ministrántibus autem illis Dómino et ieiunántibus, dixit Spíritus Sanctus: “Separáte mihi Bárnabam et Saulum in opus ad quod vocávi eos”. Tunc ieiunántes et orántes imponentésque eis manus dimiserunt illos.

RESPONSORIUM.

Ps 18,5.2

In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

V/. Cæli enarrant glóriam Dei, et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

ALLELUIA.

Io 21,24a.c

Allelúia. V/. Hic est discípulus ille qui testimónium pérhibet de his; et scimus quia verum est testimónium eius. Allelúia.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Io 21,24a.c

Allelúia. V/. Hic est discípulus ille qui testimónium pérhibet de his; et scimus quia verum est testimónium eius.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 10,7-13

Euntes praedicate.

<fc Léctio sancti Evangéllii secúndum Matthaéum.

N illo témpore: Dixit Iesus Apóstolis suis:

“Eúntes prædicáte dicétes: "Appropinquávit Regnum cælórum". Infírmos curáte, mórtuos suscitáte, leprósos mundáte, dæmones eícite; gratis accepístis, gratis date.

Nolíte possidére aurum neque argéntum neque pecúniám in zonis vestris, non peram in via neque duas túnicas neque calceaménta neque virgam; dignus enim est operárius cibo suo. In quamcúmque civitátem aut castéllum intravéritis, interrogáte quis in ea dignus sit; et ibi manéte donec exeátis.

Intrántes autem in domum, salutáte eam; et si quidem fúerit domus digna, véniat pax vestra super eam; si autem non fúerit digna, pax vestra ad vos revertátur”.

SUPER OBLATA.

IBláta múnera, quaésumus, Dómine, tua benedictione sanctífica : quæ, te donánte, nos flamma tuæ dilectiónis accéndant / per quam beátus Bárnabas lumen Evangéllii gentibus áttulit : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 28,18b-19

Data est mihi omnis potéstas in cælo et in terra, allelúia: eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

ÆTérnæ pignus vitæ capiéntes, te, Dómine, humíliter
implorámus : ut, quod pro beáti Bárnabæ apóstoli
memória in imáGINE gÉRIMUS sacramÉnti / manifÉsta
perceptione sumámus : Per Dóminum.

Die 13 iunii S. ANTONIUS DE
PADOVA, DOCTOR PASTOR

Memoria

Missa C de Doctoribus, p. 784.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui pópulo tuo beátum
Antónium prædicatórem insígnem dedísti, eúmque
in necessitátibus mtercessórem : concéde, ut, eius
auxílio, cristiánæ vitæ documÉnta sectantes / in
ómniBUS adversitátibus te subveniÉntem sentiámus : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Clementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto,
novum secúndum te in beáto António créare dignatus
es : concéde propítius, ut nos páriter renovati / hanc
placatiónis hóstiam tibi acceptábilem offerámus : Per
Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

QUæsumus, omnípotens Deus : ut, qui huius
sacramÉnti munímur virtute / exÉmplo beáti
Antónii discámus te super ómnia semper inquirere, et
novi hómínis formam in hoc saeculo portáre : Per
Dóminum.

Die 19 iunii
 S. ROMUALDUS, MONACHUS
 3 lectionum

Missa C de Monachis, p. 801.

COLLECTA.

Orémus.

Eus, qui per beátum Romuáldum in Ecclésia tua
 eremíticam vitam renovásti : concéde, ut, nosmetípsos
 abnegántes et Christum sequentes / feliciter ad cæléstia
 regna mereámur ascéndere : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, hæc múnera / et ad te corda
 nostra convérte : ut unum necessárium semper
 quæréntes / tuo cúltoi præstes ésse dicátos : Per
 Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Fidèles tuos, quaésumus, Dómine, his sacraméntis
 purífica : ut beáto Romuáldo intercedénte / tua
 inspiratióne compúncti, tua semper suavitate pascántur :
 Per Dóminum.

Die 21 iunii
 S. ALOISIUS GONZAGA
 Memoria

Missa A de Sanctis, p. 836.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, cæléstium auctor donórum, qui in beáto
 Aloí-sio miram vitæ innocéntiam cum pæniténtia
 sociá-

sti : eius méritis et intercessióne concéde / ut
innocéntem non secúti, pæniténtém imitémur : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

CÆlésti convívio fac nos, Dómine, exémplo sancti
Aloísii, nuptiáli veste semper indútos
accúmbere / ut ex huius participatióne mystérii, grátia
tua dívites éfficiámur : Per Christum,

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Angelórum esca nutrítos, fac nos, Dómine, pura tibi
conversatione servíre : et, eius quem hódie cólimus
exémplo / in gratiárum semper actione manére : Per
Dóminum.

NATIVITAS S. IOANNIS BAPTISTAE

Sollemnitas

Die 23 iunii

Ad Missam in vigilia

INTROITUS.

Lc I,13b-d.15a.c.14b

NE tíneas, Zacharía, exaudíta est orátio tua: et
Elisabeth uxor tua páriet tibi fílium, et vocábis
nomen eius Ioannem: et erit magnus coram Dómino, et
Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ: et
multi in Nativitáte eius gaudébunt.

Ps 20,2: Dómine, in virtúte tua lætábitur Rex: et super
salutáre tuum exsultábit vehementer. Glória Patri. Ne tíneas,
Zacharía.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

T) Ræsta, quaésumus, omnípotens Deus / ut familia
i tua per viam salutis incédât : et beáti Ioannis Præ-
cursóris hortaménta sectándo / ad eum quem prædíxit
secúra pervéniat, Dóminum nostrum Iesum Christum
Fílium tuum : Qui tecum.

LECTIO.

Ier 1,4-10

*Priusquam te formarem in utero, novi te.***Léctio libri Ieremíæ prophetae.**

IN diébus Iosíæ: Factum est verbum Dómini ad me
dicens: “Priúsqum te formárem in útero, novi te
et ántequam exíres de vulva, sanctificávi te
et prophétam géntibus dedi te”.

Et dixi: “Heu,

Dómine Deus!

Ecce néscio loqui, quia puer ego sum”.

Et dixit Dóminus ad me:

“Noli dícere: "Puer sum",

quóniam ad quoscúmque mittam te, ibis

et univérsa quæcúmque mandávero tibi, loqueris.

Ne tímeas a fácie eórum,

quia tecum ego sum, ut éruam te”, dicit Dóminus.

Et misit Dóminus manum suam et tétigit os meum et
dixit Dóminus ad me: “Ecce dedi verba mea in ore tuo;
ecce constítui te hódie super gentes et super regna,

ut evéllas et déstruas

et dispérdas et díssipes et ædífices et plantas”.

RESPONSORIUM.

Io 1,6-7b; Lc 1,17d

Fuit homo missus a Deo, cui nomen Ioannes erat: hic
venit,

y. Ut testimónium perhibéret de lúmíne, paráre Dómino plebem perféctam.

EVANGELIUM.

Lc 1,5-17

Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium.

*& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Fuit in diébus Heródis regis Iudaeae sacérdos quídam nómine Zacharías de vice Abíæ et uxor illi de filiábus Aaron, et nomen eius Elísabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis et iustificatió nibus Dómini, irreprensíbiles. Et non erat illis filius eo quod esset Elísabeth stérilis, et ambo processíssent in diébus suis.

Factum est autem, cum sacerdotío ipse fungerétur in órdine vicis suæ ante Deum, secúndum consuetúdinem sacerdotíi sorte éxiit ut incénsus póneret ingressus in templum Dómini, et omnis multitúdo erat pópuli orans foris hora incénsi: appáruit autem illi ángelus Dómini stans a dextris altáris incénsi. Et Zacharías turbátus est videns, et timor írruit super eum.

Ait autem ad illum ángelus: “Ne tíneas, Zacharía, quóniam exaudíta est deprecátio tua, et uxor tua Elísabeth páriet tibi filium, et vocábis nomen eius Ioannem. Et erit gáudium tibi et exsultátio, et multi in nativítate eius gaudébunt: erit enim magnus coram Dómino, et vinum et síceram non bibet, et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ, et multos filiórum Israel convértet ad Dóminum Deum ipsórum. Et ipse præcédet ante illum in spíritu et virtúte Elíæ, ut convértat corda patrum in filios et incredíbiles ad prudéntiam iustórum, paráre Dómino plebem perféctam”.

SUPER OBLATA.

MUnera, Dómine, obláta sanctífica, et præsta : ut
pópulus tuus ad plenae devotiónis efféctum beáti
Baptístæ Ioannis natalítiis præparétur / quem præmisísti
Fílio tuo paráre plébem perféctam : Qui vivit et regnat.

COMMUNIO.

Ps 20,6

Magna est glória eius in salutári tuo: glóriam et
magnum decórem impónes super eum, Dómine.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Servos tuos divína alimónia satiato s, beáti Ioannis
Baptístæ, Dómine, præclára comitétur orátio : et
quem ventúrum esse prædíxit / poscat nobis favére pla-
cátum, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum :
Qui tecum vivit.

Die 24 iunii

Ad Missam in die

INTROITUS.

Cf. Is 49,1b-2c

DE ventre matris meæ vocávit me Dóminus nómine
meo: et pósuit os meum ut gládium acútum: sub
teguménto manus suæ protéxit me: pósuit me quasi
sagíttam eléctam.

Ps 91,2: Bonum est confitéri Dómino: et psállere
nomini tuo, Altíssime. Glória Patri. De ventre matris
meæ.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui beátum Ioannem Baptístam suscitásti, ut perfectam plebem Christo Dómino præparáret : da pópulis tuis spiritálium grátiam gaudiorum / et ómnium fidélium mentes dírige in viam salutis et pacis : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 49,1-6

Dabo te in lucem gentium.

Léctio libri Isaiae prophetae.

A Udíte me, ínsulæ, et atténdite, pópuli de longe:
Dóminus ab útero vocávit me,
de ventre matris meæ recordátus est n̄p̄minis mei;
et p̄osuit os meum quasi gládium acútum,
in umbra manus suæ protéxit me
et p̄osuit me sicut sagíttam eléctam,
in pháretra sua abscóndit me, et
dixit mihi: “Servus meus es tu,
Israel, in quo gloriábor”. Et ego
dixi: “In vácuum laborávi,
sine causa et vane fortitúdinem meam consúmpsi;
verúmtamen iudícium meum cum Dómino
et merces mea cum Deo meo”.
Et nunc dicit Dóminus
qui formávit me ex útero servum sibi,
ut redúcerem Iacob ad eum,
et Israel ei congregantur; et
glorificátus sum in óculis Dómini,
et Deus meus factus est fortitúdo mea. Et
dixit: “Parum est ut sis mihi servus
ad suscitándas tribus Iacob
et reliquias Israel reducéndas:
dabo te in lucem géntium,
ut sit salus mea usque ad extrémum terræ”.

RESPONSORIUM.

Ier 1,5ab.9a

Priúsqvam te formárem in útero, novi te: et ántequam exíres de ventre, sanctificávi te.

V/. Misit Dóminus manum suam, et tétigit os meum: et dixit mihi.

ALLELUIA.

Lc 1,76

Allelúia, y. Tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: præíbis ante Dóminum paráre vias eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 1,57-66.80

Ioannes est nomen eius.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

ELísabeth implétum est tempus pariéandi, et péperit filium. Et audiérunt vicíni et cognáti eius quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, et congratulabántur ei. Et factum est in die octávo venérunt circumcídere púerum, et vocábant eum nómine patris eius Zachariám.

Et respóndens mater eius dixit: “Nequáquam, sed vocábitur Ioannes”.

Et dixérunt ad illam: “Nemo est in cognatióne tua qui vocétur hoc nómine”. Innuébant autem patri eius quem vellet vocári eum.

Et póstulans pugillárem scripsit dicens: “Ioannes est nomen eius”. Et miráti sunt univérsi. Apértum est autem ílico os eius et lingua eius, et loquebátur benedícens Deum. Et factus est timor super omnes vicínos eórum, et super ómnia montána Iudaeae divulgabántur ómnia verba hæc. Et posuérunt omnes qui audíerant in corde suo dicétes: “Quid putas puer iste erit? ” Etenim manus Dómini erat cum illo.

Puer autem crescébat et confortabátur spírítu, et erat in desérto usque in diem ostensiónis suæ ad Israel.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Tua, Dómine, munéribus altária cumulámus, illíus
Nativitátem honóre débito celebrantes / qui
Salvatórem mundi et cécinit adfutúrum, et adesse
monstrávit Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium
tuum : qui vivit et regnat.

Praefatio de Monachis.

COMMUNIO.

Lc 1,76

Tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: præíbis enim
ante fáciem Dómini paráre vias eius.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstis Agni convívio refécti, quaesumus, Dómine : ut
Ecclésia tua, sumens de beáti Ioannis Baptístæ
generatióne lætítiam / quem ille prænuntiávit ventúrum,
suæ regeneratiónis agnoscat auctórem : Qui tecum vivit.

Die 25 iunii

B. IOANNES HISPANUS, MONACHUS 12

lectionum

INTROITUS.

Cf. Rom 5,5bc

Caritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, allelúia,
per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia,
allelúia.

Ps 87,2: Dómine Deus salútis meæ: in die clamávi et
nocte coram te. Glória Patri. Cáritas Dei diffúsa est.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum Ioannem suscitásti ut vírginum
Christi propósito ferret auxiliúm : tríbue,
quaésumus, nos monásticam vitam alácritér amplexos /
ad perféctam quoque perveníré caritátem : Per Dóminum.

LECTIO.

Lam 3,21-33

*Sedebit solitarius et tacebit.***Léctio libri Lamentatiónum.**

HÆc recólam in corde meo, ídeo sperábo. Misericórdiæ
Dómini, quia non sumus consúmpti,
quia non defecérunt miseratiónes eius.

Novae sunt omni mane, magna est fides tua.

“Pars mea Dóminus, dixit ánima mea;

proptérea expectábo eum”. Bonus est

Dóminus sperántibus in eum,

ánimæ quærénti illum.

Bonum est præstolari cum siléntio salutáre Dómini.

Bonum est viro, cum portáverit iugum ab adulescéntia sua.

Sedebit solitarius et tacebit, cum istud impónitur ei.

Ponet in púlvere os suum, si forte sit spes. Dabit

percutiénti se maxíllam, saturábitur oppróbriis. Quia non

repéllit in sempitérnum Dóminus. Quia si afflíxit et

miserébitur

secúndum multítudinem misericórdiárum suárum.

Non enim humiliat ex corde suo

et afflígit filios hóminum.

RESPONSORIUM.

Ps 95,8b-9a; 28,9bc

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte

Dóminum in aula sancta eius.

y. Revelábit Dóminus condénsa: et in templo eius omnes dicent glóriam.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia. V/. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 5,M2a

Beati: merces vestra copiosa est in caelis.

+fr Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Videns Iesus turbas, ascéndit in Montem; et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli eius; et apériens os suum docébat eos dicens:

“Beáti páuperes spíritu, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

Beáti qui lugent, quóniam ipsi consolabúntur.

Beáti mites, quóniam ipsi possidébunt terram.

Beáti qui esúriunt et sítiunt iustítiam, quóniam ipsi saturabúntur.

Beáti misericórdes, quia ipsi misericórdiam consequéuntur.

Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt.

Beáti pacífici, quóniam filii Dei vocabúntur.

Beáti qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

Beáti estis cum maledíxerint vobis et persecúti vos fúerint et díxerint omne malum advérsus vos, mentiéntes, propter me; gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiósa est in caelis”.

SUPER OBLATA.

Servórum tuórum, Dómine, múnera et vota benígnus
Sassúme : et evangélica profiténtes conália / tua
caritate confírma : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 33,9

Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus: beátus vir qui sperat in eo.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Divínis mystériis veneránte assúptis, te, Dómine, súpplices deprecámur : ut fámulos tuos, sacra tibi oblatióne devíntos, Sancti Spíritus igne succendas / et Fílio tuo perénni iungas consórtio : Qui tecum vivit.

Die 26 iunii

S. ANTHELMUS, MONACHUS PASTOR 12

lectio num

INTROITUS.

Ps 67,6b-7a.36b

DEus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit unánimes in domo, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

Ps 67,16a.17b: Mons Dei, mons Basan: mons in quo beneplácitum est Deo inhabitáre. Glória Patri. Deus in loco sancto suo.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, unitátis atque pacis amátor, da nobis intercessióne beáti Anthélmi : ut unánimes, quæ tua sunt semper quæréntes / te uno ore et corde laudémus : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 2,42-47

Omnes habebant omnia communia.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Erant discípuli perseverántes in doctrína Apostolorum et communicatióne, in fractiÓne panis et oratiÓnibus.

Fiébat autem omni ánimæ timor, multa quoque prodígia et signa per Apóstolos fiébant.

Omnes autem qui credíderant erant páriter et habébant ómnia commúnia, et possessionés et substántias vendébant et dividébant illas ómnibus prout cuíque opus erat; cotídie quoque perdurántes unánimiter in templo et frangéntes circa domos panem, sumébant cibum cum exsultatiÓne et simplicitáte cordis, collaudántes Deum et habéntes grátiam ad omnem plebem. Dóminus autem augébat qui salvi fierent cotídie in idípsum.

RESPONSORIUM.

Ps 132,1-2a

Ecce quam bonum, et quam iucúndum habitáre fratres in unum.

y. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

ALLELUIA.

Ps 64,2

Allelúia. V/. Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Ierusalem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 17,20-26

Ut omnes unum sin í, ui mundus credat.

*& Lectio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Sublevátis Iesus óculis in caelum, orávit dicens: “Pater sancte, non pro his rogo tantum, sed et pro eis

qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis sint, ut mundus credat quia tu me misisti.

Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi illis, ut sint unum sicut nos unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum, ut cognoscat mundus quia tu me misisti et dilexisti eos sicut me dilexisti.

Pater, quod dedisti mihi, volo ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, et mundus te non cognovit, ego autem te cognovi et hi cognoverunt quia tu me misisti, et notum feci eis Nomen tuum et notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis”.

SUPER OBLATA.

MAiestati tuæ, Dómine, caritatis et pacis offerimus sacramentum : sancti Anthelmi memoriam recolentes / qui in Ordine nostro fovit concordiam : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 13,12a.c.14b.15a.c

Dóminus Iesus postquam cenavit cum discipulis suis, lavit pedes eorum, et ait illis: Scitis quid fecerim vobis, ego Dóminus et Magister? Exemplum dedi vobis, ut et vos ita faciatis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, Dómine, hoc sacramento refectis, ita in Ecclesia conversari : ut in fractione panis perseverantes / cor unum simus et anima una : Per Dóminum.

Die 27 iunii

Die 27 iunii

S. IRENAEUS, MARTYR PASTOR

Memoria

Missa B de Martyribus, p. 763, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui beáto Irenæo epíscopo tribuísti, ut
veritátem doctrínæ pacémque Ecclésiæ felícitér
confirmáret : concéde, quaésumus, eius intercessione /
ut nos, fide et caritáte renováti, ad unitátem
concordiámque f o-véndam semper símus inténti : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Lóriam tibi, Dómine, cónferat sacrificium, quod in
vTnatáli beáti Irenæi tibi Iactanter offerimus / et
praebeat nobis dilígere veritátem : ut et inviolátam
Ecclésiæ fidem teneámus / et stábilem unitátem : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

P Er hæc sacra mystéria, quaésumus, Dómine, da
nobis fídei miserátus augméntum : ut, quæ sanctum
Irenæum epíscopum usque ad mortem reténta
glorificat / nos étiam iustíficet veráciter hanc
sequéntes : Per Dóminum.

SS. PETRUS ET PAULUS, APOSTOLI

Sollemnitás

Die 28 iunii

Ad Missam in vigilia

INTROITUS.

Act 12,11 bc

N Une scio vere quia misit Dóminus Angelum suum:
et erípuit me de manu Heródis, et de omni exspe-

ctatióne plebis Iudaeorum.

Ps 138,1b-2a: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.

Glória Patri.
Nunc scio.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Supplices, quaésumus, omnípotens Deus : ut nullis nos permíttas perturbatió nibus concuti / quos in Apostólicæ confessi ó nis petra solidásti : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Tim 4,6-8. 17-18

In reliquo reposita est mihi iustitiae corona.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Timótheum.

Aríssime: Ego iam delíbor, et tempus meæ resolu-ti ó nis instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi: in réliquo repó s ita est mihi iustítiæ coróna, quam reddet mihi Dóminus in illa die, iustus Iudex, non solum autem mihi sed et ómnibus qui díligunt advéntum eius.

Dóminus autem mihi ástitit et confortávit me, ut per me prædicá tio impleátur et áudiant omnes gentes, et liberátus sum de ore leónis. Liberábit me Dóminus ab omni ópere malo et salvum fáci et in Regnum suum supracæléste: cui glória in saécula sæculórum: amen!

RESPONSORIUM.

Ps 18,5.2

In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

V/. Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

EVANGELIUM.

Io 21,15-19a

Pasce agnos meos. Pasce oves meas.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

CUm manifestáset se Iesus discíplis suis et prandísset cum eis, dicit Simóni Petro: “Simon Ioannis, díligis me plus his? ”

Dicit ei: “Etiam, Dómine, tu scis quia amo te”.

Dicit ei: “Pasce agnos meos”.

Dicit ei íterum secúndo: “Simon Ioannis, díligis me? ”

Ait illi: “Etiam, Dómine, tu scis quia amo te”.

Dicit ei: “Pasce oves meas”.

Dicit ei tértio: “Simon Ioannis, amas me? ”

Contristátus est Petrus quia dixit ei tértio: “Amas me? ” Et dicit ei: “Dómine, tu ómnia scis, tu scis quia amo te”.

Dicit ei: “Pasce oves meas. Amen, amen dico tibi: Cum esses iúnior, cingébas te ipsum et ambulábas ubi volébas; cum autem senúeris, extédes manus tuas, et álius te cinget et ducet quo non vis”. Hoc autem dixit signíficans qua morte glorificatúrus esset Deum.

SUPER OBLATA.

MUnera, Dómine* tuis altáribus adhibémus, de beatórum apostolórum Petri et Pauli sollemnítatibus gloriántes : ut quantum nostris méritis non est digna fiducia / tantum de tua benignítate gloriemur salvánde : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 21,15b.17c

Simon Ioannis, díligis me plus his? Dómine, tu ómnia nosti: tu scis, Dómine, quia amo te.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstibus sacraméntis, quaesumus, Dómine, pópulum tuum corrobora / et doctrína Apostolorum illúmina : ut quod pie credit, appetat / quod iuste spérat, obtíneat : Per Dóminum.

Die 29 iunii

Ad Missam in die

INTROITUS.

Io 21,18-19a

Dicit Dóminus Petro: Cum esses iúnior, cingébas te, et ambulábas ubi volébas: cum autem senúeris, exténdes manus tuas, et álius te cinget, et ducet quo tu non vis: hoc autem dixit, signíficans qua morte clarificatúrus esset Deum.

Ps 18,2: Caeli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum. Glória Patri. Dicit Dóminus Petro.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui huius diéi venerándam sanctámque lætítiam in apostolorum Petri et Pauli sollemnitate tribuísti : da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum / per quos religiónis sumpsit exórdium : Per Dóminum.

LECTIO.

Gal2,1-2.7-10a

Mihi Evangelium praeputii, sicut Petro circumcisionis.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas.

FRatres: Post annos quattuórdecim íterum ascénderi Hierosólymam cum Bárnaba, assúpto et Tito;

ascénderi autem secúndum revelatióem; et cóntuli cum illis Evangélium quod praedico in géntibus, seórsum autem his qui observabántur, ne forte in vácuum cúrrem aut cucurríssem.

Sed e contra cum vidíssent quod creditum est mihi Evangélium praepúti, sicut Petro circumcisióis, qui enim operátus est Petro in apostolátum circumcisióis operátus est et mihi inter gentes, et cum cognovíssent grátiam quæ data est mihi, Iacobus et Cephas et Ioannes, qui videbántur colúmnae esse, dexteris dedérunt mihi et Bárnabæ communióis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisióem; tantum ut páuperum mémores essémus.

RESPONSORIUM.

Cf. Gai 2,8-9a; I Cor 15,10b.d

Qui operátus est Petro in Apostolátum, operátus est et mihi inter gentes; et cognovérunt grátiam Dei quæ data est mihi.

V/. Grátia Dei in me vácuca non fuit, sed grátia eius semper in me manet.

ALLELUIA.

Mt 16,18b

Allelúia. V/. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclesiám meam. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 16,13-19

Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Venit Iesus in partes Cæsaráe Philíppi et interrogábat discípulos suos dicens: “Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis?”

At illi dixérunt: “Alii Ioannem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Ieremiam, aut unum ex Prophétis”. Dicit illis: “Vos autem quem me esse dicitis?” Respóndens Simon Petrus dixit: “Tu es Christus, Fí-

lius Dei vivi”.

Respóndens autem Iesus dixit ei: “Beátus es, Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi: Tu es Petrus et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Tibi dabo claves Regni cælórum, et quodcúmque ligáveris super terram erit ligátum in cælis, et quodcúmque sólveris super terram erit solútum in cælis”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Hostiam, Dómine, quam nómini tuo exhibémus sanandam, apostólica prosequátur oratio / nosque tibi reddat in sacrificio celebrando devótos : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 16,18b

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus

A nobis, Dómine, hoc sacraménto reféctis, ita in Ecclésia conversári : ut, perseverántes in fractióne panis Apostolorúmque doctrína / cor unum simus et ánima una, tua caritate firmáti : Per Dóminum.

IULIUS

Die 3 iulii

S. THOMAS, APOSTOLUS

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 138,17

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus;
nimis confortatus est principatus eorum. Ps 138,1b-
2a: Dómine, probasti me, et cognovisti me: tu
cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.
Glória Patri. Mihi autem.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, omnipotens Deus, beati Thomae apostoli
festivitate gloriári : ut eius semper et patrocíniis
sublevemur / et vitam credentes habeámus, in nómine
eius quem ipse Dóminum agnovit, Iesum Christum
Fílium tuum : Qui tecum vivit.

LECTIO.

Act 5,27b-32.40b-42

Ibant gaudentes quoniam digni habiti sunt contumeliam pati.

Léctio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Interrogávit Apóstolos princeps
sacerdótum dicens: “Nonne præcipiéndó præcépimus
vobis ne docerétis in nómine isto? Et ecce replevistis
Ierusalem doctrína vestra, et vultis indúcere super nos
ságuinem hóminis istíus”.
Respóndens autem Petrus et Apóstoli dixerunt:

“Obcedere oportet Deo magis quam hominibus. Deus patrum nostrorum suscitavit Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno; hunc Deus Principem et Salvatorem exaltavit dextera sua, ad dandam penitentiam Israel et remissionem peccatorum. Et nos sumus testes horum verborum, et Spiritus Sanctus quem dedit Deus obediētibus sibi”.

Et Apóstolis caesis denunciaverunt ne loquerentur in nomine Iesu, et dimiserunt eos.

Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro Nominē contumeliam pati; et omni die in templo et circa domos non cessabant docentes et evangelizantes Christum, Iesum.

RESPONSORIUM.

Ps 138,17-18a

Nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

V/. Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Allelúia. T. Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 20,24-29

Dominus meus et Deus meus.

& Lēctio sancti Evangēlii secūndum Ioannem.

' 1¹ Thomas, unus ex Duodecim, qui dicitur Dídymus, JL non erat cum eis quando venit Iesus.

Dicēbant ergo ei alii discipuli: “Vidimus Dóminum”.

Ille autem dixit eis: “Nisi videro in manibus eius signum clavórum et mittam dígitum meum in signum clavórum et mittam manum meam in latus eius, non credam”.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et

Thomas cum eis. Venit Iesus iánuis clausis, et stetit in médio et dixit: “Pax vobis”.

Deínde dicit Thomae: “Infer dígitum tuum huc et vide manus meas et affer manum tuam et mitte in latus meum, et noli esse incrédulus sed fidélis”.

Respóndit Thomas et dixit ei: “Dóminus meus et Deus meus”.

Dicit ei Iesus: “Quia vidísti me, credidísti. Beáti qui non vidérunt et credidérunt”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

DEbitum tibi, Dómine, nostræ réddimus servitútis, suppliciter exorántes : ut in nobis tua múnera tueáris / qui in confessióne beáti Thomae apóstoli laudis tibi hóstias immolámus : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 20,27c.25c.27d

Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum: et noli esse incrédulus, sed fidélis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, cuius Unigéniti Corpus in cruce immolátum, in hoc veráciter sumpsimus sacraménto / præsta, quaésumus : eum Dóminum ac Deum fidéliter profitéri in víta / cui strénue adhæreámus usque ad mortem : Per Dóminum.

Die 11 iulii
 S. BENEDICTUS, MONACHUS
 12 lectio num

INTROITUS.

Ps 26,8-9a

Tibi dixit cor meum, Quæsi vi vultum tuum: vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me.

Ps 26,1a: Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo? Glória Patri. Tibi dixit cor meum.

*Kýrie, eléison. Glória
 in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui beátum Benedíctum abbátem in schola divíni servítii præclárum constituísti magístrum : tríbue, quaésumus, ut amóri tuo nihil præponéntes / víam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus :
 Per Dóminum.

LECTIO.

Sap6,12-20.21b

Sapientia facile videtur ab his, qui quaerunt illam.

Léctio libri Sapiéntiæ.

CLara est et, quæ numquam marcéscit, sapiéntia; et fáçile vidétur ab his, qui díligunt eam, et invenítur ab his, qui quærunť illam. Præóccupat, qui eam concupíscunt, ut prior se osténdat illis. Qui de luce vigiláverit ad illam non laborábit, assidéntem enim illam fóribus suis invéniet. Cogitáre ergo de illa sensus est consummátio,

et, qui vigiláverit propter illam, cito secúrus erit.
 Quóniam dignos se ipsa circuit quærens
 et in viis osténdit se illis hiláriter
 et in omni providéntia occúrrit illis.

Inítium enim illíus

veríssima est disciplínæ concupiscéntia,
 cura vero disciplínæ diléctio est, et
 diléctio custódia legum illius est,
 custodítio autem legum confirmátio incorruptiónis est,
 incorruptio autem facit esse próximum Deo;
 concupiscéntia ítaque sapiéntiæ dedúcit ad regnum.
 Cólite sapiéntiam, ut in perpétuum regnétis.

RESPONSORIUM.

Ps 117,8-9

Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in
 hómine.

V/. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in
 princípibus.

ALLELUIA.

Ps 107,2

Allelúia. V/. Parátum cor meum, Deus, parátum cor
 meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia,

EVANGELIUM.

Me 4,26-32

Semen qui germinat dum nescit homo.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Marcum.

IN illo témpore: Dicébat Iesus turbis: “Sic est Regnum
 Dei, quemádmódum si homo iáciat seméntem in terram
 et dórmiat et exsúrgat nocte ac die, et semen gérmínet et
 incréscat dum nescit ille. Ultro terra fructíficat, primum
 herbam, deínde spicam, deínde plenum fruméntum in
 spica. Et cum se prodúxerit fructus, statim mittit
 falcem, quóniam adest messis”.

Et dicébat: “Quómodo assimilábimus Regnum Dei,

aut in qua parábola ponémus illud? Sicut granum sinápis, quod cum seminátum fúerit in terra, minus est ómnibus semínibus quæ sunt in terra, et cum seminátum fúerit, ascéndit et fit maius ómnibus holéribus et facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aves caeli habitáre”.

SUPER OBLATA.

HÆc sancta, Dómine, quae in beáti Benedícti celebritáte deférimus, réspice benígnus, et praesta : ut nos, eius exémpis te quæréntes / unitátis in tuo servítio pa-císque dona consequámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 6,33a.c

Primum quaérite regnum Dei, et ómnia adiciéntur vobis, dicit Dóminus.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

ACcépto pínore vitæ æternæ, te, Dómine, suppliciter deprecámur : ut, beáti Benedícti mónitis obsequéntes, óperi tuo fidéliter serviamus / et fratres fervénti diligámus caritáte : Per Dóminum.

Die 14 iulii

B. BONIFATIUS, MONACHUS PASTOR 3

lectio num

Missa E de Monachis, p. 808.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum Bonif átium caritátis ac pastorális zeli exémplum effecísti : eius méritis concéde / ut salútem animárum in abscondito foveámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

IN tuo conspéctu, quaésumus, Dómine, talis nostra
múnera éfficiántur : quæ et placáre te valeant / et nos
tibi placere perfícient : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

TRíbuat nobis, omnípotens Deus, reféctio sancta
subsídium : ut, exémplo beáti Bonifátii, et
fraternitátis caritatem / et lumen veritátis in corde
exhibeamus et ópere : Per Dóminum.

Die 15 iulii

S. BONAVENTURA, DOCTOR PASTOR 3
lectionum

Missa A de Doctoribus, p. 777.

COLLECTA.

Orémus.

DA, quaésumus, omnípotens Deus : ut, beáti Bona-
ventúræ epíscopi natalícia celebrantes / et ipsíus
proficiámus eruditíone præclára, et caritátis ardórem
iúgiter æmulémur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

HOc sacrificium, Dómine, in natáli Bonaventuræ
oblátum : et praebeat nos dilígere veritatem / et
perfíciat nos pópulum in vera fide concórdem : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Q Uos Christo réficis pane vivo, eósdem édoce,
Dómine, Chrísto magístro : ut in festivitáte beáti
Bonaventuræ tuam discant veritatem / et eam in caritáté
ope-

réntur : Per Dóminum.

Die 22 iulii
S. MARIA MAGDALENA
12 lectionum

INTROITUS.

Cf. Ez 36,23-26

Um sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímíni ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

Ps 33,2: Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo. Glória Patri. Cum sanctificátus fúero.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

T Argíre nobis, Dómine, dementissime Pater : ut JLrf sicut beáta María Magdaléna Dóminum nostrum Iesum Christum super ómnia diligéndo, suórum obtínuit véniam peccatorum / ita nobis apud misericórdiam tuam, beatitúdinem ímpetret sempitérnam : Per Dóminum.

LECTIO.

Cant 3,2-5; 8,6-7a

Inveni quem diligit anima mea.

Léctio Cántici canticórum.

“ O Urgam et circuíbo civitátem; O per vicos et platéas quaeram quem díligit ánima mea”. Quæsívi illum et non invéni.

Invenérunt me vígiles,
 qui circúmeunt civitátem: “Num quem
 díligit ánima mea vidístis?” Páululum cum
 pertransíssem eos,
 invéni quem díligit ánima mea;
 ténui eum, nec dimíttam,
 donec introdúcam illum in domum matris meæ
 et in cubículum genetrícis meæ.
 Adiúro vos, filiæ Ierusalem,
 per cápreas cervásque campórum, ne
 suscitétis neque evigiláre faciátis diléctam,
 donec ipsa velit. Pone me ut signáculum
 super cor tuum,
 ut signáculum super brácchium tuum,
 quia fortis est ut mors diléctio,
 dura sicut inférnus æmulátio,
 lámpades eius lámpades ignis atque flammae divínæ.
 Aquæ multæ non potuérunt exstínguere caritátem,
 nec flúmina óbruent illam.

RESPONSORIUM.

Ps 45,6b.6a,5

Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus, in médio eius,
 non commovébitur.

V/. Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei:
 sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia. V/. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus
 firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 7,36-50

Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Rogábat Iesum quidam de Pharisaéis
 ut manducáret cum illo; et ingressus domum Pharisaei

discúbuit. Et ecce múlier quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit quod accúbuit in domo Pharisæi, áttulit alabástrum unguénti et stans retro secus pedes eius flens, lácrimis coepit rigáre pedes eius et cápillis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes eius et unguénto ungébat.

Videns autem Pharisæus qui vocáverat eum, ait intra se dicens: “Hic si esset prophéta sciret útique quæ et qualis múlier quæ tangit eum, quia peccátrix est”.

Et respóndens Iesus dixit ad illum: “Simon, hábeo tibi áliquíd dícere”.

At ille ait: “Magíster, dic”.

“Duo debitóres erant cuidam fæneratóri; unus debébat denários quingéntos, álius quinquagínta. Non habéntibus illis unde rédderent, donávit utrísque. Quis ergo eórum plus díliget eum?”

Respóndens Simon dixit: “Æstimo quia is cui plus donávit”.

At ille dixit ei: “Recte iudicásti”. Et convérsus ad mulierem, dixit Simóni: “Vides hanc mulierem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti: hæc autem lácrimis rigávit pedes meos et capíllis suis tersit. Osculum mihi non dedísti: hæc autem ex quo intrávi non cessávit osculári pedes meos. Oleo caput meum non unxísti: hæc autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remíssa sunt peccáta eius multa, quóniam diléxit multum; cui autem minus dimíttitur, minus díligit”.

Dixit autem ad illam: “Remíssa sunt peccáta tua”.

Et cœpérunt qui simul accumbébant dícere intra se: “Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit?”

Dixit autem ad mulierem: “Fides tua te salvam fecit; vade in pace”.

SUPER OBLATA.

S Alutáris hóstiæ munus sacrándum, Dómine, nostrórum exúrat rubíginem vitiórum : ut in beátæ Ma-

riæ Magdalénæ commemoratione / compunctiõnis
grátiam cõsequi mereámur : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 12,3b-d

María ergo unxit pedes Iesu et extérsit capillis suis, et
domus impléta est ex odóre unguénti.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Mysteriórum tuórum, Dómine, sancta percéptio
perseverántem illum nobis amórem infúndat /
quo beáta María Magdaléna Christo magístro suo
indesinenter adhæsit : Qui tecum vivit.

Die 23 iulii

S. IOANNES CASSIANUS, MONACHUS 3

lectionum

Missa D de Monachis, p. 805.

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, quæsumus, Dómine, inter mundi huius
varietátes toto corde rebus cæléstibus adhærere /
qui per beátum Ioannem abbátem evangélicæ nobis
perfectiõnis documénta donásti : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

A Ccépta tibi sint, quæsumus, Dómine, múnera
nostræ servitútis pro beáti Ioannis
commemoratiõne altári tuo propósita : et concéde, ut, a
terrénis impediméntis absolíti / te solo dívites
éfficiámur : Per Chri-

stum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Per huius virtútem sacraménti, quaésumus, Dómine, beáti Ioannis exémplo, deduc nos iúgiter in tua dilectione / et opus bonum quod cœpísti in nobis, pérfice usque in diem Christí Iesu : Qui tecum vivit.

Die 25 iulii

S. IACOBUS, APOSTOLUS

12 lectio num

INTROITUS.

Sap 10,20b-21

Victrícem manum tuam, Dómine, laudavérunt páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum, et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.
Ps 97,1: Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabilia fecit. Glória Patri. Victrícem manum tuam, Dómine.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Apostolorum
tuorum primítias beáti Iacobi sángine dedicásti :
da, quaesumus, Ecclesiæ tuæ ipsíus confessióne firmári /
et iúgiter patrocíniís coní o veri : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 4,7-15

Semper mortificationem Iesu in corpore circumferentes.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad
Corínthios.

Ratres: Habémus thesáurum in vasis fictílibus, ut
sublímitas sit virtútis Dei, et non ex nobis; in ómnibus
tribulatióne pátimur sed non angustiámur, aporiámur
sed non destitúimur, persecutióne pátimur sed non
derelinquimur, deícimur sed non perímus, semper
mortificatióne Iesu in córpore circumferétes, ut et
vita Iesu in córpore nostro manifestétur. Semper enim
nos qui vívimus in mortem trádimur propter Iesum, ut
et vita Iesu manifestétur in carne nostra mortáli. Ergo
mors in nobis operátur, vita autem in vobis.

Habétes autem eúndem Spíritum fídfeí, sicut
scriptum est: “Crédidi, propter quod locútus sum”, et
nos crédimus, propter quod et lóquimur, sciétes
quóniam qui suscitávit Dóminum Iesum et nos cum Iesu
suscitábit et constítuet vobíscum. Omnia enim propter
vos, ut grátia, abúndans per multos, gratiárum actióne
abundáre fáciat in glóriam Dei.

RESPONSORIUM.

Ps 44,17b-18a.17a.18c

Constítues eos príncipes super omnem terram:
mémores erunt nóminis tui, Dómine.

V/. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii; proptérea pópuli confitebúntur tibi.

ALLELUIA.

I Cor 5,8a,d

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 20,20-28

Calicem quidem meum bibetis.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Accéssit ad Iesum mater filiórum Zebedaí cum filiis suis adórans et petens áliquid ab eo.

Qui dixit ei: “Quid vis?”

Ait illi: “Dic ut sédeant hi duo filii mei unus ad déxteram tuam et unus ad sinístam in Regno tuo”.

Respóndens autem Iesus dixit: “Nescítis quid petátis; potéstis bíbere cálicem quem ego bibitúrus sum?”

Dicunt ei: “Póssumus”.

Ait illis: “Cálicem quidem meum bibétis, sedére autem ad déxteram meam et sinístam non est meum dare illud, sed quibus parátum est a Patre meo”.

Et audiéntes decem indignáti sunt de duóbus frátribus.

Iesus autem vocávit eos ad se et ait: “Scitis quia príncipes géntium dominántur eórum et qui magni sunt potestátem exércent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicúmque volúerit inter vos magnus fíeri erit vester mínister, et quicúmque volúerit inter vos primus esse erit vester servus; sicut Fílius hóminis non venit ministrári sed ministráre et dare ánimam suam redemptiόνem pro multis”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Munda nos, Dómine, passiónis Filii tui baptísmate salutári : ut in festo sancti Iacobi, quem primum inter Apóstolos cálicis eius partícipem esse voluisti / beneplácitum tibi sacrificium offerámus : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 20,23

Sedére autem ad déxteram meam vel sinístram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est a Patre meo.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Per huius sacraménti virtútem, fámulos tuos, Dómine, in veritáte confírma : et praesta, ut in tribulatiónibus positi / gáudeant se Christi sacrificio sociári : Per Dóminum.

Die 26 iulii

SS. IOACHIM ET ANNA, PARENTES B. V. MARIAE

Memoria

Missa C de Sanctis, p. 843.

COLLECTA.

Orémus.

Omne, Deus patrum nostrorum, qui beáti Ioachim et Annae hanc grátiam contulisti ut ex eis in-carnáti Fílii tui Mater nascerétur : utriúsque précibus concéde / ut salutem tuo promíssam pópulo consequámur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, quaesumus, Domine, munera nostrae devotionis / et praesta ut eiusdem benedictionis, quam Abrahae et eius semini promisisti, mereamur esse partícipes : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, qui Unigénitum tuum ex homínibus nasci voluísti, ut homines ex te mirábili mystério rénasce-réntur : quaesumus, ut, quos filiórum pane satiásti / adoptiόνis spírítu benignitáte tua sanctífices : Per Dóminum.

Die 29 iulii

S. MARTHA

Memoria

INTROITUS.

Mt 25,34b

Veníte, benedícti Patris mei, percípíte regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab origine mundi, alie-

lúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus:
quóniam in saeculum misericórdia eius.

Glória Patri.

Veníte, benedícti Patris mei.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Mnípotens sempitérne Deus, cuius Fílius in domo beatae
Marthae dignátus est hospitári : da, quaesumus, ut,
eiusdem intercessione / Christo in frátribus nostris
fidéliter ministrántes, in aede cælésti a te récipí
mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Prov 31,10-13.19-20.30-31

Mulier timens Dominum ipsa laudabitur.

Léctio libri Proverbiórum.

Mulierem fortem quis invéniet? Longe super
gemmas pretium eius. Confidit in ea cor viri
sui et spóliis non indigébit. Reddet ei bonum et
non malum

ómnibus diébus vitæ suæ.

Quaesivit lanam et linum

et operáta est delectatióne mánuum suárum.

Manum suam misit ad colos,

et dígiti eius apprehendérunt fusum.

Palmas suas apéruit ínopi

et manum suam exténdit ad páuperem.

Fallax grátia et vana est pulchritúdo;

múlier timens Dóminum ipsa laudábitur.

Date ei de fructu mánuum suárum,

et laudent eam in portis ópera eius.

RESPONSORIUM.

Ps 40,5.2

Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quóniam peccávi tibi.

V/. Beátus qui intéllegit super egénium et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

ALLELUIA.

Ps 146,3

Allelúia. V/. Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 11,19-27

Martha ut audivit quia Iesus venit, occurrit illi.

*& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Multi ex Iudaeis vénerant ad Martham et Mariám ut consolaréntur eas de fratre. Martha ergo ut audivit quia Iesus venit, occúrrit illi; Mariá autem domi sedébat.

Dixit ergo Martha ad Iesum: “Dómine, si fuísses hic, frater meus non esset mórtuus; sed et nunc scio quia quæcúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus”.

Dicit illi Iesus: “Resúrget frater tuus”.

Dicit ei Martha: “Scio quia resúrget in resurrectione in novíssimo die”.

Dixit ei Iesus: “Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, et si mórtuus fúerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc?”

Ait illi: “Utique, Dómine; ego crédidi quia tu es Christus Fílius Dei qui in mundum venísti”.

SUPER OBLATA.

T N beáta Martha te, Dómine, mirábilem prædicántes,
-L maiestátem tuam supplicítér exorámus : ut, sicut eius tibi gratum éxstitit caritátis obséquiium / sic nostræ servítútís accépta reddántur officia : Per Christum.

COMMUNIO.

Io li, 25b-26a

Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

C Orporis et Sánguini Unigéniti tui sacra percéptio, Dómine, ab ómnibus nos cadúcis rebus avértat : ut, exémplo beátæ Marthæ, valeámus tibi et sincéra in terris caritáte proficere / et tui perpétua in caelis visione gaudére : Per Dóminum.

Die 31 iulii

S. IGNATIUS, PASTOR

3 lectionum

Missa C de Pastoribus, p. 822, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui, ad maiórem tui nóminis glóriam propagándam, beátum Ignátium in Ecclésia tua suscitásti : concéde, ut, eius auxílio et imitatióne certántes in terris / coronári cum ipso mereámur in caelis : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

PLáceant, Dómine Deus, oblatiões in celebratióne sancti Ignátii tibi delátæ : et praesta, ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti / nos quoque in veritate sanctíficent : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

GAudis hóstia, Dómine, quam pro sancto Ignátio grátias agéntes obtulimus / ad perpétuam nos ma-

iestátis tuæ laudationem perdúcat : Per Dóminum.

AUGUSTUS

Die 1 augusti

S. ALFONSUS M. DE LIGUORI, DOCTOR PASTOR

Memoria

Missa C de Doctoribus, p. 784.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras
exempla virtútum : da nobis in zelo animárum beáti
Alfónsi Maríæ apíscopi ita vestígiis adhærere / ut eius in
caelis assequámur et praémia : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

CÆlésti, Dómine, Spíritus igne corda nostra clementer
exúre : qui beáto Alfónso Maríæ tribuísti et hæc
mystéria celebrare / et per éadem, hóstiam tibi
sanctam seípsum exhibere : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui beátum Alfónsum Maríam fidélem
dispensatórem et præcónem tanti Mystérii'
providísti : concéde, ut fidéles tui illud frequénter
percípiant / et, percipiéndo, te sine fine colláudent : Per
Dóminum.

Die 4 augusti

S. IOANNES M. VIANNEY, PASTOR

Memoria

Missa **B** de Pastoribus, p. 818, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens et miséricors Deus, qui sanctum Ioannem Mariám presbýterum pastoráli stúdio miráblem effecísti : da, quaésumus, ut, eius exémplo et inter-cessione / fratres in caritáte Christo lucrémur, et cum eis ætérnam glóriam cónsequi valeámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Propitiáre, Dómine, supplicationibus nostris : et ab omni culpa líberos esse concéde / ut, purificánte nos grátia tua, iisdem quibus famulámur mystériis emundémur : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Refectióne sacra enutrítos, fac nos, omnípotens Deus, exémplo beáti Ioannis Mariae iúgiter sequéntes / te pérpeti devotióne cólere, et indeféssa ómnibus caritate profícere : Per Dóminum.

Die 5 augusti

B. GUILLELMUS HORN, MARTYR MONACHUS

3 lectionum

Missa D de Martyribus, p. 770.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui beáto Guillélmo usque ad mortem pro iustítia certáre tribuísti : fac nos, eius intercessióne, pro amóre tuo ómnia advérsa tolerare / et ad te, qui solus es vita, tota virtuté properáre : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

HOstias tibi, Dómine, pro commemoratióne beáti
mártyris tui Guillélmi offerimus / quem a tui
córporis unitáte nulla tentátio separávit : Qui vivis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Spíritum, Dómine, fortitudinis et pacis hæc nobis
tríbuat mensa cæléstis / ut, sancti Guillélmi
exémplo, vitam nostram ad honórem et unitátem
Ecclésiæ libénter impendámus : Per Dóminum.

Die 6 augusti

TRANSFIGURATIO DOMINI

12 lectionum

INTROITUS.

Ps76,19bc

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: commóta est,
et contrémuit terra.

Ps 83,2-3a: Quam dilécta tabernácula tua, Dómine
virtútum: concupíscit, et déficit ánima mea in átria
Dómini.

Glória Patri.

Illuxérunt coruscatiónes.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa
Transfiguratióne patrum testimónio roborasti / et
adoptiónem filiórum perféctam mirábiliter præsignásti :
concéde nobis fámulis tuis, ut, dilécti Fílii tui vocem
audientes / eiúsdem coherédes éfficí'mereámur : Per
Dómi-

num.

LECTIO.

2 Pete 1,16-19

Filius meus, in quo Ego mihi complacui.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Petri apóstoli.

Aríssimi: Non captiósas fábulas secúti notam féci-mus vobis Dómini nostri Iesu Christi virtútem et advéntum, sed speculatóres facti illíus magnítudinis.

Accípiens enim a Deo Patre honórem et glóriam, voce proláta ad eum huiuscémodi a magnífica glória, “Fílius meus, diléctus meus hic est, in quo Ego mihi complácuí”— et hanc vocem nos audívimus de cælo prolátam cum essémus cum ipso in Monte sancto.

Et habémus firmiorem prophéticum sermónem, cui bene fáctis attendéntes quasi lucérnæ lucénti in caliginóso loco, donec dies illucéscat et lúcifer oriátur in córdibus vestris.

RESPONSORIUM.

Ps 44,3ab.2

Speciósus forma præ filiis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis.

V/. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi: lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.

ALLELUIA.

Sap 7,26

Allelúia. V/. Candor est lucis ætérnæ, spéculum sine mácula, et imágo bonitátis illíus. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 9,28b-36

Facta est, dum oraret, species vultus eius altera.

& Léctio sancti Evangélli secúndum Lucam.

IN illo témpore: Assúmpsit Iesus Petrum et Ioannem et Iacobum et ascéndit in montem ut oráret.

Et facta est, dum oráret, spécies vultus eius áltera et vestítus eius albus refúlgens. Et ecce duo viri loquebántur cum illo, et erant Móyses et Elías, qui visi in glória dicébant éxodum eius, quem completúrus erat in Ierusalem.

Petrus vero et qui cum illo graváti erant somno; et evigilántes vidérunt glóriam eius et duos viros qui stabant cum illo.

Et factum est cum discéderent ab illo ait Petrus ad Iesum: “Præcéptor, bonum est nos hic esse et faciámus tria tabernácula, unum tibi et unum Móysi et unum Eliæ”, nésciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes et obumbrávit eos; et timuérunt intrántibus illis in nubem.

Et vox facta est de nube dicens: “Hic est Fílius meus eléctus, ipsum audíte”. Et dum fieret vox, invéntus est Iesus solus.

Et ipsi tacuérunt et némini dixérunt in illis diébus quidquam ex his quæ víderant.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

OBláta múnera, quaésumus, Dómine, gloriósa Unigéniti tui Transfiguratióne sanctífica / nosque a peccatórum máculis, splendóribus ipsíus illustrationis, emún-da : Per Christum.

Praefatio Nativitatis.

COMMUNIO.

Mt 17,9b

Visiónem quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

CÆléstia, quaésumus, Dómine, aliménta quæ
súmpsimus in eius nos transfórment imaginem /
cuius claritátem gloriósa Transfiguratióne manifestáre
voluísti : Per Dóminum.

Die 8 augusti

S. DOMINICUS, PASTOR

3 lectionum

Missa A de Pastoribus, p. 815.

COLLECTA.

Orémus.

A Diuvet Ecclésiám tuam, Dómine, beátus Domínicus
méritis et doctrínis : atque pro nobis efficiátur
piíssimus interventor / qui tuæ veritátis éxstitit
prædicátor exímus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

T) Reces, quas tibi, Dómine, offérimus, intercedénte
JL beáto Domínico, cleménte inténde : et, huius
sacrificii virtúte potéti / propugnatóres fidei grátia
tuæ protectione confírma : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstis, Dómine, virtútem sacraméti, quo in beáti
commemoratióne Domínici pasti sumus : percípiat
Ecclésia tua plenæ devotiónis afféctu / et cuius
prædicatióne flóruit, eius intercessione iuvétur : Per
Dóminum.

Die 10 augusti
S. LAURENTIUS, MARTYR
12 lectionum

INTROITUS.

Ps 95,6

Confessio, et pulchritudo in conspectu eius: sanctitas,
et magnificentia in sanctificatione eius. Ps 95,1:
Cantate Domino canticum novum: cantate Domino,
omnis terra. Glória Patri. Confessio, et pulchritudo.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, quaesumus, omnipotens Deus, vitiórum
nostrórum flammam exstinguere / qui beáto Lauréntio
tribuisti tormentórum suórum incendiá superáre : Per
Dóminum.

LECTIO.

Rom8,31b-39

*Nulla creatura poterit nos separare a caritate Dei.***Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.**

FRatres: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui
Fílio suo non pepéruit, sed pro nobis ómnibus tradidit
illum, quómodo non étiam cum illo ómnia nobis
donábit? Quis accusábit advérsus eléctos Dei? Deus qui
iustificat; quis est qui condémnet? Christus Iesus qui
mórtuus est, immo qui suscitátus est, qui et est ad
déteram Dei, qui étiam interpéllat pro nobis. Quis nos
separábit a caritáte Christi? Tribulátio an angústia an
persecútio an fames an núditas an perículum an gládus?

Sicut scriptum est: “Propter te mortificámur tota die, æstimáti sumus ut oves occisiónis”.

Sed in his ómnibus supervíncimus per eum qui diléxit nos. Certus sum enim quia neque mors neque vita neque ángeli neque principátus neque instántia neque futúra neque virtútes neque altitúdo neque profúndum neque ália quaelibet creatúra póterit nos separáre a caritaté Dei quæ est in Christo Iesu Dómino nostro.

RESPONSORIUM.

Ps 16,3

Probásti, Dómine, cor meum, et visitásti nocte. V/. Igne me examinásti, et non est invénta in me iníquitas.

ALLELUIA.

Ps 111,1

Allelúia. V/. Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 12,24-26

Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater.

<fr Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem. N

illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis:

“Amen, amen dico vobis: Nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet; si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdit eam, et qui odit ánimam suam in hoc mundo in vitam ætérnam custódiat eam.

Si quis mihi minístrat, me sequátur, et ubi sum ego, illic et miníster meus erit: si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater”.

SUPER OBLATA.

HÆc hóstia, Dómine, quam in beáti Laurenti! triumpho deférimus : corda nostra tui amóris igne iúgiter

inflámmet / et ad promíssa perseverántibus praemia dispónat : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 12,26ab

Qui mihi minístrat, me sequátur: et ubi ego sum, illic et miníster meus erit.

POST COMMUNIÓNEM. Orémus.

Sacro múnere satiáti súpplíces te, Dómine, deprecámur : ut quod débitae servitútis celebrámus officio / intercedénte beáto Lauréntio mártire tuo, salvatió-nis tuæ sentiamus augméntum : Per Dóminum.

Die 11 augusti

S. CLARA, VIRGO MONIALIS

Memoria

Missa C de Virginibus, p. 832, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui beátam Claram ad paupertátis amórem misericórditer adduxísti : eius nobis intercessióne concede / ut, in paupertáte spíritus Christum sequéntes, ad tui contemplatiónem in cælésti regno perveníré mereámur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

IN beáta vírgine Clara te, Dómine, mirábilem prædicántes, maiestátem tuam supplicítér exorámus : ut, sicut eius tibi grata sunt mérita / sic nostræ servitútis accépta reddantur officia : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Divíni múnere participatióne refécti, quaésumus,
Dómine Deus noster : ut, exémplo beatae Clarae,
mortificatióne Iesu in córpore nostro circumferentes /
tibi soli adhærere studeámus : Per Dóminum.

ASSUMPTIO B. V. MARIAE

Sollemnitas

Die 14 augusti

Ad Missam in vigilia

INTROITUS.

Ps 44,13b.15b-16a

Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis:
adducéntur Regi vírgines: post eam próximæ eius
adducéntur tibi, in lætítia et exsultatióne.
Ps 44,2ab: Eructávit cor meum verbum bonum: dico
ego ópera mea Regi. Glória Patri. Vultum tuum
deprecabúntur.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui virginálem aulam beátæ Mariae in qua ha-
bitáres elígere dignátus es : da, quaésumus, ut sua
nos defensióne munítos / iucúndos fáciat suæ interésse
festivitáte : Qui vivis et regnas.

LECTIO.

Iudi 13,18b.19-20c

Benedicta tu prae omnibus mulieribus.

Léctio libri Iudith.

Benedicta tu es, filia, Deo excélso præ ómnibus
muliéribus, quæ sunt super terram. Quóniam non

discédet laus tua a corde hóminum memorántium
virtútis Dei usque in sempitérnium.

Et fáciat tibi ea Deus in exaltatióem ætérmam, ut
vísitet te in bonis, pro eo quod non pepercísti ánimæ
tuæ propter humilitátem géneris nostri, sed prosilísti in
ruínam nostram in diréctum ámbulans in conspéctu Dei
nostri.

RESPONSORIUM.

Ps 44,12ab.11

Concupívit Rex decórem tuum: quóniam ipse est
Dóminus Deus tuus.

V/. Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: et
oblivíscere pópulum tuum, et domum patris tui.

EVANGELIUM.

Lc 11,27-28

Beatus venter qui te portavit.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Loquente Iesu ad turbas, extóllens
vocem quaedam múlier de turbá dixit illi: “Beátus
venter qui te portávit, et úbera quæ suxísti”.

At ille dixit: “Quinímmo beáti qui áudiunt verbum
Dei et custódiunt”.

SUPER OBLATA.

MUnera nostra, Dómine, apud cleméntiam tuam Dei
Genetrícis commendet orátio : quam idcírco de
præsénti saéculo transtulísti / ut pro peccátis nostris
apud te fiduciáliter intercédant : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 44,3bc

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te
Deus in ætérmum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Cælésti múnere satiátos, omnípotens Deus, tua nos
protectione custódi : et, intercedénte beáta María,
concéde ut veniénte Sponso Fílio tuo Unigenito / accén-
sis lampádibus, eius digne præstolemur occúrsum : Per
Dóminum.

Die 15 augusti

Ad Missam in die

INTROITUS. (IN DIE SOLLEMNITATIS)

GAudeámus omnes in Dómino, diem festum
celebrántes sub honóre beatae Mariae Vírginis, de
cuius Assumptióne gaudent Angeli, et colláudant Fílium
Dei.

Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in
civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri.
Gaudeámus omnes in Dómino.

INTROITUS. (IN MISSIS VOTIVIS) Ps 16,15

EGo autem cum iustítia apparebo in conspéctu tuo:
satiábor dum manifestábitur glória tua. Ps 16,7ab:
Mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes
in te. Glória Patri. Ego autem.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui immaculátam
Vírginem Maríam, Filii tui Genetrícem, córpore et
ánima ad cæléstem glóriam assumpsísti : concéde,
quæsu-

mus, ut ad supérna semper inténti / ipsíus glóriæ
mereámur ésse consórtes : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 21,1-5a

Tabernaculum Dei cum hominibus.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

EGo Ioannes vidi Caelum novum et Terram novam: primum enim caelum et prima terra abiérunt, et mare iam non est. Et Civitátem sanctam Ierusalem novam vidi descendéntem de caelo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Et audívi vocem magnam de throno dicéntem: “Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis, et ipsi pópuli eius erunt, et ipse Deus cum eis erit, eórum Deus, et abstérget omnem lácrimam ab óculis eórum, et mors ultra non erit, neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra: quia prima abiérunt”.

Et dixit qui sedébat super throno: “Ecce nova fácio ómnia”.

RESPONSORIUM.

Ps 44,5bc.11a.12a

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirabíliter délixtera tua.

V/. Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam.

ALLELUIA.

Iudi 15,9b

Allelúia. V/. Tu glória Ierusalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS.

Iri Quadragesima, omissó Allelúia, dici potest Tractus:

TRACTUS.

Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

V/. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

T. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

T. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

V/. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Iudt 15,9b

Allelúia. V/. Tu glória Ierusalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 1,46-55

Fecit mihi magna qui potens est.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Ait María: “Magníficat ánima mea Dóminum, et exsultávit spíritus meus in Deo Salvatóri meo,

quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ. Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes: quia fecit mihi magna qui potens est,

et sanctum Nomen eius, et misericórdia eius in progénies et progénies

timéntibus eum. Fecit
 poténtiam in brácchio suo,
 dispérsit supérbos mente cordis sui;
 depósuit poténtes de sede
 et exaltávit húmiles,
 esuriéntes implévit bonis
 et dívites dimísit inánes.
 Suscépit Israel púerum suum,
 memorári misericórdiæ, sicut
 locútus est ad patres nostros,
 Abraham et sémini eius in sæculá”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

A Scéndat ad te, Dómine, nostræ devotionis oblátio :
 et, beatíssima Vírgine María in cælum assúmpta
 intercedente / corda nostra, caritátis igne succénsa, ad
 te iúgiter aspírent : Per Christum.

COMMUNIO. (IN DIE SOLLEMNITATIS) Lc 1,48b-49a

Beátam me dicent omnes generatiónes, quia fecit mihi
 magna qui potens est, allelúia.

In Missis votivis, dici potest etiam sequens Communio:

COMMUNIO.

Ps 44,8ab

Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem: proptérea
 unxit te Deus, Deus tuus.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SUmptis, Dómine, salutáribus sacraméntis : da,
 quaésumus, ut intercessióne beátæ Mariæ Vírginis
 in cælum assíimptæ / ad resurrectiόνis glóriam
 perduóá-mur : Per Dóminum.

Die 20 augusti
S. BERNARDUS, DOCTOR MONACHUS
12 lectionum

INTROITUS.

Psl8,15bc

Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper:
Dómine, adiutor meus, et redemptor meus. Ps 18,9:
Iustitiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: præceptum
Dómini lúcidum, illúminans óculos. Glória Patri.
Meditatio cordis mei.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui beátum Bernárdum abbátem, zelo domus
tuæ succénsum, in Ecclésia tua lucére simul et ardére
fecísti : eius nobis intercessióne concede / ut, eódem
spíritu fervéntes, tamquam filii lucis iúgiter ambulémus :
Per Dóminum.

LECTIO.

I Cor 12,31- 13,13 (*LB: 12,31- 13,3.8-13*)

Cognoscam sicut et cognitus sum.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Corínthios.

FRatres: Æmulámini charísmata maióra. Et adhuc
excellentiórem viam vobis demónstro. Si linguis
hóminum loquar et angelórum, caritátem autem non
hábeam, factus sum velut æs sonans aut cýmbalum
tínniens.

Et si habúero prophetíam et nóverim mystéria ómnia
et omnem sciéntiam, et si habúero omnem fidem ita ut

montes transférā, caritātem autem non habúero, nihil sum.

Et si distribúero in cibos omnes facultātes meas, et si tradídero corpus meum ut glórier, caritātem autem non habúero, nihil mihi prodest.

Cáritas pátiens est, benígna est cáritas, non æmulátur, non agit supérbe, non inflátur, non est ambitiósā, non quærit quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitātem, congáudet autem veritāti: ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet.

Cáritas numquam éxcidit. Sive prophetiæ, evacuabúntur; sive linguæ, cessábunt; sive sciéntia, destruétur. Ex parte enim cognóscimus et ex parte prophetámus; cum autem vénerit quod perféctum est, evacuábitur quod ex parte est.

Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus; quando factus sum vir, evacuávi quæ erant párvuli.

Vidémus enim nunc per spéculum in ænigmatē, tunc autem fácie ad fáciem; nunc cognóscō ex parte, tunc autem cognóscam sicut et cógnitus sum.

Nunc autem manet fides, spes, cáritas, tria hæc; maior autem ex his est cáritas.

RESPONSORIUM.

Eph 3,17-19

Det vobis Pater Christum habitāre per fidem in córdibus vestris, in caritāte radicāti et fundāti: ut possitis comprehéndere cum ómnibus Sanctis, quæ sit latitúdo et longitúdo, et sublímities et profúndum.

V/. Scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritātem Christi: ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

ALLELUIA.

Lc 24,32b

Allelúia, y. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 6,43-49

Qui audit sermones meos, similis est aedificanti supra petram.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dicébat Iesus discípuis suis: “Non est arbor bona fáciens fructum malum, neque íterum arbor mala fáciens fructum bonum. Unaquaeque enim arbor de fructu suo cognóscitur, neque enim de spinis cólligunt ficus, neque de rubo vindémiant uvam. Bonus homo de bono thesáuro cordis profert bonum, et malus homo de malo profert malum: ex abundántia enim cordis os eius lóquitur.

Quid autem vocátis me: Dómine, Dómine, et non fáciatis quæ dico? Omnis qui venit ad me et audit sermónes meos et facit eos, osténdam vobis cui símilis sit: símilis est hómini ædificánti domum, qui fodit in altum et pósuit fundaméntum supra petram; inundatióne autem facta, illísum est flumen dómui illi, et non pótuit eam movére, bene enim ædificáta erat.

Qui autem audívit et non fecit, símilis est hómini ædificánti domum suam supra terram sine fundaménto, in quam illísus est flúvius, et contínuo cécidit, et facta est ruína domus illíus magna”.

SUPER ORLATA.

MAiestáti tuæ, Dómine, unitátis et pacis offérimus sacraméntum : sancti Bernárdi abbátis memóriam recolentes / qui, verbo et ópere præclárus, Ecclésiæ tuæ órdinis concórdiam strénué procurávit : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 15, Hab

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplébis me lætítia cum vultu tuo, Dómine.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Cibus quem sumpsimus, Dómine, in celebratióne beáti Bernárdi suum in nobis operétur efféctum : ut, eius exémpis roboráti et mónitis eruditi / Verbi tui incarnáti rapiamur amóre : Qui tecum vivit.

Die 21 augusti

S. PIUS X, PASTOR

Memoria.

Missa A de Pastoribus, p. 815.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui, ad tuéndam cathólicam fidem et univérsa in Christo instauránda / sanctum Pium papam cælésti sapiéntia et apostólica fortitúdiné replevisti : concéde propítius, ut eius institúta et exémpa sectantes / praémia consequamur æténa : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Oblatió nibus nostris, Dómine, benígne susceptis : da, quaésumus, ut hæc divína mystéria, sancti Pii papæ mónita secuti / sincéris tractémus obséquiiis, et fidéli mente sumámus : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Memóriam sancti Pii papæ celebrántes, quaésumus, Dóminé Deus noster : ut, virtúte mensæ cæléstis, constántes efficiámur in fíde / et in tua simus caritate

Factum est autem in nocte illa, et ecce sermo Dómini ad Nathan dicens: “Vade et lóquere ad servum meum David: Hæc dicit Dóminus: Numquid tu ædificábis mihi domum ad habitándum? Ego tuli te de páscuis sequéntem greges, ut esses dux super pópulum meum Israel, et fui tecum in ómnibus ubicúmque ambulásti et interféci univérsos inimícos tuos a fácie tua; fecíque tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra.

Et ponam locum pópulo meo Israel et plantábo eum, et habitábit in eo et non turbábitur ámplius; nec addent filii iniquitátis, ut afflígant eum sicut prius et ex die, qua constitúti iúdice super pópulum meum Israel, et réquiem dabo tibi ab ómnibus inimícis tuis. Prædicítque tibi Dóminus quod domum fáciat tibi Dóminus.

Et stábilis erit domus tua et regnum tuum usque in ætérnum ante fáciem meam, et thronus tuus erit firmus iúgiter”.

RESPONSORIUM.

Ps 44,5bc. 11 a. 12a

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirábiliter dextera tua.

V/. Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam.

ALLELUIA.

ludt 15,9b

Allelúia. V/. Tu glória Ierusalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 1,39-56 (LE: 39-47 vel 46-55)

Mater Domini mei.

& Lécitio sancti Evangélli secúndum Lucam. T?

Xsúrgens María in diébus illis ábiit in montána cum festinátione in civitátem Iudae, et intrávit in domum Zachariae et salutávit Elísabeth.

Et factum est, ut audívit salutatióem Mariae Elísabeth, exsultávit infans in útero eius, et repléta est Spíritu Sancto Elísabeth, et exclamávit voce magna et dixit: “Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutatióis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo.

Et beáta quæ crédidit, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt ei a Dómino”.

(1) Et ait María: “Magníficat ánima
mea Dóminum

et exsultávit spíritus meus in Deo Salvatóri meo,

quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ.

Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatióes:

quia fecit mihi magna qui potens est,

et sanctum Nomen eius, et misericórdia eius

in progénies et progénies

timéntibus eum. Fecit poténtiam

in brácchio suo,

dispérsit supérbos mente cordis sui;

depósuit poténtes de sede

et exaltávit húmiles,

esuriéntes implévit bonis

et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum,

memorári misericórdiæ, sicut

locútus est ad patres nostros,

Abraham et sémini eius in sæculá”.

Mansit autem María cum illa quasi ménsibus tribus, et revérsa est in domum suam.

(1) *Secunda lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Ait María:...

SUPER OBLATA.

MEmóiriam recoléntes beátæ Vírginis Mariae, tibi,
Dómine, múnera nostra offérimus : deprecántes ut
eius nobis succúrrat humánitas / qui tibi oblatiónem
seípsum in cruce óbtulit ímmaculátam : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 44,8ab

Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem: proptérea
unxit te Deus, Deus tuus.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sumptis, Dómine, sacraméntis cæléstibus, te súpplícés
deprecámur : ut, qui beátæ Vírginis Mariæ
memóriam venerándo recolimus / ætéрни convívii
mereámur ésse partícipes : Per Dóminum.

Die 24 augusti

S. BARTHOLOMAEUS, APOSTOLUS 12

lectionum

INTROITUS.

Ps 138,17

Mihi autem nimis honoráti sunt amíci tui, Deus;
nimis confortátus est principátus eórum. Ps 138,1b-
2a: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu
cognovísti sessiónem meam, et resurrectionem meam.
Glória Patri. Mihi autem.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

Die 24 augusti

COLLECTA.

Orémus.

Robora in nobis, Dómine, fidem, qua Fílio tuo beátus Bartholomaeus apóstolus sincéro ánimo adhæsit : et praesta, ut, ipso deprecante / Ecclésia tua cunctis géntibus salutis fiat sacraméntum : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap21,9b-14

Super ipsis fundamentis duodecim nomina Apostolorum Agni.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

Locútus est ángelus mecum dicens: “Veni, osténdam tibi sponsam uxórem Agni”. Et sústulit me in spírítu super montem magnum et altum et osténdit mihi Civitátem sanctam Ierusalem descendéntem de caelo a Deo, habéntem glóriam Dei; lumen eius símile lápidi pretiosíssimo, tamquam lápidi iáspidi, in modum crystálli; et habébat murum magnum et altum, et habébat portas duódecim et super portas Angelos duódecim et nómina inscripta, quæ sunt duódecim tríbuum filiórum Israel.

Ab oriénte portæ tres et ab aquilóne portæ tres et ab austro portæ tres et ab occásu portæ tres: et murus Civitátis habens fundaménta duódecim et super ipsis duódecim nómina duódecim Apostolórum Agni.

RESPONSORIUM.

Ps 138,17-18a

Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum.

y. Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Allelúia, y. Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego reficiam vos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 19,27-29

Sedebitis super thronos duodecim.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

T N illo témpore: Dixit Petrus ad Iesum: “Ecce nos relí-
quimus ómnia et secúti sumus te: quid ergo erit nobis?”

Iesus autem dixit illis: “Amen dico vobis quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in throno glóriæ suæ, sedébitis et vos super thronos duódecim iudicántes duódecim tribus Israel.

Et omnis qui relíquit domos vel fratres aut soróres aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet et vitam ætérrnam possidébit”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Populi tui vota, Dómine, propitiátus inténde : ut per quos inítium divínæ cognitiónis accepit / per eos usque in finem saéculi cápiat regni cæléstis augméntum : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Mt 19,28

Vos qui secúti estis me, sedébitis super sedes, iudicántes duódecim tribus Israel.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

REiecti, Dómine, pane cælésti ad vitam, quaésumus, nutriamur ætérrnam : ut, Fílio tuo in opéribus iustis apte occurrentes / eius déxteræ sociáti regnum mereámur possidere cæléste : Per Dóminum.

Die 27 augusti

S. MONICA

Memoria

Missa A de Sanctis, p. 836.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, mæréntium consolator / qui beatae Mónica
pías lácrimas in conversióne filii sui Augustíni
misericórditer suscepísti: da nobis, utriúsque intervéntu,
peccáta nostra deplorare / et grátia tuæ indulgéntiam
inveníre : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, múnera populi tui : et praesta, ut,
qui Fílii tui imménsæ caritátis opus recolimus / in
tui et próximi dilectióne, Sanctórum tuórum exémplo,
confirmémur : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Divíni operátio sacraménti, omnípotens Deus, in hac
festivitáte beátæ Mónica illúminet nos páritér et
inflámmet : ut et sanctis iúgiter desidériis ferveámus / et
bonis opéribus abundémus : Per Dóminum.

Die 28 augusti

S. AUGUSTINUS, DOCTOR PASTOR 12

lectionum

INTROITUS.

Sir 15,5

IN médio Ecclesiæ apéruit os eius, et implévit eum
Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus; stola glóriæ
ín-

duit eum.

Ps 91,2: Bonum est confitēri Dómino, et psállere
nómini tuo, Altíssime.

Glória Patri.

In médio Ecclésiæ.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

INnova, quaésumus, Dómine, in Ecclésia tua spíritum
quo beátum Augustínus episcopum imbuísti : ut,
eódem nos repléti, te solum veræ fontem sapiéntiæ
sitiã-mus / et supérni amóris quærámus auctórem : Per
Dóminum.

LECTIO.

I Io 4,7-16

Qui manet in caritate in Deo manet.

Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

CARÍSSIMI, diligámus ínvicem, quóniam cáritas ex
Deo est, et omnis qui díligit ex Deo natus est et
cognóscit Deum. Qui non díligit non cognóvit Deum,
quóniam Deus cáritas est.

In hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Fílium
suum unigénitum misit Deus in mundum ut vivámus per
eum.

In hoc est cáritas, non quasi nos dilexérimus Deum,
sed quóniam ipse diléxit nos et misit Fílium suum
propitiatióem pro peccátis nostris.

Caríssimi, si sic Deus diléxit nos, et nos debémus
altérutrum díligere. Deum nemo vidit umquam; si
diligámus ínvicem, Deus in nobis manet et cáritas eius
in nobis consummáta est.

In hoc cognóscimus quóniam in ipso manémus et ipse

in nobis, quóniam de Spíritu suo dedit nobis. Et nos vídimus et testificámur quóniam Pater misit Fílium Salvatórem mundi.

Quisquis conféssus fúerit: “Iesus est Fílius Dei”, Deus in ipso manet et ipse in Deo. Et nos cognóvimus et credídimus caritáti quam habet Deus in nobis.

Deus cáritas est, et qui manet in caritáte in Deo manet et Deus in eo manet.

RESPONSORIUM.

Ps 33,12,6

Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos. V/.
Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ non confundéntur.

ALLELUIA.

Ps 88,6

Allelúia. T. Confitebúntur caeli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 23,8-12

Magister vester unus est, Christus.

**fr* Lécio sancti Evangélli secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus ad discípulos suos: “Vos nolíte vocári Rabbi; unus enim est Magíster vester, omnes autem vos fratres estis.

Et patrem nolíte vocáre vobis super terram, unus enim est Pater vester, cæléstis.

Nec vocémini magístri, quia Magíster vester unus est, Christus.

Qui maior est vestrum, erit mínister vester.

Qui autem se exaltáverit humiliábitur, et qui se humiliáverit ex altábitur”.

SUPER OBLATA.

SAlútis nostræ memoriále celebrántes, cleméntiam tuam, Dómine, suppliciter exoramus / ut hoc sacraméntum pietátis fiat nobis signum unitátis et vínculum caritátis : Per Christum.

COMMUNIO.**Cf. Io 7,37a.38a.c-39a**

Ultimo festivitátis die dicébat Iesus: Qui in me credit, flúmina de ventre eius fluent aquæ vivæ: hoc autem dixit de Spíritu, quem acceptúri erant credétes in eum, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.**Orémus.**

DEus, quem dilígere et amáre iustítia est, múltiplica super nos misericordiam tuam : ut nos, quos fecísti ad te, his sacraméntis refecti / in tuo amóre quiescámus : Per Dóminum.

Die 29 augusti

PASSIO S. IOANNIS BAPTISTAE

3 lectionum

INTROITUS.**Ps 63,11**

Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit in eo, et laudabúntur omnes recti corde.

Ps 63,2: Exáudi, Deus, oratióem meam cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam. Glória Patri.

Lætábitur iustus in Dómino.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui beátum Ioannem Baptístam et nascéntis et moriéntis Fílii tui Præcursórem esse voluísti : concéde, ut, sicut ille veritátis et iustítiæ martyr occúbuit / ita et nos pro tuæ confessióne doctrínæ strenue certé-mus : Per Dóminum.

LECTIO.

Ier 1,17-19

Dedi te regibus Iudæ.

Léctio libri Ieremíæ prophétæ.

IN diébus illis: Factum est verbum Dómini ad me, dicens: “Tu accínges lumbos tuos, et surge et lóquere ad eos ómnia, quæ ego præcípio tibi: ne tímeas a fácie eórum, alióquin timére te fáciam vultum eórum. Ego quippe dedi te hódie in civitátem munitam et in colúmnam férream et in murum aereum contra omnem terram, régibus Iudæ, princípibus eius et sacerdotibus et pópulo terræ; et bellábunt advérsus te et non prævalébunt, quia tecum ego sum, ait Dóminus, ut eríperem te”.

RESPONSORIUM.

Ps 20,4b.3

Posuísti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretiósio.

V/. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei, et voluntáte labiórurum eius non fraudásti eum.

ALLELUIA.

Ps 111, 1

Allelúia. V/. Beátus vir qui timet Dóminum; in mandá-

tis eius cupit nimis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 6,17-29

Spiculator decollavit Ioannem in carcere.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Marcum.

IN illo témpore: Heródes misit ac ténuit Ioannem et vinxit eum in cárcere propter Herodíadem uxórem Philíppi fratris sui, quia dúxerat eam.

Dicébat enim Ioannes Heródi: “Non licet tibi habére uxórem fratris tui”. Herodías autem insidiabátur illi et volébat occídere eum nec póterat: Heródes enim metuébat Ioannem, sciens eum virum iustum et sanctum, et custodiébat eum, et audíto eo multum hæsitábat, et libénter eum audiébat.

Et cum dies oportúnus accidisset quo Heródes natáli suo cenam fecit princípibus suis et tribúnis et primis Galilaeae, cumque introísset filia ipsíus Herodíadis et saltásset, plácuít Heródi simúlque recumbéntibus.

Rex ait puellae: “Pete a me quod vis, et dabo tibi”. Et iurávit iUi multum: “Quidquid petíeris a me, dabo tibi, usque ad dimídium regni mei”.

Quæ cum exísset, dixit matri suæ: “Quid petam? ”

At illa dixit: “Caput Ioannis Baptístæ”.

Cumque introísset statim cum festinatióne ad regem, petívit dicens: “Volo ut prótinus des mihi in disco caput Ioannis Baptístæ”.

Et contristátus rex propter iusiurándum et propter recumbéntes nóluit eam decípere et statim misso spiculatoré rex præcépit afférrí caput eius. Et ábiens decollávit eum in cárcere et áttulit caput eius in disco et dedit illud puellae, et puélla dedit illud matri suæ.

Quo audíto discípuli eius venérunt et tulérunt corpus eius et posuérunt illud in monuménto.

SUPER OBLATA.

DEus, qui beátum Præcursórem Filii tui tanto múnere ditasti / ut aqua baptizáret, a quo et sángine baptizarétur : præsta, ut pópuli tui oblátio in eius sacrificium transeat / qui mundi vóluit peccáta miseratus abluere : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 16,24b

Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

REpléti, Dómine, munéribus hóstiæ salutáris : illíus, quaésumus, oratióibus adiuvemur / qui hanc pro nobis singuláriter immolándam et verbo dócuit, et próprii sánguinis effusione signávit : Per Dóminum.

SEPTEMBER

Die 3 septembris

S. GREGORIUS MAGNUS, DOCTOR PASTOR

12 lectionum

INTROITUS.

Cf. Sir 45,30

STátuit ei Dóminus testaméntum pacis; et princípem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dígnitas in ætérnum. Ps 88,2a: Misericórdias Dómini: in ætérnum cantábo. Glória Patri. Státuit ei Dóminus.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui pópulis tuis indulgéntia cónsulis et amóre domináris : da spíritum sapiéntiæ quibus dedísti régimen disciplínæ / ut de proféctu sanctárum óvium fiant gáudia æténa pastórum : Per Dóminum.

LECTIO.

Cf. Sir 44,16-27; 45,2-20

Ecce sacerdos magnus.

Léctio libri Sirácidæ.

ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est iustus, et in témpore iracúndiæ factus est reconciliatio.

Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi. Ideo iureiurádo, fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput eius.

Cognóvit eum in benedictiónibus suis, conservávit illi misericórdiam suam, et invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum, et dedit illi corónam glóriæ.

Státuit illi testaméntum sempitérnum, et dedit illi sacerdotium magnum, et beatificávit illum in glória.

Fungi sacerdotio, et habére laudem in nómine ipsíus. Et offérre illi incénsus dignum in odórem suavitátis.

RESPONSORIUM.

Ps 109,4. la

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: Tu es Sacérdos in ætérum, secúndum órđinem Melchisedech. T. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis.

ALLELUIA.

Ps 88,21

Allelúia. V/. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 5, M 1

Iesus sedens docebat de navicula turbas.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Cum turba urgéret Iesum et audíret verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genésareth, et vidit duas naves stantes secus stagnum; piscatóres autem descénderant de illis et lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navem, quæ erat Simónis, rogávit eum a terra redúcere pusillum, et sedens docébat de navícula turbas.

Ut cessávit autem loqui, dixit ad Simónem: “Duc in altum et laxáte rétia vestra in captúram”.

Et respóndens Simon dixit: “Præcéptor, per totam noctem laborántes nihil cépimus; in verbo autem tuo laxábo rétia”.

Et cum hoc fecíssent, conclusérunt píscium multitudínem copiósam, rumpebántur autem rétia eórum. Et annuérunt sóciis qui erant in ália navi, ut venírent et adiuvárent eos, et venérunt, et implevérunt ambas navículas ita ut mergeréntur.

Quod cum vidéret Simon Petrus, prócidit ad génuá Iesu dicens: “Exi a me, quia homo peccátor sum, Dómine” : stupor enim circumdéderat eum et omnes, qui cum illo erant, in captúra píscium quos céperant, simíliter autem et Iacobum et Ioannem, filios Zebedæi, qui erant sócii Simónis.

Et ait ad Simónem Iesus: “Noli timére, ex hoc iam hómines eris cápiens”.

Et subdúctis ad terram návibus, relíctis ómnibus secúti sunt illum.

SUPER OBLATA.

ANnue nobis, quaesumus, Dómine : ut, in celebratióne beáti Gregórii, hæc nobis prosit oblatio / quam

immolándo totíus mundi tribuísti relaxari delícta : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 6,5 lc

Panis quem ego dédero caro mea est, pro sæculi vita.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

QUos Christo réficis pane vivo, eósdem édoce, Dómine, Christo magístro : ut in commemoratióne beáti Gregórii tuam discant veritatem / et eam in caritaté operéntur : Per Dóminum.

Die 7 septembris

S. STEPHANUS, MONACHUS PASTOR 3

lectionum

Missa F de Monachis, p. 812.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens et miséricors Deus, ad cuius beatitúdinem sempitérnám non fragilitáte carnis sed alacritáte mentis ascenditur / fac nos, cum beáto Stéphano, átria supérnæ civitátis sémper ambíre : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

MUnera tibi, Dómine, in festivitáte beáti Stéphani oblata sanctífica : ut quos onus culpæ ante fecit éxsules / allevátio poténtis déxteræ cæléstes restituat cives : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Visita nos, Dómine, abs te peregrinántes, ac pane Angelórum sémper restáura : ut, ætéрни tabernáculi

habitatione percépta / plenitudine perénnis póculi re-
pleámur : Per Dóminum.

Die 8 septembris
NATIVITAS B. V. MARIAE
Sollemnitas

INTROITUS. (IN DIE SOLLEMNITATIS)

Audeámus omnes in Dómino, diem festum cele-
brántes sub honóre beátæ Mariæ Vírginis, de cuius
Nativitáte gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.
Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in
civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri.
Gaudeámus omnes in Dómino.

INTROITUS. (IN MISSIS VOTIVIS) Ps44,13b.15b-16a

T T Ultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis:
V adducéntur Regi vírgines: post eam próximæ eius
adducéntur tibi, in lætítia et exsultatióne. (T. P. Allelúia,
allelúia.)

Ps 44,2ab: Eructávit cor meum verbum bonum: dico
ego ópera mea Regi.

Glória Patri.

Vultum tuum.

Kyrie, *eléison*.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

FAmulis tuis, Dómine, cæléstis grátiae muníis
impertíre : ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit
salútis

exordium / Nativitátis eius votíva sollémnitas pacis
tribuát incrementum : Per Dóminum.

LECTIO.

Mic5,1-4a

Parturiens pariet.

Léctio libri Michææ prophetae.

HÆc dicit Dóminus: “Sed tu,
Béthlehem Ephrata, párvulus in
mílibus ludæ:

ex te mihi egrediétur qui sit dominátor in Israel; et
egréssus eius a tempóribus antíquis,
a diébus æternitátis.

Propter hoc dabit eos

usque ad tempus, in quo partúriens páriet; et
relíquiæ fratrum eius

converténtur ad filios Israel. Et stabit et
pascet in fortitúdone Dómini,

in sublimitáte nóminis Dómini Dei sui; et
habitábunt secúre, quia nunc magnus erit
usque ad términos terræ, et
erit iste pax”.

RESPONSORIUM.

Ps 44,3bc.5bc

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te
Deus in ætérnum.

V/. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam:
et dedúcet te mirabíliter délixtera tua.

ALLELUIA.

Ps 44,4b-5a

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúdone tua inténde:
prósperere procéde, et regna. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS. In Quadragesima,

omisso Allelúia, dici potest Tractus:

TRACTUS.

Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

T. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

V/. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

V/. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

V/. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 44,4b-5a

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde: próspere procéde, et regna.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 1, 1-16

María, de qua natus est Iesus.

f Inítium sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

Liber generatiónis Iesu Christi filii David, filii Abraham.

Abraham génuit Isaac, Isaac autem génuit Iacob, Iacob autem génuit Iudam et fratres eius, Iudas autem génuit Phares et Zara de Thamar, Phares autem génuit Es-

rom, Esrom autem genuit Aram, Aram autem genuit Amínadab, Amínadab autem genuit Naásson, Naásson autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit lobed ex Ruth, lobed autem genuit Iesse, Iesse autem genuit David regem.

David autem genuit Salomónem ex ea quæ fuit Uriae, Sálomon autem genuit Róboam, Róboam autem genuit Abíam, Abía autem genuit Asa, Asa autem genuit Iosaphat, Iosaphat autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Ozíam, Ozías autem genuit Ioatham, Ioatham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechíam, Ezechías autem genuit Manássen, Manásses autem genuit Amon, Amon autem genuit Iosiam, Iosias autem genuit Iechoniam et fratres eius in transmigratióne Babylónis.

Et post transmigratióne Babylónis Iechonias genuit Saláthiel, Saláthiel autem genuit Zoróbabel, Zoróbabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Elíachim, Elíachim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eléazar, Eléazar autem genuit Matthan, Matthan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocátur Christus.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

DEus, qui bona cuncta ínchoas benígnus et pérficis :
da nobis, de Nativitáte Sanctæ Dei Genetrícis
lactantibus / sicut de ínitiis tuæ grátia gloriámur, ita
de perfectione gaudére : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps44,3bc

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te
Deus in ætérnum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

EXsúltet Ecclésia tua, Dómine, quam sacris mystériis
refecisti / de beatae Mariæ Vírginis Nativitáte
congáudens, quæ univérso mundo spes fuit et aurora
salútis : Per Dóminum.

Die 13 septembris

S. IOANNES CHRYSOSTOMUS, DOCTOR PASTOR

3 lectionum

Missá B de Doctoribus, p. 780, cum Communioné 2.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, in te sperántium fortitudo / qui beátum
Ioannem Chrysóstomum episcopum mira
eloquéntia et tribulatiónis experiménto claréscere
voluísti : da nobis, quaesumus, ut, eius doctrinis eruditi
/ invíctæ patiéntiæ roborémur exémplo : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Sacrificium tibi pláceat, Deus, in commemoratióne
beáti Ioannis Chrysóstomi libénter exhibítum / quo
monénte, nos étiam totos tibi réddimus collaudántes :
Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Concéde, miséricors Deus : ut mystéria, quæ pro
beáti Ioannis Chrysóstomi commemoratióne
sumpsimus / nos in tua caritaté confirment, et tuæ
fidéles confessóres veritatis efficiant : Per Dóminum.

Die 14 septembris
EXALTATIO SANCTAE CRUCIS
12 lectio num

INTROITUS.

Cf. Gai 6,14a

Nos autem gloriári opórtet in cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus. (T. P. Allelúia, allelúia.)

Ps 66,2: Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. Glória Patri. Nos autem gloriári.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis. (In Missis votivis, o mittitur.)

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui Unigéniti tui Dómini nostri Iesu Christi pretiósó Sáanguine humánum genus redímere dignatus es : concéde propítius, ut qui ad adorándam vivífi-cam Crucem adveniunt / a peccatórum suórum nexibus liberéntur : Per Dóminum.

LECTIO.

Gai 2,19-21; 6,14-16

Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas.

Fratres: Ego per Legem Legi mórtuus sum ut Deo vivam. Christo confixus sum cruci: vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus; quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me et trádedit se ipsum pro me. Non írritam fácio grátiam Dei; si enim per Legem

iustítia, ergo Christus gratis mórtuus est.

Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifíxus est et ego mundo. Neque enim circumcísio áliquid est, neque præpútium, sed nova creatúra.

Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint, pax super illos et misericórdia, et super Israel Dei.

RESPONSORIUM.

Phil 2,8b-9

Christus factus est pro nobis oboédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

V/. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi Nomen, quod est super omne nomen.

ALLELUIA.

Cf. Gai 6,14a

Allelúia. V/. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS. In Quadragesima

omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Cf. Gai 6,14a

Allelúia. V/. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Mt 28,2bc

Allelúia. V/. Angelus Dómini descéndit de caelo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 3,13-17

Exaltari oportet Filium hominis.

*& Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus Nicodémo: “Nemo ascéndit in caelum nisi qui descéndit de caelo, Filius hóminis. Et sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto, ita exaltári opórtet Fílium hóminis, ut omnis qui credit in ipso hábeat vitam ætérnam”.

Sic enim diléxit Deus mundum, ut Fílium suum Unigénitum daret, ut omnis qui credit in eum non péreat sed hábeat vitam ætérnam. Non enim misit Deus Fílium in mundum ut iúdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

HÆc oblátio, Dómine, quaésumus, ab ómnibus nos purget offensis / quæ in ara Crucis totíus mundi túlit offénsam : Per Christum.

Praefatio propria, Praefatio I vel II Passionis.

COMMUNIO.

Ps23,10b

Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ. (T. P. Allelúia.)

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

REfectióne tua sancta enutríti, Dómine Iesu Christe, súpplicés deprecámur : ut, quos per lignum Crucis vivíficæ redemísti / ad resurrectiónis glóriam perdúcas : Qui vivis et regnas.

Die 16 septembris
SS. CORNELIUS ET CYPRIANUS,
MARTYRES PASTORES
12 lectionum

INTROITUS.

Ps 27,8-9b.d

Dominus fortitúdo plebis suæ, et protéctor
salutárium Christi sui est: salvum fac pópulum tuum,
Dómine, et bénedic hereditáti tuæ, et rege eos usque
in saéculum.

Ps 27,1: Ad te, Dómine, clamábo, Deus meus, ne síleas
a me: nequándo táceas a me, et assimilábor
descendéntibus in lacum. Glória Patri. Dóminus fortitúdo
plebis suæ.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui pópulo tuo beátos Cornélium et
Cypriánum sédulos pastóres et invíctos mártýres
præstitísti : concéde ut, eórum intercessióne, fide et
constántia roborentur / et pro Ecclésiæ unitáte óperam
tribuamus impénse : Per Dóminum.

LECTIO.

Col 1,24-29

Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossénses.

Fratres: Nunc gáudeo in passiónibus pro vobis, et
adímpleo ea quæ desunt passiónum Christi in carne
mea pro córpore eius, quod est Ecclésia, cuius factus
sum ego mínister secúndum dispensatióem Dei quæ

data est mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei, mystérium quod abscónditum fuit a saeculis et generatióibus — nunc autem manifestátum est sanctis eius, quibus vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ mystérii huius in géntibus, quod est Christus in vobis, spes glóriæ; quem nos annuntiámus, commonétes omnem hóminem et docétes omnem hóminem in omni sapiéntia, ut exhibeámus omnem hóminem perféctum in Christo; ad quod et labóro certádo secúndum operatióem eius quæ operátur in me in virtúte.

RESPONSORIUM.

Phil 2,8b-9

Christus factus est pro nobis oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

V/. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi Nomen quod est super omne nomen.

ALLELUIA.

Ps 99,2ab

Allelúia. V/. Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 10,11-16

Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus.

**fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus: “Ego sum pastor bonus: bonus pastor ánimam suam ponit pro óvibus; mercennárius et qui non est pastor, cuius non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem et dimíttit oves et fugit —et lupus rapit eas et dispérgit— quia mercennárius est, et non pértinet ad eum de óvibus.

Ego sum pastor bonus: et cognóscó meas, et cognóscunt me meæ, sicut novit me Pater, et ego agnóscó Patrem: et ánimam meam pono pro óvibus.

Et álias oves hábeo quæ non sunt ex hoc ovíli, et

illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient, et fient unus grex, unus pastor.

SUPER OBLATA.

Suscipe, quaésumus, Dómine, múnera pópuli tui pro mártýrum tuórum passiónibus dicáta sanctórum : et quæ beátis Cornélio et Cypriáno in persecutióne fortitúdinem ministrarunt / nobis quoque praebeant inter adversa constántiam : Per Christum.

COMMUNIO.

1 Peti 2,9b

Pópulus acquisitionis annuntiáte virtútes eius, allelúia, qui vos de ténebris vocávit in admirábile lumen suum, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Per hæc mystéria quæ sumpsimus, Dómine, súpplices exorámus : ut, sanctórum mártýrum Cornélii et Cypriáni exémplo, spíritus tui fortitúdine confirmati / evangélicæ veritáti possimus testimónium perhibére : Per Dóminum.

Die 21 septembris.

S. MATTHAEUS, APOSTOLUS EVANGELISTA

12 lectionum

INTROITUS.

Ps 138,17

Mihi autem nimis honor ati sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum. Ps 138,1b-2a: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiόνem meam. Glória Patri. Mihi autem.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui ineffábili misericórdia beátum Matthaéum ex publicáno Apóstolum es dignatus eligere : da nobis, eius exémplo et intercessióne suffiiltis / ut, te sequéntes, tibi fírmiter adhærere mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 4,7-13

Unicuique data est gratia secundum mensuram donationis.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

F Ratres: Unicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi.

Propter quod dicit: “Ascéndens in altum captívam duxit captivitátem, dedit dona homínibus” —illud autem 'ascéndit' quid est nisi quia et descéndit in inferióres partes terræ? Qui descéndit ipse est et qui ascéndit super omnes cælos ut impléret ómnia—.

Et ipse dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, álios vero Evangelístas, álios autem pastóres et doctóres, ad instructiόνem sanctórum in opus ministérii, in ædificatióne cörperis Christi, donec occurrámus omnes in unitátem fidei et agnitiónis Filii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

RESPONSORIUM.

Ps 138,17-18a

Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum.

V/. Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Allelúia. V/. Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego reficiam vos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 9,9-13

Sequere me.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Cum transíret Iesus vidit hóminem sedéntem in telóneo, Matthaéum nómine, et ait illi: “Séquere me”. Et surgens secútus est eum.

Et factum est discumbénte eo in domo, ecce multi publicáni et peccatóres veniéntes simul discumbébant cum Iesu et discípulis eius. Et vidéntes Pharisaeí dicébant discípulis eius: “Quare cum publicanis et peccatóribus mandúcat Magíster vester?”

At ille áudiens ait: “Non est opus valéntibus médico sed male habéntibus. Eúntes autem díscite quid est: Misericórdiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocáre iustos sed peccatóres.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

MEmóriam beáti Matthaei recenséntes, preces et hóstias tibi, Dómine, deférimus, supplícitér exorántes : ut erudítio veritátis illuminet / quos prophéticus et apostólicus sérmo infórmát : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 15,16b.d

Ego vos elégi de mundo, ut eátis, et fructum afferátis, et fructus vester máneat.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Salutáris gáudii partícipes, Dómine, quo laetus, Salvatórem in domo sua convívam, sanctus Matthaesus

excépit : da, ut cibo semper reficiámur / illíus qui non iustos sed peccatóres vocáre venít ad salútem : Qui tecum vivit.

Die 26 septembris

SS. COSMAS ET DAMIANUS, MARTYRES 3

lectionum

Missa E de Martyribus, p. 774.

COLLECTA.

Orémus.

MAgníficet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ et Damiáni veneránda memória : quia et illis glóriam sempitérnam / et opem nobis ineffábili providéntia contulísti : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

IN tuórum, Dómine, pretiósa morte iustórum, sacrificium illud offerimus / de quo martýrium sumpsit omne princípium : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

COrpus Fílii tui, Dómine, quod sumpsimus, infirmitátes nostras auferat / intercessióne eórum qui própria córpora pro Christo immoláre non dubitavérunt : Qui tecum vivit.

Die 27 septembris

S. VINCENTIUS DE PAUL, PASTOR

Memoria

Missa C de Pastoribus, p. 822, cum Communionem 1

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui ad salútem páuperum et eleri
institutióne beátum Vincéntium presbýterum
virtútibus apostólicis imbuísti : præsta, quaésumus, ut,
eódem spírítu ferventes / et amémus quod amávit, et
quod dócuit operémur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

D Eus, qui beáto Vincéntio divína celebrant! mystéria
tribuísti quod tractábát imitári : concéde, ut,
huius sacrificií virtute / ipsi quoque in oblatiÓne tibi
acceptábilem transeámus : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

C Æléstibus, Dómine, refécti sacraméntis, súpplícés
deprecámur : ut ad imitándum Fílium tuum
paupéribus evangelizantem / sicut exémplis beáti
Vincéntii provocámur, ita et patrocínus adiuvémur : Per
Dóminum.

Die 29 septembris
SS. MICHAEL ET OMNES ANGELI
Sollemnitas

INTROITUS.

Ps 102,20

Benedícite Dóminum omnes Angeli eius, potétes
virtúte: qui fáctis verbum eius, ad audiéndam
vocem sermónum eius.
Ps 102,1: Bénedic, ánima mea, Dómino: et ómnia,
quæ intra me sunt, nómini sancto eius. Glória Patri.
Benedícite Dóminum.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui miro órđine, Angelórum ministéria hominúmque dispénsas : concéde propítius, ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper asastitur / ab his in terra vita nostra muniátur : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 5,11-14

*Audivi vocem angelorum multorum.***Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.**

EGo, Ioannes, vidi, et audívi vocem angelórum multórum in circúitu Throni et Animálium et Seniórum, et erat númerus eórum myriádes myriádum et mília milium dicéntium voce magna: “Dignus est Agnus qui occísus est accípere virtútem et divítias et sapiéntiam et fortitúdinem et honórem et glóriam et benedictiónem”.

Et omnem creatúram quæ in caelo est et super terram et sub terram et super mare et quæ in eis ómnia, audívi dicétes: “Sedénti super thronum et Agno benedictio et honor et glória et potéstas in sæculá sæculórum”. Et quattuor Animália dicébant: “Amen”, et Senióres cecidérunt et adoravérunt.

RESPONSORIUM.

Ps 102,20ab.1

Benedícite Dóminum, omnes Angeli eius, potétes virtúte, qui fáctis verbum eius.

V/. Bénedic, ánima mea, Dómino, et ómnia interióra mea, nomen sanctum eius.

ALLELUIA.

Ps 148,2

Allelúia. V/- Laudáte Deum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS. In Quadragesima
emittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 148,2

Allelúia. V/. Laudáte Deum, omnes Angeli eius:
laudáte eum, omnes virtútes eius.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Mt 28,2bc

Allelúia. V/. Angelus Dómini descéndit de caelo: et
accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum.
Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et
vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 18,1-5.10

Angeli pusillorum in caelis semper vident faciem Patris.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illa hora accessérunt discípuli ad Iesum dicétes:
“Quis putas maior est in Regno cælórum?”

Et ádvocans párvulum, státuit eum in médio eórum et
dixit: “Amen dico vobis: Nisi convérsi fuéritis et
efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in Regnum
cælórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut
párvulus iste, hic est maior in Regno cælórum. Et qui
suscéperit unum párvulum talem in Nómine meo, me
súscipit.

Vidéte ne contemnátis unum ex his pusillis; dico enim
vobis, quia ángeli eórum in caelis semper vident fáciem
Patris mei qui in caelis est”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

H Ostias tibi, Dómine, laudis offérimus, suppliciter deprecántes : ut eásdem, angélico ministério in conspéctum tuæ maiestátis delátas, et placátus accipias / et ad salútem nostram proveníre concédas : Per Christum.

Praefatio propria, Praefatio IV Temporis per annum.

COMMUNIO.

Dan 3,59

Benedícite, omnes Angeli Dómini, Dóminum, hymnum dícite et superexaltáte eum in sæculá.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

PANE cælésti refécti, súpplíces te, Dómine, deprecámur : ut, eius fortitúdine roborati / sub Angelórum tuórum fidéli custódia, fortes, salútis progrediamur in via : Per Dóminum.

Die 30 septembris

S. HIERONYMUS, DOCTOR MONACHUS

12 lectionum

INTROITUS.

Ps 36,30-31a

OS iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium; lex Dei eius in corde ipsíus. Ps 36,34a: Exspécta Dóminum et custódi viam eius: et exaltábit te ut hereditáte cápias terram. Glória Patri. Os iusti meditábitur.

*Kýrie, eléison.**Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beáto Hierónymo presbýtero suávem et vivum Scriptúræ Sacrae afféctum tribuísti : da, ut pópulus tuus verbo tuo ubérius alátur / et in eo fontem vítæ invéniat : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Tim 3,14-17

Scriptura divinitus inspirata est utilis ad docendum.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Timótheum.

Aríssime: Pérmáne in his quæ didicísti et crédita sunt tibi, sciens a quibus didíceris, et quia ab infantia Sacras Lítteras nosti, quæ te possunt instrúere ad salútem per fidem quæ est in Christo Iesu.

Omnis Scriptúra divínitus inspiráta est et útilis ad docendum, ad arguéndum, ad corrigéndum, ad erudiéndum in iustítia, ut perféctus sit homo Dei, ad omne opus bonum instrúctus.

RESPONSORIUM.

Ps 36,30-31

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium.

V/. Lex Dei eius in corde ipsíus, et non supplantabúntur gressus eius.

ALLELUIA.

Ps 111,1

Allelúia, y. Beátus vir qui timet Dóminum; in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 24,44-49

Iesus aperuit illis sensum ut intellegerent Scripturas.

3* Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus ad discípulos suos: “Hæc sunt verba quæ locútus sum ad vos cum adhuc essem

vobiscum, quóniam necesse est impléri ómnia quæ scripta sunt in lege Móysis et Prophétis et Psalmis de me”. Tunc apéruit illis sensum ut intellégerent Scriptúras.

Et dixit eis: “Sic scriptum est, Christum pati, et resúrgere a mórtuis die tértia, et prædicári in nómine eius pæniténtiam in remissionem peccatórum in omnes gentes, —incipiéntibus ab Ierusalem; vos estis testes horum. Et ecce ego mitto promíssum Patris mei in vos; vos autem sedéte in civitáte, quoad usque induámini virtútem ex alto”.

SUPER OBLATA.

TRíbue nobis, Dómine : ut, exémplo beáti Hierónymi, verbum tuum meditati / ad salutárem hóstiam maiestáti tuæ offeréndam prómptius accedámus : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 1,2b.3b

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui Ecclésiám tuam cæléstibus sacraméntis satiásti / ac ei beátum Hierónimum Scripturæ sanctæ verum intérpretém tribuísti : concéde propítius, ut eius semper erudíta doctrínis / stábili fide in tui nóminis veneratione proficiat : Per Dóminum.

OCTOBER

Die 1 octobris

S. TERESIA A IESU INFANTE, VIRGO MONIALIS

3 lectionum

INTROITUS.

Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beatae Terésiaë vírginis, de cuius sollemnitáte gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei. Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde: in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri. Gaudeámus omnes in Dómino.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui Regnum tuum humílibus parvulisque dispónis : fac nos beatae Terésiaë trámitem prósequi confidénter / ut, eius intercessióne, glória tua nobis reveletur æténa : Per Dóminum.

LECTIO.

Cant 4,12-16; 6,2-3a

Hortus conclusus.

Léctio Cántici canticórum.

Hortus conclúsus, soror mea sponsa, hortus conclúsus, fons signátus; propáginés tuæ paradísus malórum punicórum cum óptimis frúctibus, cypri cum nardo. Nardus et crocus, fístula et cinnamómum cum univérsis lignis turíferis, myrrha et áloe cum ómnibus primis unguéntis.

Fons hortórum,
púteus aquárum vivéntium,
quæ fluunt ímpetu de Líbano. Surge, áquilo,
et veni, auster; perfla hortum meum, et fluant
arómata illíus.

Diléctus meus descéndit in hortum suum
ad aréolam arómatum, ut pascátur in
hortis et lília cólligat. Ego dilécto meo,
et diléctus meus mihi.

RESPONSORIUM.

Ps 44,3bc.5

Diffúsa est grátia in lábiis tuis; proptérea benedíxit te
Deus in ætérnum.

T. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam,
et dedúcet te mirábiliter délixtera tua.

ALLELUIA.

Ps 44,4b

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúde tua inténde,
prósperere procéde, et regna. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 18,1-4

Quicumque humiliaverit se sicut parvulus, hic est maior in Regno.
& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illa hora accessérunt discípuli ad Iesum dicétes:
“Quis putas maior est in Regno cælórum?” Et
ádvocans párvulum, státuit eum in médio eórum et dixit:
“Amen dico vobis: Nisi convérsi fuéritis et efficiámini
sicut párvuli, non intrábitis in Regnum cælórum.
Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic
est maior in Regno cælórum”.

● SUPER OBLATA.

IN beáta Terésia te, Dómine, mirábilem prædicántes,
maiestátem tuam supplicítér exorámus : ut, sicut eius

tibi grata sunt merita / sic nostræ servitútis accépta
reddantur officia : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 44,8

Dilexísti iustítiam et odísti iniquitátem; proptérea
unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus
tuis.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SAcraménta quæ sumpsimus, Dómine, illius in nobis
vim amóris accéndant / quo beáta Terésia se tibi
addíxit, tuámque cúpiit miseratióem pro ómnibus
impetráre : Per Dóminum.

Die 4 octobris

S. FRANCISCUS ASSISIENSIS

3 lectionum

Missa C de Sanctis, p. 843.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beáto Francíscó paupertáte et humilitáte
Christo configurári tribuísti : concéde, ut, per illius
sémitas gradientes / Fílium tuum sequi et tibi coniúngi
laeta valeámus caritáte : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

MUnera tibi, Dómine, offeréntes : quaésumus ut ad
mystérium crucis celebrándum conveniénter apte-
mur / cui beátus Francíscus tam ardentem adhæsít : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, quæsumus, Dómine, per hæc sancta quæ
súmpsimus : ut, beáti Francísci caritátem imitantes
/ tuæ dilectiónis efféctus percipiámus, et in salútem
ómniū effundámus : Per Dóminum.

Die 6 octobris

S. PATER NOSTER BRUNO, MONACHUS

Sollemnitatis

INTROITUS.

Ps 26,8-9a

Tibi dixit cor meum, Quæsívi vultum tuum: vultum
tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a
me.

Ps 26,1a: Dóminus illuminátio mea, et salus mea,
quem timébo? Glória Patri. Tibi dixit cor meum.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui renuntiántibus
saéculo mansiónes par as in caelo / imménsam
cleméntiam tuam humíliter implorámus : ut,
intercedénte beáto Patre nostro Brunóne, vota quæ
fécimus, fidéliter implere / et ad ea, quæ perseverántibus
in te dignátus es promíttere, valeámus salúbritér
perveníre : Per Dóminum.

LECTIO.

Sap 10,10-14

Sapientia iustum deduxit per vias rectas.

Léctio libri Sapiéntiæ.

O Apiéntia iustum dedúxit per vias rectas
O et osténdit illi regnum Dei
et dedit illi sciéntiam sanctórum;
honestávit illum in labóribus
et complévit labóres illíus. In avarítia
circumveniéntium illum áffuit illi
et honéstum fecit illum.
Custodívit illum ab inimícis
et ab insidiántibus tutávit illum; et
certámen forte dedit illi,
ut sciret quóniam ómniū poténtior est píetas.
Hæc vénditum iustum non derelíquit,
sed a peccáto liberávit eum;
descendítque cum illo in fóveam
et in vínculis non derelíquit illum,
donec afférret illi sceptrum regni
et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant,
et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum,
et dedit illi claritátem ætérrnam.

RESPONSORIUM.

Ps 117,8-9

Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in
hómine.

V/. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in
princípibus.

ALLELUIA.

Ps 107,2

Allelúia. V/. Parátum cor meum, Deus, parátum cor
meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 12,35-40

Beati servi, quos dominus invenerit vigilantes.

*& Lécctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Sint lumbi vestri præcíncti et lucérnæ ardéntes, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis, ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei.

Beáti servi illi, quos cum vénerit dóminus invénerit vigilántes. Amen dico vobis, quod præcínget se et fáciat illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis.

Et si vénerit in secúnda vigília et si in tértia vigília vénerit et ita invénerit, beáti sunt illi.

Hoc autem scitóte, quia si sciret pater famílias qua hora fur veníret, non síneret perfodíri domum suam.

Et vos estóte paráti, quia qua hora non putátis Fílius hóminis venit”.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Sacrándum tibi, Dómine, munus offérimus, maiestátem tuam suppliciter exorántes : ut, méritis beáti Patris nostri Brunónis adiúti / accéptum tibi sacrificium, in tuæ passiónis et nostræ redemptiόνis memóriam, offérre valeámus : Qui vivis.

Praefatio de Monachis.

COMMUNIO.

Mt 24,46-47

Beátus servus, quem cum vénerit Dóminus, invénerit vigilántem; amen dico vobis, super ómnia bona sua constitúet eum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

P Er hæc sancta, quæ sumpsimus, Dómine Deus, pium in nobis accénde religionis afféctum : ut eius quem ut Patrem cólimus vestígia insequéntes, et quod te donánte promísimus, te operánte implentes / ad te perveníre mereámur : Qui vivis.

Die 7 octobris

BEATA VIRGO MARIA A ROSARIO

Memoria

INTROITUS.

Sedulus.

SAlve, Sancta Parens, eníxa puérpera Regem, qui caelum terrámque regit in sæculá sæculórum. Ps 44,12: Quia concupívit Rex decórem tuum: quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum. Glória Patri. Salve, Sancta Parens.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

G Rátiam tuam, quaésumus, Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognovimus / beáta María Vírgine intercedénte, per passióem eius et crucem ad resurrectiόνis glóriam perducámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Cani 4,7.12-15

*Tota pulchra es et macula non est in te.***Léctio Cántici canticórum.**

Tota pulchra es, amíca mea, et
 mácula non est in te. Hortus
 conclúsus, soror mea sponsa,
 hortus conclúsus, fons signátus; propágines
 tuæ paradísus malórum punicórum
 cum óptimis frúctibus, cypri cum nardo.
 Nardus et crocus, fístula et cinnamómum
 cum univérsis lignis turíf eris,
 myrrha et áloe
 cum ómnibus primis unguéntis.
 Fons hortórum,
 púteus aquárum vivéntium,
 quæ fluunt ímpetu de Líbano.

RESPONSORIUM.

Benedícta et venerábilis es, Virgo María, quæ sine
 tactu pudóris invénta es Mater Salvatóris.

V/. Virgo Dei Génatrix, quem totus non capit orbis, in
 tua se clausit víscera factus homo.

ALLELUIA.

Allelúia. V/. Post partum Virgo invioláta permansísti:
 Dei Génatrix, intercède pro nobis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,27-35

Tuam ipsius animam pertransiet gladius.

& Léctio sancti Evangéllii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Venit Sýmeon in Spíritu in templum.
 Et cum indúcerent púerum Iesum paréntes eius ut
 fácerent secúndum consuetúdinem Legis pro eo, et
 ipse

accépit eum in ulnas suas et benedíxit Deum et dixit:
“Nunc dimíttis servum tuum, Dómine,
secúndum verbum tuum in pace:
quia vidérunt óculi mei salutáre tuum,
quod parásti ante fáciem ómnium populórum,
lumen ad revelatiónem géntium
et glóriam plebis tuæ Israel”.

Et erat pater eius et mater mirántes super his quæ dicebántur de illo.

Et benedíxit illis Síymeon, et dixit ad Mariám matrem eius: “Ecce pósitus est hic in ruínam et resurrectiόnem multórum in Israel et in signum cui contradicétur —et tuam ipsíus ánimam pertránsiet gládus— ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiόnes”.

SUPER OBLATA.

F Ac nos, quaésumus, Dómine, his munéribus oblátis
convenienter aptári : et Unigéniti tui mystéria ita
recolere / ut eius digni promissiόnibus éfficí mereámur :
Per Christum.

COMMUNIO.

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portavérunt æténi
Patris Fílium.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

QUæsumus, Dómine Deus noster : ut, qui in hoc
sacraméto Fílii tui mortem et resurrectiόnem
annun-tiámus / eius sócii passiόnum effécti, consolatiόnis
étiam ac glóriæ mereámur esse partícipes : Per
Dóminum.

Die 8 octobris

S. ARTOLDUS, MONACHUS PASTOR 3

lectionum

Missa A de Monachis, p. 794, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, quaesumus, omnipotens Deus : inter cessione
sancti Artoldi, ita viam huius vitae laborioso
certamine pertransire / ut ad aeternam requiem
valeamus pervenire : Per Dominum.

SUPER OBLATA.

ASpice sereno vultu, Domine, haec munera, qui semper
res propensus ad dona : ut oblata, non invitantis
merito / sed tuae puritatis sanctifices exemplo : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

HOc convivio refecti, quaesumus, Domine / ut, in
novitate vitae ambulantes, tuis pascamur
sacramentis et verbo : Per Dominum.

Die 15 octobris

S. TERESIA, DOCTOR VIRGO MONIALIS

12 lectionum

INTROITUS.

Psl8,15bc

MEditatio cordis mei in conspectu tuo semper:
Domine, adiutor meus, et redemptor meus. Ps 18,9:
Iustitiae Domini rectae, laetificantes corda: praecipuum
Domini lucidum, illuminans oculos.

Glória Patri. Meditatio
cordis mei.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

EXáudi nos, Deus salutaris noster : ut sicut de beatae
Terésiaë vírginis tuæ festivitáte gaudemus / ita
cæléstis eius doctrínæ pábulo nutriámur, et piae
devotiónis erudiámur afféctu : Per Dóminum.

LECTIO.

Cani 1,1-4.7-8; 2,3-7

Introduxit me in cellam vinariam.

Cánticum Canticórum Salomónis.

Osculetur me ósculo oris sui! Nam melióres sunt
amóres tui vino: in fragrántiam unguentórum
tuórum optimórum. Oleum effúsum nomen tuum;
ídeo adulescéntulæ dilexérunt te.
Trahe me post te. Currámus!
Introdúcat me rex in cellária sua;
exsultémus et lætémur in te
mémores amórum tuórum super vinum;
recte díligunt te. Indica mihi tu, quem
díligit ánima mea,
ubi pascas, ubi cubes in merídie, ne vagári
incípíam post greges sodálium tuórum. Si ignóras, o
pulchérissima inter mulíeres,
egrédere et abi post vestígia gregum et pasce
haedos tuos iuxta tabernácula pastórum.
Sicut malus inter ligna silvárum,
sic diléctus meus inter filios. Sub umbra
illíus, quem desideráveram, sedi,

et fructus eius dulcis gútturi meo.
 Introdúxit me in cellam vináriam,
 et eius aspéctus super me erant.
 Fulcíte me uvárum placéntis,
 stipáte me malis,
 quia amóre lángueo.
 Laeva eius sub cápite meo,
 et délixtera illíus amplexátur me.
 Adiúro vos, filiæ Ierusalem,
 per cápreas cervásque campórum, ne
 suscitétis neque evigiláre faciátis diléctam,
 quoadusque ipsa velit.

RESPONSORIUM.

Eph 3,17-19

Det vobis Pater Christum habitáre per fidem in
 córdibus vestris, in caritáte radicáti et fundáti: ut
 possítis comprehéndere cum ómnibus Sanctis, quæ sit
 latitúdo et longitúdo, et sublímities et profúndum.

V/. Scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem
 Christi: ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

ALLELUIA.

Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis
 de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 7,37-39

Si quis sitit veniat ad me et bibat.

<fc Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN novíssimo die magno festivitátis stabat Iesus et
 clamávit dicens: “Si quis sitit véniat ad me et bibat
 qui credit in me. Sicut dixit Scriptúra, flúmina de ventre
 eius fluent aquæ vivæ”.

Hoc autem dixit de Spíritu quem acceptúri erant
 credéntes in eum: nondum enim erat Spíritus, quia Iesus
 nondum fúerat glorificátus.

SUPER OBLATA.

MUnera nostra, Dómine, tuæ sint accépta maiestati /
cui beatae Terésiaë tantópere plácuít devotio-nis
obséquiúm : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 7,37a.38a.c-39a

Ultimo festivitátis die dicébat Iesus: Qui in me credit,
flúmina de ventre eius fluent aquæ vivæ: hoc autem
dixit de Spírítu, quem acceptúri erant credéntes in eum,
allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Subdita tibi família, Dómine Deus noster, quam cælésti
pane satiasti / fac ut, exémplo beatae Terésiaë,
misericórdias tuas in ætérnum cantare lætétur : Per
Dóminum.

Die 17 octobris

S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, MARTYR PASTOR

3 lectionum

Missa A de Martyribus, p. 759.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui sanctórum mártýrum
confessióibus Ecclésiæ tuæ sacrum corpus exórnas :
concéde, quaésumus, ut hodiérna glória passionis / sicut
beáto Ignátio magnificéntiam tríbuit sempitérnam, ita
nobis perpétuum munímen operétur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

GRata tibi sit, Dómine, nostræ devotiõnis oblatio /
qui beátum Ignátium, fruméntum Christi, per
martýrii passiõnem panem mundum suscepísti : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

REficiat nos, Dómine, panis cælestis, quem in beáti
Ignátii natáli suscepimus / ac tríbuat nos nómine et
ópere essé christiános : Per Dóminum.

Die 18 octobris
S. LUCAS, EVANGELISTA
12 lectio num

INTROITUS.

Cf. Is 48,20

VOcem iucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia:
annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit
Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia.
Ps 65,1-2: Iubiláte Deo, omnis terra: psalmum dícite
nómini eius: date glóriam laudi eius. Glória Patri. Vocem
iucunditátis.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui per beátum evangelístam Lucam prædi-
lectiõnem tuam in páuperés revelásti : praesta,
quaésumus, ut mandátum novum observantes / imáginem
bonitátis tuæ inter hómines referámus : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 1,1-8

Sermonem feci de omnibus quae coepit Iesus facere et docere.

Inítium Actuum Apostolorum.

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ coepit Iesus fácere et docére, usque in diem qua, cum præcepisset Apóstolis per Spíritum Sanctum quos elégit, assúptus est: quibus et praebeuit se ipsum vivum post passiónem suam in multis arguméntis, per dies quadragínta appárens eis et loquens ea quæ sunt de Regno Dei.

Et convéscens præcepit eis ab Ierosolymis ne discéderent, sed exspectárent promissionem Patris “Quam audístis a me, quia Ioannes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímmini in Spíritu Sancto non post multos hos dies”.

Igitur qui convénerant interrogábant eum dicéntes: “Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israéli? ”

Dixit autem eis: “Non est vestrum nosse témpora vel moménta quæ Pater pósuit in sua potestáte: sed accipiétis virtútem superveniénte Sancto Spíritu in vos, et éritis mihi testes et in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaría et usque ad últimum terræ”.

RESPONSORIUM.

Ps 18,5.2

In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

V/. Cæli enárrant glóriam Dei, et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

ALLELUIA.

Io21,24a.c

Allelúia. V/. Hic est discípulus ille qui testimónium pérhibet de his; et scimus quia verum est testimónium eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc10,1-9

Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Designávit Dóminus álios septuagínta duos, et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum quo erat ipse ventúrus.

Et dicébat illis: “Messis quidem multa, operárii autem pauci; rogáte ergo Dóminum messis ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta, et néminem per viam salutavéritis.

In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui. Et si ibi fúerit filius pacis, requiéscet super illam pax vestra; sin autem ad vos revertétur.

In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus enim est operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis, et curáte infirmos qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos Regnum Dei”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

DGnis cæléstibus, da nobis, quaésumus, Dómine, líbera tibi mente servíre : ut múnera, quæ in festivitáte beáti Lucæ deferimus / et medélam nobis operentur et glóriam : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 28,18b-19

Data est mihi omnis potéstas in cælo et in terra, allelúia: eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

HÆc nobis, Dómine, múnera in festivitáte beáti Lucae
evangelístæ sumpta proficiant : ut illo iúgiter
Spíritu ferveámus / quem discípulis tuis ineffabíliter in-
fudísti : Per Dóminum.

Die 20 octobris

S. ROSSOLINA, VIRGO MONIALIS

12 lectionum

INTROITUS.

GAudeámus omnes in Dómino, diem festum
celebrántes sub honóre beatae Rossolínae vírginis, de
cuius sollemnitate gaudent Angeli, et colláudant Fílium
Dei. Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde:
in civitate Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri.
Gaudeámus omnes.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, pro cuius amóre beáta Rossolína mundi sibi
blandiéntis calcávit illécebras, ut tibi únice adhæré-
ret : tríbue nobis ex eius imitatióne terréna despícere /
et cæléstium donórum semper participatióne gaudére :
Per Dóminum.

LECTIO.

Is 54,1-3.5.7-8.10

Exsulta, sterilis, quae non peperisti.

Lectio libri Isaiae prophetae.

EXsulta, stérilis, quæ non peperisti,
 lætâre, gaude, quæ non parturisti,
 quóniam multi sunt filii desértæ
 magis quam filii nuptae, dicit Dóminus.

Diláta locum tentórii tui
 et pelles tabernaculórum tuórum exténde, ne parcas;
 longos fac funículos tuos
 et clavos tuos consolída. Ad délixteram
 enim et ad lævam penetrábis,
 et semen tuum hereditábit gentes,
 quæ civitâtes desértas inhabitábunt.

Qui enim fecit te, erit sponsus tuus,
 Dóminus exercítuum nomen eius;
 et redémptor tuus Sanctus Israel,
 Deus omnis terræ vocábitur. Ad
 punctum in módico derelíqui te
 et in miseratió nibus magnis congregábo te.

In mométo indignatió nis
 abscóndi fáciem meam parúmper a te et in
 misericórdia sempitérna misértus sum tui,
 dixit redémptor tuus Dóminus. Montes
 enim recédent et colles movebúntur,
 misericórdia autem mea non recédet a te,
 et foedus pacis meæ non movébitur,
 dixit miserátor tuus Dóminus.

RESPONSORIUM.

Ps 44,3bc.5

Diffúsa est grátia in lábiis tuis; proptérea benedíxit te
 Deus in ætérnum.

T. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam,
 et dedúcet te mirabíliter délixtera tua.

ALLELUIA.

Ps 44,4b

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 1,26-38

Ecce concipies.

**fr* Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Missus est ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad víginem desponsátam viro cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen víginis María.

Et ingrèssus ad eam dixit: “Ave, grátia plena, Dóminus tecum”. Ipsa autem turbáta est in sermóne eius et cogitábat qualis esset ista salutátio.

Et ait ángelus ei: “Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: et ecce concípies in útero et páries fílium, et vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris eius, et regnábit super domum Iacob in ætérnum, et Regni eius non erit finis”.

Dixit autem María ad ángelum: “Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó?”

Et respóndens ángelus dixit ei: “Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi: ideóque et quod nascétur Sanctum vocábitur, Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua et ipsa concépit fílium in senécta sua, et hic mensis est sextus illi quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum”.

Dixit autem María: “Ecce ancílla Dómini: fiat mihi secúndum verbum tuum”. Et discéssit ab illa ángelus.

SUPER OBLATA.

DEus, Pater misericordiárum, qui Unigénitum tuum nobis ineffábili bonitate donásti : praesta, quæsu-

mus, ut exémplo beatae vírginis Rossolínæ, cum Ipso in unum consummati / dignum tibi offeramus obséquium : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 44,8

Dilexísti iustítiam et odísti iniquitátem; proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Ælésti pane refécti, humíliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine : ut in sinum matris Ecclésiæ collocati / caritáte tua stabíliter uniámur : Per Dóminum.

Die 21 octobris

S. HILARION, MONACHUS

3 lectionum

Missa C de Monachis, p. 801.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beáto Hilarióni renuntiáre saéculo, et sub alas tuas confúgere tribuísti / concéde nos, eius intercessióne, te solum Dóminum pura mente sectári : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

SAnctífica, quaésumus, Dómine, hæc múnera in festo beáti Hilarionis obláta : et concéde, ut Spíritu duce vivéntes / capti ab Uno, æténa captémus : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

GRátias ágimus tibi, Dómine, pro sacramentis susceptis : beáti Hilarionis festivitátem colentes / qui si-

léntium elégit, ut Verbum túum audíret: Qui tecum vivit.

Die 28 octobris
SS. SIMON ET IUDAS, APOSTOLI
12 lectio num

INTROITUS.

Sap 10,20b-21

Victrícem manum tuam, Dómine, laudavérunt páriter,
allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum, et
linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.
Ps 97,1: Cantáte Dómino cánticum novum: quia
mirábília fecit. Glória Patri. Victrícem manum tuam.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et
Iudam, ad cognitióem tui nóminis veníre tribuísti:
da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo
celebrare / et celebráhdo proficere : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 2,19-22

Estis superaedificati super fundamentum Apostolorum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

FRatres: Iam non estis extránei et ádvenæ, sed estis
concíves sanctórum et doméstici Dei, superædicáti
super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum,
ipso summo angulári lápide Christo Iesu, in quo omnis
ædicátió compácta crescit in templum sanctum in
Dómino, in quo et vos coædicámini in habitáculum
Dei

in Spíritu.

RESPONSORIUM.

Ps 44,17b-18a.17a.18c

Constítues eos príncipes super omnem terram;
mémores erunt nóminis tui, Dómine.

T. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii; proptérea pópuli
confitebúntur tibi.

ALLELUIA.

I Cor 5,8a.c

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et
veritátis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 20,19-23

Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.

*& Lécitio sancti Evangélíi secúndum Ioannem.

C Um esset sero die illo prima sabbatórum, et fores
essent clausae ubi erant discípuli propter metum
Iudaeorum, venit Iesus et stetit in médio et dicit
eis: “Pax vobis”. Et hoc cum dixisset, osténdit eis
manus et latus. Gavísi sunt ergo discípuli viso Dómino.

Dixit ergo eis íterum: “Pax vobis: sicut misit me Pater,
et ego mitto vos”. Et cum hoc dixisset, insufflávít et dicit
eis: “Accípíte Spíritum Sanctum: quorum remiséritis
peccáta, remíssa sunt eis, quorum retinuéritis, reténta
sunt”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

GLóriam, Dómine, sanctórum Apostolórum tuórum
Simónis et Iudae perpétuam recolentes / quaésumus
ut eándem, sacris mystériis expiáti, dígnius celebrémus :
Per Christum.

COMMUNIO.

Io 20,22b-23a

Accípite Spíritum Sanctum: quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Percéptis, Dómine, sacraméntis, súpplíces in Spíritu Sancto deprecámur : ut, quæ pro Ápostolórum Simónis et Iudae veneránda gérimus passione / nos in tua dilectione consérvent : Per Dóminum.

OMNES SANCTI

Sollemnitás

Die 31 octobris

Ad Missam in vigilia

INTROITUS.

Mt 25,34b

Veníte, benedícti Patris mei, percípíte regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Glória Patri. Veníte, benedícti Patris mei.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Domine Deus noster, multíplica super nos gratiam tuam : et quorum prævenímus gloriósa sollemnia / tríbe súbsequi in sancta professione lætítiam : Per Dóminum.

LECTIO.

1Io 3,1-3

Filii Dei sumus.

Lectio Epistolæ primæ beati Ioannis apostoli.

Carissimi: Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur: et sumus! Propter hoc mundus non cognoscit nos quia non cognovit eum. Carissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum manifestatum est quid erimus; scimus quoniam cum ipse apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eo, castificat se sicut ille castus est.

RESPONSORIUM.

Ps 47,10-11.9a.c.3a

Suscipimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum, Domine, ita et laus tua in fines terræ.

V/. Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Dei nostri, in monte sancto eius.

EVANGELIUM.

Lc 6,17.20-26

Beati: gaudete: ecce enim merces vestra multa in caelo.

& Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Descendens Iesus cum Duodecim, stetit in loco campestri, et turba multa discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa et Ierusalem et maritima Tyri et Sidonis.

Et ipse elevatis oculis suis in discipulos suos, dicebat:

“Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei.

Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Beati eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis: gaudete in illa die et exultate, ecce enim merces vestra multa in caelo;

secúndum hæc enim faciébant Prophétis patres eórum.

Verúmtamen væ vobis divítibus, quia habétis consolatióem vestram.

Væ vobis, qui saturáti estis nunc, quia esuriétis.

Væ vobis, qui ridétis nunc, quia lugébitis et flébitis.

Væ, cum bene vobis díxerint omnes hómnes, secúndum hæc enim faciébant pseudoprophétis patres eórum”.

SUPER OBLATA.

Offérimus tibi, Dómine, múnera quæ dedísti, suppliciter deprecánte : ut qui nobis in hoc mundo præstitísti conditióem nascendi / ipse in regno ætérno trí-buas mansiónem sine fíne vivéndi : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Zac 14,5c-6a.7

Ecce Dóminus véniet et omnes sancti eius cum eo; et erit in die illa lux magna.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Cæléstibus pasti delíciis, quaesumus, Dómine : ut omnes in fide conragati / veniénte Salvatóre nostro Fílio tuo, immaculáti occurrámus illi in Sanctórum comitátu : Per Dóminum.

NOVEMBER

Die I novembris

Ad Missam in die

INTROITUS.

GAudeámus omnes in Dómino, diem festum celebránte sub honóre Sanctórum ómnium, de quorum sollemnitate gaudent Angeli, et colláudent Fílium Dei.

Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde: in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri. Gaudeámus omnes in Dómino.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius Sancti virtútibus suis te laudáre meruérunt : praesta ut fide fulgeámus in térra / sicut beáti visióne tua spléndent in pátria : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 7,2-4.9-14

Turba magna, quam dinumerare nemo potest.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

EGo Ioannes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem sigíllum Dei vivi, et clamávit voce magna quáttuor ángelis quibus datum est nocére terræ et mari dicens: “Nolíte nocére terræ neque mari neque arbóribus quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum”. Et audívi númerum signatórum: centum quadragínta quáttuor mília, signáti ex omni tribu filiórum Israel.

Post hæc vidi: et ecce turba magna, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus et tríbibus et pópulis et linguis stantes ante thronum et in conspéctu Agni, amícti stolas albas, et palmæ in mánibus eórum; et clamant voce magna dicétes: “Salus Deo nostro qui sedet super thronum, et Agno”.

Et omnes ángeli stabant in circúitu throni et Seniórum et quáttuor Animálium, et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas et adoravérunt Deum dicétes: “Amen. Benedíctio et glória et sapiéntia et gratiárum áctio et honor et virtus et fortitúdo Deo nostro in sæcu-

la sæculórum: amen”.

Et respóndit unus de Senióribus dicens mihi: “Hi qui amícti sunt stolis albis, qui sunt et unde venérunt? ”

Et dixi illi: “Dómine mi, tu scis”.

Et dixit mihi: “Hi sunt qui véniunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas et dealbavérunt eas in ságuine Agni”.

RESPONSORIUM.

Ps 33,10.11b

Timéte Dóminum omnes Sancti eius, quóniam nihil deest timéntibus eum.

y. Inquiréntes autem Dóminum non deficient omni bono.

ALLELUIA.

Ps 144,10b-11a

Allelúia. V/. Sancti tui, Dómine, benedícet te: glóriam regni tui dicent. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 5,1-12a

Beati: merces vestra copiosa est in caelis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Videns Iesus turbas, ascéndit in Montem; et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli eius; et apériens os suum docébat eos dicens:

“Beáti páuperes spírítu, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

Beáti qui lugent, quóniam ipsi consolabúntur.

Beáti mites, quóniam ipsi possidébunt terram.

Beáti qui esúriunt et sítiunt iustítiam, quóniam ipsi saturabúntur.

Beáti misericórdes, quia ipsi misericórdiam consequéntur.

Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt.

Beáti pacífici, quóniam filii Dei vocabúntur.

Beáti qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

Beáti estis cum maledíxerint vobis et persecúti vos fúerint et díxerint omne malum advérsus vos, mentiéntes, propter me; gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cælis”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

GRata tibi sint, Dómine, múnera, quæ pro cunctórum offérimus honore Sanctórum : et concéde, ut, quos iam crédimus de sua immortalitáte securos / sentiámus de nostra salute sollícitos : Per Christum.

Praefatio de Sanctis.

COMMUNIO.

Mt 5,8-10

Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt: Beáti pacífici, quóniam filii Dei vocabúntur: Beáti qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Mirábilem te, Deus, et unum Sanctum in ómnibus Sanctis tuis adorántes, tuam grátiam implorámus : qua, sanctificatiónem in tui amóris plenitúdine consummantes / ex hac mensa peregrinántium ad cæléstis pátriæ convívium transeámus : Per Dóminum.

Die 2 novembris COMMEMORATIO
FIDELIUM DEFUNCTORUM

Haec Commemoratio fit primo post Sollemnitatem Omnium Sanctorum die sine Officio 12 lectionum.

Missa conventualis mane celebratur ab hebdomadario, cum Orationibus infra positis in Missa A. Illa applicatus pro omnibus Fidelibus Defunctis.

In Missa lecta ad libitum adhiberi potest quaecumque series Orationum et quaecumque Missa ex tribus infra positis.

Si continue celebrantur plures Missae:

- ? in prima et in secunda (si tres celebrantur) ablutiones cum aqua tantum fiunt;
- ? prima et secunda Missa cum Oratione Post Communionem finiuntur;
- ? secunda et tertia ab Introitu incipiuntur.

MISSA A

INTROITUS.

Ps 73,20a. 19b.22a.23a

Respice, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam, et ne obliviscáris voces quæréntium te.

Ps 73,1: Ut quid, Deus, repulísti in finem, irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ? Non dicitur Glória Patri. Réspice, Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Fidélium, Deus, ómnium cónditor et redemptor /
animábus famulórum tuórum, remissionem
cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam
semper optavérunt / piis supplicatióibus consequántur :
Qui vivis et regnas.

LECTIO.

2 Mac 12,43-46

*Pro defunctis expiationem fecit.***Léctio libri secúndi Maccabeórum.**

T N diébus illis: Facta viri tim collatióne ad duo mília
-L drachmas argénti, misit Iudas, princeps Israel,
Ierosolymam offérrí pro peccátis mortuórum sacrificium,
valde bene et honéste de resurrectiÓne cógitans. Nisi enim
eos, qui cecíderant, resurrectúros speráret, supérfluum et
vanum esset oráre pro mórtuis. Deínde consíderans
quod hi, qui cum pietáte dormitiÓnem accéperant,
óptimum habérent repósitum grátiae donum: sancta et
pia cogitátió. Unde pro defúctis expiatiÓnem fecit, ut a
peccáto solveréntur.

RESPONSORIUM^

Ps 22,4

Si ambulávero in médio umbræ mortis non timébo
mala, quóniam tu mecum es, Dómine.

V/. Virga tua et báculus tuus, ipsa me consoláta sunt.

ALLELUIA.

Ps 121,1

Allelúia. V/. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi:
in domum Dómini íbimus. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 11,17-27

Ego sum resurrectio et vita.

*& Léctio sancti Evangéllii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Venit Iesus Bethániam et invénit
Lázarum quáttuor dies iam in monuménto
habéntem.

Erat autem Bethánia iuxta Ierosolymam quasi stádiis quíndecim. Multi autem ex Iudaeis vénerant ad Martham et Mariám ut consolaréntur eas de fratre.

Martha ergo ut audívit quia Iesus venit, occúrrit illi; Mariá autem domi sedébat.

Dixit ergo Martha ad Iesum: “Dómine, si fuísses hic, frater meus non esset mórtuus; sed et nunc scio quia quæcúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus”.

Dicit illi Iesus: “Resúrget frater tuus”.

Dicit ei Martha: “Scio quia resúrget in resurrectióne in novíssimo die”.

Dixit ei Iesus: “Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, et si mórtuus fúerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc? ”

Ait illi: “Utique, Dómine; ego crédidi quia tu es Christus Fílius Dei qui in mundum venísti”.

SUPER OBLATA.

Hostias, quaésumus, Dómine, quas tibi pro animábus famulórum tuórum offérimus, propitiatus inténde : ut quibus fídei cristiánæ méritum contulísti / dones et praemium : Per Christum.

COMMUNIO.

Io II,25b-26a

Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Animábus, quaésumus, Dómine, famulórum tuórum orátio profíciat supplicántium : ut eas et a peccátis éxuas / et tuæ redemptiónis fácias esse partícipes : Qui vivis et regnas.

MISSA B

INTROITUS.

Requiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua
lúceat eis.

Ps 64,2-3: Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi
reddétur votum in Ierusalem: exáudi oratióem meam,
ad te omnis caro véniet. Non dicitur Glória Patri.

Réquiem ætérnam.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

PReces nostras, quaésumus, Dómine, benígnus exáudi :
ut, dum attólitur nostra fides in Fílio tuo a
mórtuis suscitâto / in famulórum tuórum præstolánda
resurrectiône, spes quoque nostra firmétur : Per
Dóminum.

LECTIO.

I Cor 15,12.16-23

Christus resurrexit a mortuis, primitiae dormientium.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Corínthios.

FRatres: Si Christus prædicáatur quod suscitátus est a
mórtuis, quómodo quidam dicunt in vobis quóniam
resurrectio mortuórum non est?

Nam si mórtui non resúrgunt, neque Christus
resurrexit; quod si Christus non resurrexit, stulta est
fides vestra, adhuc estis in peccátis vestris. Ergo et qui
dormiérunt in Christo periérunt. Si in hac vita tantum in
Christo sperántes sumus, miserabilióres sumus ómnibus
homínibus.

Nunc autem Christus resurrexit a mórtuis, primítiae

dormiéntium. Quóniam enim per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum: sicut enim in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur. Unusquísque autem in suo órdine: primítiaē Christus, deínde hi qui sunt Christi in advéntu eius.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 24,13

Réquiem aetérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

T. Ánimæ eórum in bonis demoréntur, et semen eórum heréditet terram.

TRACTUS.

Ps 129,1-5a

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam.

y. Fiant aures tuæ intendéntes in oratiónem servi tui.

T. Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

V/. Quia apud te propitiátio est: et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

EVANGELIUM.

Io 6,37-40

Resuscitabo ego eum in novissimo die.

*& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

N illo témpore: Dixit Iesus turbis:

“Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet, et eum qui venit ad me non eíciam foras, quia descénderi de cælo non ut fáciam voluntátem meam sed voluntátem Eius qui misit me.

Hæc est autem volúntas Eius qui misit me, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resúscitem illud in novíssimo die.

Hæc est enim volúntas Patris mei, ut omnis qui videt Fílium et credit in eum hábeat vitam aetérnam, et resusci-

tábo ego eum in novíssimo die”.

SUPER OBLATA.

NOstris, Dómine, propitiáre munéribus : ut fámuli tui defúnti assumántur in glóriam cum Fílio tuo / cuius magno pietátis iúngimur sacraménto : Per Christum.

COMMUNIO.

Lux æténa lúceat eis, Dómine, cum Sanctis tuis in æténum, quia pius es.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PRæsta, quaesumus, Dómine, ut fámuli tui defúnti in mansiónem lucis tránseant et pacis / pro quibus paschale celebrávimus sacraméntum : Per Dóminum.

MISSA C

INTROITUS.

Mt 25,34b

VEníte, benedícti Patris mei, percípite regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Glória Patri. Veníte, benedícti Patris mei.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius bonitátis nullus est númerus, quia semper misericórdia tibi est causa miserendi / exáudi pro famulórum tuórum animábus supplicántes :
ut grá-

Die 2 novembris

tia tua sicut illos baptismo donavit / ita donet et regno :
Per Dóminum.

LECTIO.

I Th 4,13-18

Semper cum Domino erimus.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Thessalonicénses.

Nolumus vos ignoráre, fratres, de dormiéntibus, ut
non contristémini sicut et céteri qui spem non
habent.

Si enim crédimus quod Iesus mórtuus est et
resurréxit, ita et Deus eos qui dormiérunt per Iesum
addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo
Dómini, quia nos qui vívimus, qui relínquimur in
advéntum Dómini, non præveniémus eos qui dormiérunt;
quóniam ipse Dóminus in iussu, in voce archángeli et in
tuba Dei, descéndet de cælo, et mórtui qui in Christo
sunt resúrgent primi, deínde nos qui vívimus, qui
relínquimur, simul rapiémur cum illis in núbibus óbviám
Dómino in áera: et sic semper cum Dómino érimus.

Itaque consolámini ínvicem in verbis istis.

RESPONSORIUM.

Ps 121,1.7

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum
Dómini íbimus.

V/. Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus
tuis.

ALLELUIA.

Ps110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo
suo. Allelúia.

EVANGELIUM.**Lc 18,28-30***Qui reliquit omnia propter Regnum Dei.*

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Ait Petrus ad Iesum: “Ecce nos dimísimus nostra et secúti sumus te”. Qui dixit eis: “Amen dico vobis: Nemo est, qui relíquit domum aut uxórem aut fratres aut paréntes aut filios propter Regnum Dei, et non recípiat multo plura in hoc témpore et in saéculo ventúro vitam ætérnam”.

SUPER OBLATA.

O Blatiónes nostras, quaésumus, Dómine, propitiátus inténde, quas tibi offérimus pro animábus famulorum tuórum : et quibus donásti baptísmi sacramentum / da eis æternórum plenitúdinem gaudiórum : Per Christum.

COMMUNIO.**Ps 22,1-2**

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuæ ibi me collocávit: super aquam refectiόνis educávit me.

POST COMMUNIONEM.**Orémus.**

A Scéndant ad te, Dómine, gratiárum actiόνes nostræ / et ánimæ famulórum tuórum gáudia ætérna suscípiant : ut quos fecísti adoptiόνis partícipes / iúbeas hereditátis esse consórtes : Per Dóminum.

Die 4 novembris

S. CAROLUS BORROMEO, PASTOR

Memoria

Missa B de Pastoribus, p. 818, cum Communionem 2,

COLLECTA.

Orémus.

C Ustódi, quaésumus, Dómine, in pópulo tuo spíritum quo beátum Cárolum episcopum implevísti : ut Ecclésia indesinéter renovétur / et, Christi se imágini confórmans, ipsíus vultum mundo valeat osténdere : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

I Nténde múnera, Dómine, altáribus tuis pro beáti Cároli commemortaióne proposita / et huius sacrificii virtúte concéde : ut sicut illum pastorális officii vigilántia et præcláris virtútum méritis sublimasti / ita nos fácias sincéris óperum frúctibus abundáre : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PRæstent nobis, quaésumus, Dómine, sacra mystéria quæ sumpsimus, eam ánimi fortitudinem / quæ beátum Cárolum réddidit in ministério fidélem et in caritate fervéntem : Per Dóminum.

Die 9 novembris

DEDICATIO BASILICAE LATERANENSIS

12 lectio num

ÍNTROITUS.

Cf. Gen 28,17

TErríbilis est locus iste: hic domus Dei est, et porta caeli, et vocábitur Aula Dei.

Ps 92,lab: Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

Glória Patri. Terríbilis est locus iste.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui de vivis et eléctis lapídibus ætérnum habitáculum tuæ praeparas maiestáti : múltiplica in Ecclésia tua spíritum grátiae quem dedísti / ut fidélis tibi pópulus in cæléstis ædificatióem Ierusalem semper ac-créscat : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 21,9b-11a.22; 22,1-5 (LB: 21,9b-11a.22)

Dominus Deus omnipotens templum illius est, et Agnus.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

L Ocútus est ángelus mecum dicens: “Veni, osténdam tibi sponsam uxórem Agni”. Et sustúlit me in spíritu super montem magnum et altum et osténdit mihi Civitátem sanctam Ierusalem descendéntem de caelo a Deo, habéntem glóriam Dei.

Et templum non vidi in ea, Dóminus enim Deus Omnípotens templum illius est, et Agnus.

Et osténdit mihi flúvium Aquæ Vitæ spléndidum tamquam crystállum, procedéntem de throno Dei et Agni. In médio plateae eius et flúminis ex utrâque parte lignum vitæ áfferens fructus duódecim, per menses síngulos reddens fructum suum, et fólia ligni ad sanitátem géntium. Et omne maledíctum non erit ámplius.

Et thronus Dei et Agni in illa erit, et servi eius sérvient illi, et vidébunt fáciem eius, et Nomen eius in fróntibus eórum.

Et nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit super illos et regnábunt in sæculá sæculórum.

RESPONSORIUM.

Ps 83,2-3a.5

Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: con-

cupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

V/. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine: in sæculá sæculórum laudábunt te.

ALLELUIA.

Psl37,2ab

Allelúia, y. Adorábo ad Templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 2,13-22

Ille dicebat de templo corporis sui.

<fr> Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

PRope erat Pascha ludæórum, et ascéndit Ierosolymam Iesus. Et invénit in templo vendéntes boves et oves et colúmbas et nummulários sedéntes et cum fecísset flagéllum de funículis omnes eiécit de templo, oves quoque et boves, et nummulariórum effúdit æs et mensas subvértit; et his qui colúmbas vendébant dixit: “Auférte ista hinc, nolíte fácere domum Patris mei domum negotiatiónis”. Recordáti sunt discípuli eius quia scriptum est: “Zelus domus tuæ cómedet me”.

Respondérunt ergo Iudaéi et dixerunt ei: “Quod signum osténdis nobis, quia hæc facis? ”

Respóndit Iesus et dixit eis: “Sólvite templum hoc et in tribus diébus excitábo illud”.

Dixerunt ergo Iudaéi: “Quadragínta et sex annis ædificátum est templum hoc, et tu tribus diébus excitábis illud? ” Ille autem dicébat de templo córporis sui.

Cum ergo resurrexísset a mórtuis, recordáti sunt discípuli eius quia hoc dicébat, et credidérunt Scripturæ et sermóni quem dixit Iesus.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, hæc múnera et Ecclésiám tuam
 exálta : ut se angulári stabilitáte connectat / et Fílii
 tui resurrectione clarificata refúlgeat : Qui vivit.

Praefatio propria, Praefatio II Temporis per annum.

COMMUNIO.

Mt 21,13b; 7,8

Domus mea, Domus oratiónis vocábitur, dicit
 Dóminus: in ea omnis qui petit áccipit, et qui quærit
 ínvenit, et pulsánti aperiétur.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, qui nobis supérnam Ierusalem per temporále
 Ecclésiæ tuæ signum adumbráre voluísti : da,
 quaesumus, ut huius participatióne sacraménti, nos tuæ
 grátiae templum efficias / et habitatióne glóriæ tuæ
 íngredi concédas : Per Dóminum.

Die 10 novembris

S. LEO MAGNUS, DOCTOR PASTOR 3

lectionum

Missa B de Doctoribus, p. 780, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui advérsus Ecclésiám tuam, in apostólicæ
 petræ soliditáte fundátam, portas ínferi numquam
 praevalere permíttis : da ei, quaesumus, ut intercedénte
 beáto Leóne papa, in tua veritáte consistens / pace
 contínua muniátur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Oblátis munéribus, quaésumus, Dómine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina : ut et gregis tui proficiat ubíque successus / et grati fiant nómini tuo, te gubernante, pastóres : Per Christum.

POST COMMUNIÓNEM. Orémus.

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quaésumus, Dómine, tuam placatus Ecclésiam : ut, poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat / et in religiónis integritate persístat : Per Dóminum.

Die 11 novembris

S. MARTINUS, MONACHUS PASTOR 12

lectionum

INTROITUS.

Ps 67,6b-7a.36b

Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unánimes in domo, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

Ps 67,16a.17b: Mons Dei, mons Basan: mons in quo beneplácitum est Deo inhabitare. Glória Patri. Deus in loco sancto suo.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui in beáto Martíno epíscopo sive per vitam sive per mortem magnificatus es : ínnova grátiae tuæ mirabília in córdibus nostris / ut neque mors neque vita separáre nos possit a caritáte tua : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 3,14-21

Scire supereminentem scientiae caritatem Christi.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

FRatres: Flecto génuæ mea ad Patrem, ex quo omnis patrénitas in caelis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ virtúte corroborári per Spíritum eius in interiorem hóminem, habitáre Christum per fidem in córdibus vestris, in caritáte radicáti et fundáti, ut valeátis comprehéndere cum ómnibus sanctis quæ sit latitúdo et longitúdo et sublímities et profúndum, scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

Ei autem qui potens est supra ómnia fácere superabundánte quam pétimus aut intellégimus secúndum virtútem quæ operátur in nobis, ipsi glória in Ecclesia et in Christo Iesu in omnes generatiónes sæculórum: amen.

RESPONSORIUM.

Ps 132,1-2a

Ecce quam bonum, et quam iucúndum habitáre fratres in unum.

y. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

ALLELUIA.

Ps 64,2

Allelúia. V/. Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Ierusalem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 13,1.4.5b.12-17.34-35

Mandatum novum: sicut dilexi vos et vos diligite invicem.

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

ANte diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit eius hora ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem diléxit eos.

Surgit a cena et ponit vestiménta sua, et cum accepisset línteum, præcínxit se, et coepit laváre pedes discipulórum.

Postquam ergo lavit pedes eórum et accépit vestiménta sua, cum recubuísset íterum, dixit eis: “Scitis quid fécerim vobis? Vos vocátis me: Magíster, et: Dómine, et bene dícitis, sum étenim. Si ergo ego lavi vestros pedes, Dóminus et Magíster, et vos debétis alter altérius laváre pedes: exémplum enim dedi vobis ut quemádmódu ego feci vobis et vos faciátis. Amen, amen dico vobis: Non est servus maior dómíno suo, neque apóstolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis, beáti estis si fácitis ea.

Mandátum novum do vobis, ut diligátis ínvicem; sicut diléxi vos ut et vos diligátis ínvicem. In hoc cognóscant omnes quia mei discípuli estis, si dilectiónem habuéritis ad ínvicem”.

SUPER OBLATA.

SAnctífica, quaésumus, Dómine Deus, hæc múnera,
quæ in honórem sancti Martíni lætánter offerimus / ut
per ea vita nostra inter advérta et próspéra semper
dirigátur : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 13,12a.c.14b.15a.c

Dóminus Iesus postquam cenávit cum discíplis suis, lavit pedes eórum, et ait illis: Scitis quid fécerim vobis, ego Dóminus et Magíster? Exémplum dedi vobis, ut et vos ita faciátis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DA nobis, Dómine, unitátis sacraménto reffectis /
perféctam in ómnibus cum tua voluntate concórdiam
: ut, sicut beátus Martínus totum se tibi subiecit / ita
et nos esse tui veráciter gloriémur : Per Dóminum.

Die 12 novembris
S. IOSAPHAT, MARTYR PASTOR

Memoria

Missa D de Martyribus, p. 770.

COLLECTA.

Orémus.

EXcita, quaesumus, Domine, in Ecclesia tua Spiritum / quo repletus beatus Iosaphat animam suam pro ovibus posuit : ut, eo intercedente, nos quoque eodem Spiritu roborati / animam nostram pro fratribus ponere non vereamur : Per Dominum.

SUPER OBLATA.

Lementissime Deus, munera haec tua benedictione perfunde / et nos in tua fide confirma, quam sanctus Iosaphat effuso sanguine asservit : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Spiritum, Domine, fortitudinis et pacis haec nobis tribuat mensa caelestis : ut, sancti Iosaphat exemplo / vitam nostram ad honorem et unitatem Ecclesiae libenter impendamus : Per Dominum.

Prima die vacanti post
Dedicationem Basilicae Lateranensis
COMMEMORATIO FRATRUM
NOSTRORUM DEFUNCTORUM

Sumitur una ex Missis Defunctorum, p. 695, cum Orationibus sequentibus:

COLLECTA.

Orémus.

DEus, véniaē largítor, et humánaē salútis áuctor /
quaésumus cleméntiam tuam : ut nostræ societátis
Fratres et Soróres qui ex hoc saéculo transierunt / beáta
María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus
Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium
perveníre concédas : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

DEus, cuius misericórdiæ non est númerus, súscipe
propítius oblationes nostras : et animábus fratrum
nostrórum et sorórum quibus tui nóminis dedísti
confessionem / dona et resurrectionis lætítiam : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PRæsta, miséricors Déus / ut ánimæ famulórum
tuórum pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ
obtúlimus maiestáti : per huius virtútem sacraménti a
peccátis ómnibus expiatae / lucis perpétuæ te miseránte
recípiant beatitúdinem : Per Dóminum.

Die 17 novembris

S. HUGO LINCOLNIENSIS, MONACHUS PASTOR

12 lectionum

INTROITUS.

Is 66,10-1 la

T Ætáre, Ierusalem, et convéntum fácite omnes qui
J—e dilígitis eam: gaudéte cum lætítia qui in tristítia
fuístis: ut exsultátis, et satiémmini ab ubéribus
consolatiónis vestræ.

Ps 121,1: Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi:
In domum Dómini íbimus.

Glória Patri.
Lætáre, Ierusalem.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum Hugónem episcopum, eminéntia meritórum et claritáte signórum excellenter ornásti : concéde propítius, ut eius exémpla nos provocent / et virtutes illústrent : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 3,18; 4,6-7.16-18

Homo qui intus est noster renovatur de die in diem.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Nos omnes reveláta fácie glóriam Dómini specularétes, in eándem imáginem transformámur a glória in glóriam, tamquam a Dómini Spíritu.

Quóniam Deus qui dixit: “De ténebris lux splendéscat”, ipse illúxit in córdibus nostris ad illuminatióem sciéntiæ glóriæ Dei in fácie Iesu Christi.

Habémus autem thesáurum istum in vasis fictílibus, ut sublimitas sit virtútis Dei, et non ex nobis.

Propter quod non defícimus, sed licet is qui foris est noster homo corrúmpitur, tamen is qui intus est noster renovátur de die in diem. Id enim quod in præsentí est leve tribulatiónis nostræ supra modum in sublimitátem ætérnum glóriæ pondus operátur nobis, non contemplántibus nobis quæ vidéntur sed quæ non vidéntur: quæ enim vidéntur temporália sunt, quæ autem non vidéntur æténa sunt.

RESPONSORIUM.

Ps 121,1.7

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum

Dómini íbimus.

V/. Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

ALLELUIA.

Ps 117,1

Allelúia, y. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 17, 1-11

Tui erant et mihi eos dedisti.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Sublevátis Iesus óculis suis in caelum, dixit: “Pater, venit hora: glorífica Fílium tuum, ut Fílius gloríficet te sicut dedísti ei potestátem omnis carnis, ut omne quod dedísti ei det eis vitam ætéram.

Hæc est autem vita ætéra, ut cognóscant te solum verum Deum et quem misísti Iesum Christum. Ego te glorificávi super terram, opus consummávi quod dedísti mihi ut fáciam; et nunc glorífica me tu, Pater, apud temetípsum glória quam habébam prius quam mundus esset, apud te.

Manifestávi Nomen tuum homínibus quos dedísti mihi de mundo. Tui erant et mihi eos dedísti, et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt quia ómnia quæ dedísti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedísti mihi dedi eis, et ipsi accepérunt et cognovérunt vere quia a te exívi, et credidérunt quia tu me misísti.

Ego pro eis rogo; non pro mundo rogo sed pro his quos dedísti mihi, quia tui sunt, et mea ómnia tua sunt et tua mea; et glorificátus sum in eis. Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio. Pater sancte, conserva eos in Nómine tuo quod dedísti mihi, ut sint unum sicut nos”.

SUPER OBLATA.

MUnera, quaesumus, Domine, oblata sanctifica : et praesta, ut Filii tui cibo satiemur et poculo / qui et nostram imaginem reparavit, et suam nobis gratiam repromisit : Qui vivit et regnat.

COMMUNIO.

Io 14,9b-c.10a

Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem, alleluia; non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Alleluia, alleluia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Salvationis abundantiam tribue, Domine, fidelibus haec sancta sumentibus : et quos ad imaginem tuam fecisti / similiores observatione perfice mandatorum : Per Dominum.

Die 21 novembris

PRAESENTATIO B. V. MARIAE

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 18,15bc

Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper: Domine, adiutor meus, et redemptor meus. Ps 18,2: Caeli enarrant gloriam Dei: et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Gloria Patri. Meditatio cordis mei.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátam Mariám semper Vírginem imáginí Filii tui perfécte confórmém effecísti : concéde, ut virtútum eius imitatione / Christum in nobis exprimere valeámus : Qui tecum.

LECTIO.

Sir 24,1.5a.6b-7.12-16.26-27.29

In Tabernaculo sancto coram ipso ministravi.

Léctio libri Sirácidæ.

SApiéntia laudábit ánimam suam et in Deo honorábitur et in médio pópuli sui gloriábitur.

“Ego ex ore Altíssimi prodívi, et sicut nébula texi omnem terram. Ego in altíssimis habitávi, et thronus meus in colúmna nubis.

Tunc præcépit et dixit mihi Créator ómnium, et qui creávit me quiétem dedit tabernáculo meo et dixit mihi: "In Iacob inhábita et in Israel hereditáre et in eléctis meis mitte radíces".

Ab iníto ante sæculá creáta sum et usque ad futúrum sæculum non désinam. Et in Tabernáculo sancto coram ipso ministravi, et sic in Sion firmáta sum et in civitáte simíliter dilécta requiévi, et in Ierusalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto et in parte Dei mei, in hereditáte illíus, et in plenitúdine sanctorum deténtio mea.

Transíte ad me, omnes qui concupíscitis me, et a generatióibus meis implémini. Doctrína enim mea super mel dulcis et heréditas mea super mel et favum.

Qui edunt me adhuc esúrient, et qui bibunt me adhuc sítient”.

RESPONSORIUM.

Ps 44,12.11

Concupívit Rex decórem tuum, quóniam ipse est Dóminus Deus tuus.

V/. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

ALLELUIA.

Ps 107,2

Allelúia. V/. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS. In Quadragesima,

omisso Allelúia, dici potest Tractus:

TRACTUS.

Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

V/. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

V/. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

y. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

y. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 107,2

Allelúia, y. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,1

Allelúia, y. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) a. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 2,15-19

Maria conservabat verba conferens in corde suo.

**fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

F Actum est ut discessérunt ab eis ángeli in caelum, pastóres loquebántur ad ívicem: “Transeámus usque Béthlehem et videámus hoc verbum quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis”. Et venérunt festinántes et invenérunt Mariám et Ioseph et infántem pósito in præsépio. Vidéntes autem notum fecérunt verbum quod dictum erat illis de púero hoc.

Et omnes qui audiérunt miráti sunt de his quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos: María autem conservábat ómnia verba hæc cónferens in corde suo.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

D Eus, qui Unigénitum tuum nobis ineffábili bonitáte donasti / præsta, quaésumus : ut exémplo beatae Vírginis Mariae cum Ipso in unum consummati / dignum tibi offeramus obséquium : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 1,2b.3b

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

P Er huius virtútem sacraménti, quaésumus, Domine / beátæ Vírginis Mariae exémplo, deduc nos iúgiter in tua dílectióne : ut sis tu nobis hereditas / nosque sine fine possídeas : Per Dóminum.

Die 22 novembris
 S. CAECILIA, VIRGO MARTYR
 3 lectionum

Missa B de Virginibus, p. 829, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cui beáta Cæcília plácuít et passiõnis vigóre et virginitátis decore / præsta, quæsumus : ut eius imitatiõne invisibilem hostem superare / et Fílio tuo adhærere valeámus : Qui tecum.

SUPER OBLATA.

AGnum immaculátum tibi offérimus, Dómine : memóriam beatae Cæciliæ recoléntes, quæ Fílio tuo coniúncta est moriendo / cui se consecráverat caste vivéndo : Qui vivit.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

FAmíliam tuam, Deus, suávitás æténa contíngat et vegetet / quæ in mártýre tua Cæcília Christi Fílii tui bono iúgiter odore pascátur : Qui tecum vivit.

Die 25 novembris
 B. BEATRIX, VIRGO MONIALIS
 12 lectionum

INTROITUS.

Ps 104,3b-4

Lætétur cor quæréntium Dóminum: quærite Dóminum, et confirmámini: quærite fáciem eius semper. Ps 104,1: Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

Glória Patri.

Lætétur cor quæréntium Dóminum.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátam Beatricem vírginem in imitatióne Passiónis Dómini nostri Iesu Christi caritátis víctimam effecísti : da nobis, ut eius intercessióne et exémplo, eiúsdem Fílii tui Passiónibus communicántes in terris / ad ætérnam glóriam perveníre mereamur in caelis : Per Dóminum.

LECTIO.

Os 2,16-22

Ducam eam in solitudinem.

Léctio libri Osée prophetae.

HÆc dicit Dóminus: “Ecce ego
lactábo eam et ducam eam in
solitúdinem

et loquar ad cor eius; et dabo ei
víneas eius ex eódem loco

et vallem Achor portam spei, et
respondébit ibi iuxta dies iuventútis suæ

et iuxta dies ascensiónis suæ de terra Ægýpti.

Et erit in die illa, ait Dóminus,

vocábis me 'Vir meus'

et non vocábis me ultra 'Baal meus'. Et

áuferam nómina Báalim de ore eius,

et non recordábitur ultra nóminis eórum.

Et percútiam eis foedus in die illa

cum béstia agri et cum vólucré cæli et cum reptíli terræ;

et arcum et gládium et bellum cónteram de terra

et cubáre eos fáciam confidénter.

Et sponsábo te mihi in sempitérnum;

et sponsábo te mihi in iustítia et iudício
et in misericórdia et miseratióibus.

Et sponsábo te mihi in fide,
et cognósces Dóminum”.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 26,4a.c

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in
domo Dómini.

y. Ut vídeam voluptátem Dómini, et prótegar a
templo sancto eius.

ALLELUIA.

Ps 121,1

Allelúia. V/. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: In
domum Dómini íbimus. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 10,38-42

Unum est necessarium.

& Lécitio sancti Evangélli secúndum Lucam.

IN illo témpore: Intrávit Iesus in quoddam castéllum, et
múluer quædam Martha nómine excépit illum. Et huic
erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes
Dómini audiébat verbum illíus.

Martha autem satagébat circa frequens ministérium;
quæ stetit et ait: “Dómine, non est tibi curae quod soror
mea relíquit me solam ministráre? Dic ergo illi ut me
ádiuuet”.

Et respóndens dixit illi Dóminus: “Martha, Martha,
sollícita es et turbáris erga plúrima, porro unum est
necessárium: María enim óptimam partem elégit, quæ
non auferétur ab ea”.

SUPER OBLATA.

Dlcátæ, quaésumus, Dómine, capiámus oblationis
efféctum : ut, beátæ Beatrícis exémplo, terrénæ ve-

tustátis conversatióne mundati / cæléstis vitæ prof eeti-
nibus innovémur . Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 26,4ab

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in
domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

C Orporis et Sánguini Unigéniti tui sacra percéptio,
Dómine, ab ómnibus nos cadúcis rébus avértat : ut
exémplo beatae Beatrícis valeámus tui et sincéra in terris
caritáte profícere / et perpétua in caelis visione gaudére :
Per Dóminum.

Die 30 novembris

S. ANDREAS, APOSTOLUS

12 lectio num

INTROITUS.

Ps 138,17

Mihi autem nimis honorari sunt amíci tui, Deus:
nimis confortátus est principátus eórum. Ps 138,1b-
2a: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu
cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.
Glória Patri. Mihi autem.

Kýric, eléison.

Glória in excélsis, si ante Adventum advenerit.

COLLECTA.

Orémus.

MAiestátem tuam, Dómine, supplicítér exorámus : ut
sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus
éxstitit prædicátor et réctor / ita apud te sit pro nobis
perpetuus intercéssor ; Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 10,9-18

Fides ex auditu auditus autem per verbum Christi.*

Lectio Epistolæ beāti Pauli apóstoli ad Romános.

SI confiteáris in ore tuo: “Dóminum Iesum! ”, et in corde tuo credíderis quod Deus illum excitávit ex mórtuis, salvus eris. Corde enim créditur ad iustítiam, ore autem conféssio fit in salútem.

Dicit enim Scriptúra: “Omnis qui credit in illo non confundétur”. Non enim est distíctio Iudaei et Græci, nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ívocant illum: Omnis enim quicúmque invocáverit Nomen Dómini salvus erit.

Quómodo ergo invocábunt in quem non credidérunt? Aut quómodo credent ei quem non audiérunt? Quómodo autem áudient sine prædicánte? Quómodo vero prædicábunt nisi mittántur?

Sicut scriptum est: “Quam speciósi pedes evangelizántium bona”.

Sed non omnes obædiérunt Evangélio; Isaías enim dicit: “Dómine, quis credidit auditui nostro? ” Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

Sed dico, numquid non audiérunt? Quin immo, In omnem terram éxiit sonus eórum,
et in fines orbis terræ verba eórum.

RESPONSORIUM.

Ps 44,17b-18a. 17a. 18c

Constítues eos Príncipes super omnem terram: mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

V/. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: proptérea pópuli confitebúntur tibi.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Allelúia. V/. Veníte ad me omnes, qui laborátis, et oneráti estis, et ego refíciam vos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 4,18-22

Faciam vos piscatores hominum.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Ambulans Iesus iuxta mare Galilaeae vidit duos fratres, Simónem qui vocátur Petrus et Andréam fratrem eius, mitténtes rete in mare; erant enim piscatóres.

Et ait illis: “Veníte post me, et fáciam vos piscatóres hóminum”.

At illi contínuo, relíctis rétibus, secúti sunt eum. Et procedens inde vidit álios duos fratres, Iacobum Zebedaí et Ioannem fratrem eius, in navi cum Zebedaeo patre eórum reficiéntes rétia sua: et vocávit eos.

Illi autem statim, relícta navi et patre suo, secúti sunt eum.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Concéde nobis, omnípotens Deus : ut his munéribus, quæ in beáti Andréæ festivitáte deferimus / et tibi placeámus exhibitis, et vivificémur accéptis : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 1,41b-42a

Dicit Andréas Simóni fratri suo: Invénimus Messíam, qui dicitur Christus: et addúxit eum ad Iesum.

POST COMMUNIONEM.

OémUS.

Roboret nos, Dómine, sacraménti tui commúnio : ut, exémplo beáti Andréæ apóstoli, Christi mortificatió nem ferentes / cum ipso vívere mereamur in glória : Per Dóminum.

DECEMBER

Die 3 decembris

S. FRANCISCUS XAVIER, PASTOR

Memoria

Missa C de Pastoribus, p. 822, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beáti Francísci prædicatione multos tibi
pópulos acquisisti : da ut fidélium ánimi eódem
fidei zelo ferveant / et ubérrima ubíque prole
Ecclésia sancta lætétur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, múnera, quæ tibi in beáti Francísci
commemoratione deférimus : et præsta ut, sicut ille
desidério salutis hóminum ad terras longínquas est
progressus / ita et nos, testimónium Evangélio effící-
ter perhibéntes, ad te cum frátribus properáre
festinémus : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

MYstéria tua, Deus, eum in nobis accéndant caritátis
ardórem, quo beátus Francíscus pro animárum
salute flagrávit : ut, vocatióne nostra dígnius ambulantes
/ promíssum bonis operáriis præmium cum eo
consequámur : Per Dóminum.

Die 6 decembris

S. NICOLAUS, PASTOR

3 lectionum

Missa A de Pastoribus, p. 815.

COLLECTA.

Orémus.

Misericórdiam tuam, Dómine, súpplícés implorá-mus : et, beáti Nicolái epíscopi interveniénte suf-frágio, nos in ómnibus custódi perículis / ut via salútis nobis páteát expedita : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Sanctífica, quaésumus, Dómine, obláta múnera, quæ in festivitáte beáti Nicolái offeruntur / ut per ea vita nostra inter advérsa et próspéra ubíqué dirigátur : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sacrificia quæ sumpsimus, Dómine, pro festivitáte beáti' Nicolái : et animárum nobis medélam conferant : et sempitérna nos protectione confírment : Per Dóminum.

Die 7 decembris

S. AMBROSIUS, DOCTOR PASTOR

3 lectionum

Missa E de Doctoribus, p. 791.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui beátum Ambrósium epíscopum cathólicæ fidei doctórem et apostólicæ fortitúdinis exémplum effecísti : éxcita in Ecclésia tua viros secúndum cor túum / qui eam fórtiter et sapiénter gubérnent : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

ILia nos, quaesumus, Domine, divina tractantes,
 Spiritus Sanctus fidei luce perfundat / qua beatum
 Ambrósium ad glóriæ tuæ propagatióem iúgiter
 collustrávit : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Huius sacraménti, Domine, virtúte roborátos, fac nos
 beáti Ambrósii documéntis ita profícere : ut, viríliter
 per tuas sémitas festinantes / ad ætérni suavitétem
 convívii præparémur : Per Dóminum.

Die 8 decembris

CONCEPTIO IMMACULATA B. V. MARIAE

Sollemnitatis

INTROITUS.

Is 61,10a-d.f

GAudens gaudébo in Dómino, et exsultábit ánima
 mea in Deo meo: quia índuit me vestiméntis salútis,
 et induménto iustítiæ circúmdedit me, quasi sponsam
 ornátam monílibus suis.

Ps 29,2: Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me,
 nec delectásti inimícos meos super me. Glória Patri.
 Gaudens gaudébo.

*Kýrie, eléison. Glória
 in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem
 dignum Fílio tuo habitáculum præparásti :
 quaesumus, ut qui ex morte eiúsdem Fílii tui prævísa
 eam ab

omni labe præservásti / nos quoque mundos eius inter-
cessióne ad te pervenire concédas : Per Dóminum.

LECTIO.

Prov 8,22-35

*A b aeterno ordinata sum.***Léctio libri Proverbiórum.**

Dominus possédit me in inítio viárum suárum,
ántequam quidquam fáceret a princípío; ab
ætérno ordináta sum
et ex antíquis, ántequam terra fíeret. Nondum
erant abýssi, et ego iam concépta eram,
necdum fontes graves aquis,
priúsqum montes demergeréntur,
ante colles ego parturiébar. Adhuc
terram non fécerat et campos
et inítium glebae orbis terræ.
Quando præparábat cælos, áderam,
quando certa lege et gyro vallábat abýssos,
quando nubes firmábat sursum,
et prævaluérunt fontes abýssi, quando
circúmdabat mari términum suum
et aquis, ne transírent fines suos,
quando iecit fundaménta terræ,
cum eo eram ut ártifex:
delectátio per síngulos dies
ludens coram eo omni témpore,
ludens in orbe terrárum,
et deliciae meæ esse cum filiis hóminum.
Nunc ergo, filii, audíte me:
beáti, qui custódiunt vias meas;
audíte disciplínam et estóte sapiéntes,
et nolíte abícere eam.
Beátus homo, qui audit me
et qui vígilat ad fores meas cotídie
et obsérvat ad postes óstii mei.

Qui me invenerit, inveniet vitam et
hauriet delicias a Dómino.

RESPONSORIUM.

a. Iudi 13,18b; 15,9b

Benedícta es tu, Virgo María, a Dómino Deo excélsio
præ ómnibus muliéribus super terram.

y. Tu glória Ierusalem, tu lætítia Israel, tu
honorificéntia pópuli nostri.

ALLELUIA.

Cf. Cani 4,7

Allelúia. V/. Tota pulchra es, María, et mácula
originalis non est in te. Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest Tractus:

TRACTUS.

Ps86,1-3.5bc

Fundaménta eius in móntibus sanctis: díligit Dóminus
portas Sion super ómnia tabernácula Iacob.

y. Gloriósa dicta sunt de te, Cívitas Dei.

V/. Homo natus est in ea, et ipse fundávit eam
Altíssimus.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Iudi 15,9b

Allelúia. V/. Tu glória Ierusalem, tu lætítia Israel, tu
honorificéntia pópuli nostri.

ALLELUIA 2. (PER TOTUM TEMPUS PASCHALE) Cf. Cani 4,7

Allelúia. V/. Tota pulchra es, María, et mácula
originalis non est in te. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 1,26-28

Gratia plena.

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Missus est ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen vírginis María.

Et ingrèssus ad eam dixit: “Ave, grátia plena, Dóminus tecum”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

SAlutárem hóstiam, quam in sollemnitáte Immaculá-tæ Conceptionis beatæ Vírginis Mariæ tibi, Dómine, offérimus, suscipe et praesta : ut sicut illam tua grátia præveniénte ab omni labe immunem profitemur / ita eius intercessióne a culpis ómnibus liberémur : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 86,3; Lc 1,49a

Gloriósá dicta sunt de te, María: quia fecit tibi magna qui potens est.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SAcraménta quæ sumpsimus, Dómine Deus noster : Illíus in nobis culpae vúlnera reparent / a qua Immaculátam beátæ Mariæ Conceptionem singuláriter præser-vásti : Per Dóminum.

Die 13 decembris
S. LUCIA, VIRGO MARTYR

Memoria

Missa B de Virginibus, p. 829, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

INtercessio nos, quaesumus, Dómine, sanctae Lúciæ
virginis et mártiris gloriosa confóveat : ut eius natalí-
cia et temporáliter frequentemus / et conspiciámus
æterna : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Obláta múnera, quaesumus, Dómine, tua benedictione
sanctífica : quæ, te donánte, nos illa flamma tuæ
dilectiónis accéndat / per quam sancta Lúcia torménta
sui córporis universa devícit : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Divíni múneris participatióne refécti, quaesumus,
Dóminé Deus noster : ut, exémplo beatae Lúciæ,
mortificatióne Iesu in córpore nostro circumferéntes /
tibi soli adhærere studeámus : Per Dóminum.

Die 14 decembris
S. IOANNES A CRUCE, DOCTOR PASTOR
3 lectionum

Missa A de Doctoribus, p. 777.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui sanctum Ioannem presbýterum perféctæ
sui abnegatióne et crucis amatórem eximium effe-

císti : concéde ut, eius imitatióni iúgiter inhæréntes / ad contemplatiónem glóriæ tuæ perveniámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

T) Espice quas offérimus hóstias, omnípotens Deus, in IV commemoratióne beati Ioannis : et praesta ut, qui domínicæ passiónis mystéria celebramus / imitemur quod ágimus : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, qui crucis mystérium in beáto Ioanne mirabíliter illustrásti: concéde propítius, ut, ex hoc sacrificio roborati / Christo fidéles hæreámus, et in Ecclésia ad salútem ómnium operémur : Per Dóminum.

Die 16 decembris

B. GUILLELMUS DE FENOL, MONACHUS

12 lectionum

ÍNTRÓITUS.

Cf. Rom 5,5bc

Caritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, allelúia,
per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia,
allelúia.

Ps 87,2: Dómine Deus salútis meæ: in die clamávi et nocte coram te. Glória Patri. Cáritas Dei.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, humílium celsitúdo, cui servíre regnáre ést,
præsta, quaésumus : ut beáti Guillélmi
simplicitátem imitando / ad regnum párvulis promíssum
pertingá-mus : Per Dóminum.

LECTIO.

Mic 6,6-8

Indicatum est tibi quid Dominus quaerat a te.

Léctio libri Michaeae prophetae.

Uid dignum ófferam Dómino,
dum curvo genu Deo Excélso?
Numquid ófferam ei holocautómata
et vítulos annículos? Numquid placébunt
Dómino mília aríetum,
multa mília torréntium ólei? Numquid dabo
primogénitum meum pro scélere meo,
fructum ventris mei pro peccáto ánimæ meæ? ”
Indicátum est tibi, o homo, quid sit bonum
et quid Dóminus quaerat a te: útique fácere
iudícium et dilígere caritátem
et sollícitum ambuláre cum Deo tuo.

RESPONSORIUM.

Ps 95,8b-9a; 28,9bc

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte
Dóminum in aula sancta eius.

V/. Revelábit Dóminus condénsa: et in templo eius
omnes dicent glóriam.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia. y. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus
firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 11,25-30

Abscondisti haec a sapientibus et revelasti ea parvulis.

**fr* Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore respóndens Iesus dixit: “Confíteor tibi, Pater, Dómine caeli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus et revelásti ea párvulis. Ita, Pater, quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádicta sunt a Patre meo; et nemo novit Fílium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Fílius et cui volúerit Fílius reveláre.

Veníte ad me omnes qui laborátis et onerátis estis, et ego reficiam vos. Tóllite iugum meum super vos et díscite a me, quia mitis sum et húmilis corde, et inveniétis réquiem animábus vestris; iugum enim meum suave et onus meum leve est”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, múnera in beáti Guillélmi commemoratióne delata, et praesta : ut, per humánum quem tibi offérimus laborem / óperi Christi redemptóris consociari mereámur : Qui vivit.

COMMUNIO.

Mt 5,9a.8

Beáti pacífici, beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

HOstiam sanctam caritátis suméntes, quaesumus, Dómine : ut beáti Guillélmi exémplo / ad tui nóminis glóriam proximíque servítium hílares nos sémpér præsté-mus : Per Dóminum.

Die 24 decembris VIGILIA
NATIVITATIS DOMINI

Vide supra, p. 26.

Die 25 decembris
NATIVITAS DOMINI
Sollemnitas

Vide supra, p. 30.

Die 26 decembris
S. STEPHANUS, PROTOMARTYR
Sollemnitas

INTROITUS.

Ps 118,23a.86b.23b

ET enim sedérunt príncipes et advérsum me
loquebántur, et iníqui persecúti sunt me: ádiuva me,
Dómine Deus meus, quia servus tuus exercebátur in
tuis iustificatióibus.

Ps 118,1: Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege
Dómini. Glória Patri. Etenim sedérunt príncipes.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, Dómine, quaésumus, imitári quod
colimus / ut discámus et inimícos dilígere : quia
eius natalítia celebramus / qui novit étiam pro
persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum
Christum Fílium tuum : Qui tecum.

LECTIO.

Act 6,8-10; 7,54-60

Domine, ne statuas illis hoc peccatum.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Stéphanus plenus grátia et virtúte faciébat prodígia et signa magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de synagóga quæ appellátur Libertinórum et Cyrenénsium et Alexandrinórum et eórum qui erant a Cilicia et Asia disputántes cum Stéphano, et non póterant resístere sapiéntiæ et Spíritui quo loquebátur.

Audiéntes autem hæc dissecabántur córdibus suis et stridébant déntibus in eum.

Cum autem esset plenus Spíritu Sancto, inténdens in cælum vidit glóriam Dei et Iesum stantem a dextris Dei, et ait: “Ecce vídeo cælos apértos et Fílium hóminis a dextris stantem Dei”.

Exclamántes autem voce magna continuérunt aures suas, et ímpetum fecérunt unanímiter in eum, et eiciéntes extra civitátem lapidábant. Et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adulescéntis qui vocabátur Saulus.

Et lapidábant Stéphanum invocántem et dicéntem: “Dómine Iesu, súscipe spíritum meum”. Pósis autem génibus clamávit voce magna: “Dómine, ne státuas illis hoc peccátum”, et cum hoc dixisset obdormívit.

RESPONSORIUM.

Ps 118,23a.86b; 6,5b

Sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur, et iníqui persecúti sunt me.

V/. Adiuva me, Dómine Deus meus: salvum me fac propter misericórdiam tuam.

ALLELUIA.

Cf. Act 7,56

Allelúia. V/. Vídeo cælos apértos, et Iesum stantem a dextris virtútis Dei. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 10,17-22

Spiritus Patris vestri loquitur in vobis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus Apóstolis suis: “Cavéte ab homínibus; tradent enim vos in concíliis, et in synagógis suis flagellábunt vos; et ad praesides et ad reges ducémini propter me, in testimónium illis et géntibus. Cum autem tradent vos, nolíte cogitáre quómoado aut quid loquámini; dábitur enim vobis in illa hora quid loquámini.

Non enim vos estis qui loquímmini sed Spíritus Patris vestri qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater fílium; et insúrgent fílii in paréntes et morte eos afficient. Et éritis ódio ómnibus propter nomen meum: qui autem perseveráverit in finem, hic salvus erit”.

.Non dicitur Credo, nisi sit Dominica. SUPER OBLATA.

D Escéndat super hæc múnera, quaésumus, Dómine, Spíritus Sanctus : qui sicut beátum Stéphanum roborándo, sempitérnam provéxit ad gloriam / sic nos iúgiter gubernándo, ad misericórdiam perducatur ætérrnam : Per Christum.

Praefatio de Martyribus.

COMMUNIO.

Cf. Act 7,56.59b.60b

Vídeo cælos apértos, et Iesum stantem a dextris virtútis Dei: Dómine Iesu, áccipe spíritum meum, et ne státuas illis hoc peccátum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

GRátias ágimus, Dómine, multiplicátis circa nos
miserationibus tuis : qui et Fílii nativitáte nos salvas
/ et beáti mártýris Stéphaní celebratione lætíficas :
Per Dóminum.

Die 27 decembris

S. IOANNES, APOSTOLUS EVANGELISTA

12 lectionum

INTROITUS.

Sir 15,5

IN médio Ecclésiæ apéruit os eius, et implévit eum
Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stola glóriæ
índuit eum.

Ps 91,2: Bonum est confitéri Dómino, et psállere
nómini tuo, Altíssime. Glória Patri. In médio Ecclésiæ.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui per beátum apóstolum Ioannem Verbi tui
nobis arcána reserásti: præsta, quaésumus, ut, quod
ille nostris áuribus excellénter infudit / intellegéntiæ
competéntis eruditióné capiámus : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Io 1,1-4

Quod vidimus et audivimus annuntiamus et vobis.

Inítium Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

CAríssimi: Quod fuit ab inítio, quod audivimus, quod
vídimus óculis nostris, quod perspéximus et manus

nostræ contrectavérunt, de verbo vitæ —et vita appáruit, et vídimus et testámur et annuntiámus vobis vitam ætérnam quæ erat coram Patre et appáruit nobis— quod vídimus et audívimus annuntiámus et vobis, ut et vos communiónem habeátis nobíscum. Commúnio autem nostra est cum Patre et cum Fílio eius Iesu Christo.

Et hæc scríbimus nos ut gáudium nostrum sit plenum.

RESPONSORIUM.

Io 21,23

Exiit sermo inter fratres quod discípulus ille non móritur.

y. Et non dixit Iesus, Non móritur: sed, Si eum volo manére donec véniam?

ALLELUIA.

Io 21,24a.c

Allelúia. V/. Hic est discípulus ille qui testimónium pérhibet de his: et scimus quia verum est testimónium eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 1,35-39

Venite et videbitis.

<& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Stabat Ioannes et ex discípulis eius duo, et respiciens Iesum ambulántem dicit: “Ecce Agnus Dei”. Et audiérunt eum duo discípuli loquéntem et secúti sunt Iesum.

Convérsus autem Iesus et videns eos sequéntes se, dicit eis: “Quid quaeritis?”

Qui dixérunt ei: “Rabbi (quod dicitur interpretátum: Magíster), ubi hábitas?”

Dicit eis: “Veníte et vidébitis”. Venérunt ergo et vidérunt ubi manéret, et apud eum mansérunt die illo: hora erat quasi décima.

Credo in unum Deum.

SUPER OBLATA.

MUnera, quaesumus, Domine, oblata sanctifica : et
praesta, ut ex huius cenae convivio aeterni Verbi
secreta hauriamus / quae ex eodem fonte apostolo tuo
Ioanni revelasti : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 1,2b.3b

Qui meditabitur in lege Domini die ac nocte, dabit
fructum suum in tempore suo.

POSTCOMMUNIONEM.

Oramus.

PRaesta, quaesumus, omnipotens Deus : ut Verbum
caro factum, quod beatus Ioannes apostolus
praedicavit / per hoc mysterium quod celebravimus
habitet semper in nobis : Per Dominum.

Die 28 decembris

SS. INNOCENTES, MARTYRES

12 lectionum

INTROITUS.

Ps 8,3ab

EX ore infantium, Deus, et lactentium perfecisti laudem
propter inimicos tuos.

Ps 8,2: Domine, Dominus noster, quam admirabile est
nomen tuum in universa terra! Gloria Patri. Ex ore
infantium.

Kyrie, elison.

Gloria in excelsis.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártýres non loquéndo sed moriéndo confessi sunt : da, quaésumus, ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur / étiam móribus vita fateátur : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 7,9-17 (LE: 13-17)

Amicti sunt stolis albis.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

EGo Ioannes vidi: et ecce turba magna, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus et tríbutus et pópulis et linguis stantes ante thronum et in conspéctu Agni, amícti stolas albas, et palmae in mánibus eórum; et clamant voce magna dicéntes: “Salus Deo nostro qui sedet super thronum, et Agno”.

Et omnes ángeli stabant in circúitu throni et Seniórum et quáttuor Animálium, et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas et adoravérunt Deum dicéntes: “Amen. Benedíctio et glória et sapiéntia et gratiárum áctio et honor et virtus et fortitúdo Deo nostro in sæculá sæculórum: amen”.

(1) Et respóndit unus de Senióribus dicens mihi: “Hi qui amícti sunt stolis albis, qui sunt et unde venérunt? ”

Et dixi illi: “Dómine mi, tu scis”.

Et dixit mihi: “Hi sunt qui véniunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas et dealbavérunt eas in sánguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei et sérviant ei die ac nocte in templo eius et qui sedet in throno habitábit super illos.

Non esúrient ámplius, neque sítient ámplius, neque cadet super illos sol neque ullus æstus, quóniam Agnus

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

Unus de Senióribus dixit mihi Ioanni:...

qui in médio throni est pascet illos et dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum et abstérget Deus omnem lácrimam ex óculis eórum”.

RESPONSORIUM.

Ps 123,7-8

Anima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium.

y. Láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus: adiutórium nostrum in nómine Dómini, qui fecit caelum et terram.

ALLELUIA.

Ps 112,1

Allelúia. V/. Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 2,13-18

Occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

CUm recessissent Magi, ecce ángelus Dómini appáret in somnis Ioseph, dicens: “Surge et áccipe púerum et matrem eius et fuge in Ægýptum; et esto ibi usque dum dicam tibi; futúrum est enim ut Heródes quaerat púerum ad perdéndum eum”.

Qui consúrgens accépit púerum et matrem eius nocte et recéssit in Ægýptum, et erat ibi usque ad óbitum Heródis; ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam dicéntem: “Ex Ægýpto vocávi Fílium meum”.

Tunc Heródes videns quóniam illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit omnes púeros qui erant in Béthlehem et in ómnibus fínibus eius, a bimátu et infra, secúndum tempus quod exquisierat a Magis.

Tunc adimplétum est quod dictum est per Ieremiam prophétam dicéntem: “Vox in Rama audíta est, plorá-

tus et ululátus multus: Rachel plorans filios suos, et nóluit consolári, quia non sunt”.

SUPER OBLATA.

ADésto, Dómine, munéribus Innocéntium festiuitate sacrádis : et præsta ut eórum sinceritátem possímus imitari / quorum tibi dicátam veneramur infántiam : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 2,18

Vox in Rama audíta est, plorátus, et ululátus: Rachel plorans filios suos, et nóluit consolári, quia non sunt.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Salvatiónis abundántiam tríbue, Dómine, fidélibus in eórum festiuitáte tua sáncta suméntibus : qui, Fílium tuum humána necdum voce profiténtes / cælésti sunt grátia pro eius nativité coronáti : Per Dóminum.

EXPLICIT PROPRIUM SANCTORUM.

COMMUNIA

COMMUNE DEDICATIONE ECCLESIAE

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONE 12

lectionum

INTROITUS.

Cf. Gen 28, 17

Terribilis est locus iste: hic domus Dei est, et porta caeli, et vocabitur Aula Dei.

Ps 92, lab: Dóminus regnavit, decorem indutus est: indutus est Dóminus fortitudinem, et praecinxit se. Glória Patri. Terribilis est locus iste.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui nobis per singulos annos huius sancti Templi tui consecrationis réparas diem : et sacris semper mystériis repræsentas incolumes / exáudi preces populi tui : et præsta, ut quisquis hoc Templum beneficia petiturus ingreditur / cuncta se impetrasse lætetur : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Peti 2,4-9

Tamquam lapides vivi aedificamini domus spiritalis.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

Aríssimi: Ad Dóminum accedentes, lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, coram Deo autem eléctum, pretiósium, et ipsi tamquam lápidés vivi aedificámini domus spiritalis in sacerdotium sanctum, offerre spirítales hóstias acceptábiles Deo per Iesum Christum.

Propter quod cóntinet in Scriptúra: “Ecce pono in Sion lápidem angulárem eléctum pretiósus, et qui credit in eo non confundétur”. Vobis ígitur honor credéntibus; non credéntibus autem “Lapis quem reprobavérunt ædificántes hic factus est in caput ánguli”, et “Lapis offensiónis et petra scándali”; qui offéndunt, verbo non credétes, in quod et pósito sunt.

Vos autem genus eléctum, regále sacerdotium, gens sancta, pópulus in adquisitiónem, ut virtútes annuntiétis eius qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum.

RESPONSORIUM.

Ps 83,2-3a.5

Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

V/. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine: in sæculá sæculórum laudábunt te.

ALLELUIA.

Ps 137,2ab

Allelúia. V/. Adorábo ad Templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Allelúia.

In Quadragesima, omissio Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 124,1-2

Qui confídunt in Dómino sicut mons Sion: non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierusalem.

y. Montes in circúitu eius, et Dóminus in circúitu pópuli sui ex hoc nunc et usque in saéculum.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 137,2ab

Allelúia. V/. Adorábo ad Templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies. quam fecit Dóminus:
exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et
vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 19, 1-10

Hodie salus domui huic facta est.

<fc Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Ingréssus Iesus perambulábat Iericho.
Et ecce vir nómine Zacchæus, et hic erat princeps
publicanórum et ipse dives. Et quærébat vidére Iesum
quis esset, et non póterat præ turba quia statúra pusíllus
erat. Et præcúrrens ascéndit in árborem sycómorum ut
vidéret illum, quia inde erat transitúrus.

Et cum venísset ad locum, suspíciens Iesus dixit ad
eum: “Zacchæe, festínans descénde, nam hódie in domo
tua opórtet me manére”.

Et festínans descéndit, et excépit illum gaudens. Et
cum vidérent omnes murmurábant, dicéntes: “Ad
hóminem peccatórem devértit”.

Stans autem Zacchæus dixit ad Dóminum: “Ecce
dimídium bonórum meórum, Dómine, do paupéribus, et
si quid áliquem defraudávi, reddo quádruplum”.

Ait autem Iesus ad eum: “Hódie salus dómui huic
facta est, eo quod et ipse fílius sit Abrahæ: venit enim
Fílius hóminis quaerere et salvum fácere quod períerat”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Suscipe, quaésumus, Dómine, munus oblátum : et
poscéntibus concéde / ut hic sacramentórum virtus,

et votórum obtineatur efféctus : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 21,13b; 7,8

Domus mea, Domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit áccipit, et qui quærit ínvenit, et pulsánti aperiétur.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui Ecclésiam tuam Sponsam vocáre dignatus es : da, ut plebs, nómini tuo sérvians, huius vocábuli consórtio esse digna mereatur / et unitátis sacraménto reiécta, ad cæléstia promíssa pervéniat : Per Dóminum.

IN IPSO DIE DEDICATIONE

Sollemnitás

Dicitur praecedens Missa, cum sequentibus Orationibus.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui invisibíliter ómnia contines / et tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis : Templum hoc poténtia tuæ habitatiónis illústra / et concéde ut omnes qui huc deprecatur! convéniunt : ex quacúmque tribulatióne ad te clamaverint / consolatiónis tuæ beneficiá consequántur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

DEus, qui sacrandórum tibi auctor es munerum / effúnde super hanc oratiónis domum benedictiόnem tuam : ut ab ómnibus in ea invocántibus nomen tuum / defensiόnis tuæ sentiatur auxiliūm : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PRimítiis huius templi consecráti satiáti, quaesumus,
Dómine : ut qui, in hoc saéculo a te ædificámur / in
fine huius saéculi et tibí dedicémur : Per Dóminum.

COMMUNE APOSTOLORUM

MISSA A DE APOSTOLIS

(Vocatio divina)

INTROITUS.

Ps 138,17

Mihi autem nimis honoráti sunt amíci tui, Deus;
nimis confortátus est principátus eórum. Ps 138,1b-
2a: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu
cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.
Glória Patri. Mihi autem.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius Unigénitus captóres píscium elégit, ut
hóminum piscatores effíceret: rogámus cleméntiam
tuam / ut ipse nos, inter mundi fluctus, ad litus beátæ
perennitatis perdúcat : Per Dóminum.

LECTIO.

Gai I, L11-24

Deus me segregavit de utero matris meae.

Inítium Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas.

PAulus apóstolus, non ab homínibus neque per
hóminem, sed per Iesum Christum et Deum Patrem
qui suscitávit eum a mórtuis, notum vobis fácio,
fratres,

Evangelium quod evangelizatum est a me quia non est secundum hominem; neque enim ego ab homine accēpi illud, neque didici, sed per revelationem Iesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequēbar Ecclesiam Dei et expugnābam illam, et proficiēbam in Iudaismo supra multos coetāneos in genere meo, abundantius aemulātor existens paternarum mearum traditionum.

Cum autem placuit Deo qui me segregavit de utero matris meae et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non contuli cum carne et sanguine, neque ascēdi Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damāscum.

Deinde post annos tres ascēdi Ierosolymam vidēre Cepham, et mansi apud eum diebus quindecim; alium autem Apostolorum non vidi, nisi Iacobum fratrem Domini. Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior.

Deinde veni in partes Syriae et Ciliciae. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudaeae quae sunt in Christo, tantum autem auditum habebant: “Qui persequēbatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem quam aliquando expugnabat”, et in me glorificabant Deum.

RESPONSORIUM.

Ps 138,17-18a

Nimis honorati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum.

y. Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Alleluia. V/. Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Alleluia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lect., omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lect., omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum, in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius; generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saeculum saeculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA

Mt 11,28

Allelúia. V/. Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 15,9-17

Ego elegi vos.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos: manéte in dilectióne mea. Si præcépta mea servavéritis, manébitis in dilectióne mea, sicut ego Patris mei præcépta servávi et máneo in eius dilectióne. Hæc locútus sum vobis ut gáudium meum in vobis sit, et gáudium vestrum im-

pleátur.

Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem sicut diléxi vos: maiórem hac dilectiónem nemo habet, ut ánimam suam quis ponat pro amícis suis.

Vos amíci mei estis si faciétis quæ ego præcípio vobis. Iam non dico vos servos, quia servus nescit quid facit dóminus eius: vos autem dixi amícos, quia ómnia quæ audívi a Patre meo nota feci vobis.

Non vos me elegístis, sed ego elégi vos et pósui vos ut vos eátis et fructum afferátis et fructus vester máneat, ut quodcúmque petiéritis Patrem in Nómine meo det vobis.

Hæc mando vobis, ut diligátis ínvicem”.

SUPER OBLATA.

D A nobis, Dómine, per hæc múnera quæ tibi offerimus, spíritum veritátis et pácis / quo beátus N. apóstolus illuminátus Iesum Christum prædicávit : Qui vivit.

COMMUNIO.

Io 15,16b.d

Ego vos elégi de mundo, ut eátis, et fructum afferátis, et fructus vester máneat.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

R Eiecti, Dómine, pane cælésti ad vitam, quaésumus, nutriamur ætérrnam : ut, Fílio tuo sanctis opéribus occurrentes / eius déxteræ sociáti regnum mereámur possidere cæléste : Per Dóminum.

MISSA B DE APOSTOLIS

(Missio apostolica)

INTROITUS.

Cf. Is 48,20

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Vocem iucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia:
annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit
Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia.

Ps 65,1-2: Iubiláte Deo, omnis terra: psalmum dícite
nómini eius: date glóriam laudi eius. Glória Patri. Vocem
iucunditátis.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, Ecclésiæ tuæ redemptor atque periéctor :
praesta, quæsumus, ut quod in orbem terrárum
apostólica prædicatióne manavit / in ómnium corda
penétret et crescat : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 10,9-18

Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

SI confiteáris in ore tuo: “Dóminum Iesum! ”, et in
corde tuo credíderis quod Deus illum excitávit ex
mórtuis, salvus eris. Corde enim créditur ad iustítiam,
ore autem conféssio fit in salútem.

Dicit enim Scriptúra: “Omnis qui credit in illo non
confundétur”. Non enim est distíctio Iudaíi et Græci,
nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui
ínvocant illum: Omnis enim quicumque invocáverit
Nomen Dómini salvus erit.

Quómodo ergo invocábunt in quem non credidérunt?
Aut quómodo credent ei quem non audiérunt? Quómo-

do autem áudient sine prædicánte? Quómodo vero prædicábunt nisi mittántur?

Sicut scriptum est: “Quam speciósi pedes evangelizántium bona”.

Sed non omnes obœdiérunt Evangélio; Isaías enim dicit: “Dómine, quis crédidit audítui nostro? ” Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi.

Sed dico, numquid non audiérunt? Quin immo, “In omnem terram éxíit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum”.

RESPONSORIUM.

Ps 18,5.2

In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

V/. Cæli enarrant glóriam Dei, et ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

ALLELUIA.

Io21,24a.c

Allelúia. V/. Hic est discípulus ille qui testimónium pérhibet de his; et scimus quia verum est testimónium eius. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1

Io 21,24a.c

Allelúia. V/. Hic est discipulus ille qui testimónium pérhibet de his; et scimus quia verum est testimónium eius.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 10,1-9

Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Designávit Dóminus álios septuagínta duos, et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum quo erat ipse ventúrus.

Et dicébat illis: “Messis quidem multa, operárii autem pauci; rogáte ergo Dóminum messis ut mittat operários in messem suam.

Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta, et néminem per viam salutavéritis.

In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui. Et si ibi fúerit filius pacis, requiéscet super illam pax vestra; sin autem ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus enim est operárius mercéde sua.

Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis et suscepérint vos, manducáte quæ apponúntur vobis, et curáte infirmos qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos Regnum Dei”.

SUPER OBLATA.

Memor iam beáti N. recensentes / preces et hóstias tibi, Dómine, deférimus, suppliciter exoránte : ut eruditio veritátis illúminet / quos prophéticus et apostólicus sérmó infórmát : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 28,18b-19

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Data est mihi omnis potéstas in caelo et in terra, alleluia: eúntes docéte omnes gentes, baptizánte eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Reieci cibo potúque cælésti, Deus noster, te súpplícés exorámus : ut quod evangélica prædicatióne dignátus es inchoare / nunc quoque per credéntium corda diffúndas : Per Dóminum.

MISSA C DE APOSTOLIS

(Missio apostolica)

INTROITUS.

Sap 10,20b-21

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Victrícem manum tuam, Dómine, laudavérunt páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum, et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.
Ps 97,1: Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit. Glória Patri. Victrícem manum tuam.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui nos per beátos apóstolos tuos ad agnitióem tui nóminis veníre tribuísti : da nobis sancti tui N. précibus / ut quod fides cognóscit, spes desíderet, et cáritas apprehéndat : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Cor 15,1-8

Evangelium quod evangelizavi vobis.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

Notum vobis fácio, fratres, Evangelium quod evangelizávi vobis, quod et accepístis, in quo et státis, per quod et salvámini, qua ratióne evangelizáverim vobis, si tenétis, nisi si frustra credidístis.

Trádidi enim vobis in primis quod et accépi, quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras, et quia sepúltus est, et quia suscitátus est tértia die secúndum Scriptúras, et quia visus est Cephae, et post hæc Duódecim; deínde visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormiérunt; deínde visus est Iacobo, deínde apóstolis ómnibus; novíssime autem ómnium, tamquam abortívo, visus est et mihi.

RESPONSORIUM.

Ps 44,17M8a.17a.18c

Constítues eos príncipes super omnem terram; mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

y. Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii; proptérea pópuli confítebúntur tibi.

ALLELUIA.

1 Cor 5,8a.c

Allelúia, y. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

I Cor 5,8a.c

Allelúia, y. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia, y. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 16,15-20

Praedicate Evangelium omni creaturae.

***f* Conclúsió sancti Evangélii secúndum Marcum.**

IN illo témpore: Appárens Iesus Undecim dixit eis: **I**“Eúntes in mundum univérsum prædicáte Evangélium omni creaturae. Qui credíderit et baptizátus fúerit, salvus erit, qui vero non credíderit, condemnábitur.

Signa autem eos qui credíderint hæc sequéntur: in Nómine meo dæmónia eícient, linguis loquéntur novis,

serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint non eos nocēbit, super ægrōtos manus impōnent, et bene habēbunt”.

Et Dōminus quidem Iesus postquam locūtus est eis, assūptus est in caelum et sedit a dextris Dei.

fili autem profecti prædicaverunt ubique, Dōmino cooperante et sermōnem confirmante, sequentibus signis.

SUPER OBLATA.

VOta pōpuli tui, Dōmine, propitiatus intēde : ut per quos inītiū divīnæ cognitiōnis accepit / per eos usque in finem saeculi cāpiat regni cælēstis augmētum : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 19,28b.d

Vos qui secūti estis me, sedēbitis super sedes, iudicāntes duōdecim tribus Israel.

POSTCOMMUNIONEM.

Orēmus.

DEus, qui te pārvulis et humilibus revelāre dignaris / trībue nobis, quaesumus, virtūte huius sacramenti refectis : imitatiōne beāti N., huius mundi dediscere sapientiam / et solum ediscere Iesum crucifixum : Qui tecum vivit et regnat.

COMMUNE MARTYRUM

MISSA A DE MARTYRIBUS
(Conformitas cum Chrīsto)

INTROITUS.

Cf. Gai 6,14

NOs autem gloriāri oportet in cruce Dōmini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrēctio

nostra: per quem salváti et liberáti sumus.

Ps 66,2: Deus misereátur nostri, et benedícat nobis:
illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Glória Patri.

Nos autem gloriári.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui sancto N. (vel sanctis
N. et N.) pro Christo pati donasti / nostræ quoque
fragilitáti divínium præténde subsidium : ut sicut ille
(illi) pro te mori non dubitávit / (dubitaverunt /) ita nos
fortes in tua confessióne vívere valeámus : Per
Dóminum.

LECTIO.

Sap2,1a.12-22

Morte turpissima condemnemus iustum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Dixerunt ípii cogitántes apud se non recte:

“Circumveniámus iustum,
quóniam inútilis est nobis et
contrárius est opéribus nostris
et ímpróperat nobis peccáta legis
et diffámat in nos peccáta disciplínæ nostræ.

Promíttit se sciéntiam Dei habére
et fílium Dei se nóminat;

factus est nobis in accusatióne cogitatiónum nostrárum:
gravis est nobis étiam ad vidéndum,

quóniam dissímilis est áliis vita illíus,
et immutátæ sunt viæ eius. Tamquam in
scóriam ætimáti sumus ab illo,

et ábstinet se a viis nostris tamquam ab immundítiis;
beáta dicit novíssima iustórum,
et gloriátur patrem se habére Deum.

Videámus ergo, si sermónes illíus veri sint,
et tentémus, quæ in éxitu eius erunt: si enim
est verus filius Dei, suscípíet illum,
et liberábit eum de mánibus contrariórum.

Contumélia et torménto interrogémus eum,
ut sciámus modéstiam eius
et probémus paciéntiam illíus; morte
turpíssima condemnémus eum:

erit enim ei visitátio ex sermónibus illíus”.

Hæc cogitavérunt et erravérunt; excæcávit enim
illos malítia eórum,

et nesciérunt sacraménta Dei: neque
mercédem speravérunt sanctitátis,
nec iudicavérunt honórem animárum immaculatárum.

RESPONSORIUM.

Ps 118,23a.86b; 108,26

Sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur, et
iníqui persecúti sunt me.

V/. Adiuva me, Dómine, Deus meus, salvum me fac
propter misericórdiam tuam.

ALLELUIA.

Act 7,56

Allelúia. V/. Vídeo caelos apértos, et Iesum stantem a
dextris virtútis Dei. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit
nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum
benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius
manet in saéculum saeculi.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Act 7,56

Allelúia. V/. Vídeo caelos apértos, et Iesum stantem a dextris virtútis Dei.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 10,34-39

Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.

*** & Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.**

IN illo témpore: Dixit Iesus Apóstolis suis: “Nolíte arbitrári quia vénerim mittere pacem in terram; non veni pacem mittere sed gládium. Veni enim separáre hóminem advérsus patrem suum et filiam advérsus matrem suam et nurum advérsus socrum suam et inimíci hóminis doméstici eius.

Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus; et qui amat filium aut filiam super me non est me dignus; et qui non áccipit crucem suam et séquitur me, non est me dignus.

Qui invénerit ánimam suam perdet illam, et qui perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam”.

SUPER OBLATA.

IN tuórum, Dómine, pretiósá morte iustórum, sacrificium illud offerimus / de quo martýrium sumpsit omne princípium : Per Christum.

COMMUNIO.

Act 7,56.59b.60b

Vídeo cælos apertos, et Iesum stantem a dextris virtutis Dei: Dómine Iesu, áccipe spíritum meum, et ne státuas illis hoc peccátum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

D Eus, qui crucis mystérium in sanctis martýribus tuis mirabíliter illustrásti : concéde propítius, ut, ex hoc sacrificio roborati / Christo fidéliter hæreámus, et in Ecclésia ad salútem ómniúm operémur : Per Dóminum.

MISSA B DE MARTYRIBUS

(Testimoníum)

INTROITUS.

Ps 118,75.120

COgnóvi, Dómine, quia æquitas iudícia tua, et in veritáte tua humiliásti me: confíge timóre tuo carnes meas, a mandátis tuis tímui.

Ps 118,1: Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri. Cognóvi, Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

LÆtíficet nos, quaésumus, Dómine, beatórum mártýrum tuórum gloriosa festívitás : quos, Unigéniti tui passiónem et resurrectiónem voce líbera confitentem / pretiósium sánguinem fúndere sancta morte fecísti : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 10,32-39

Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.

Lectio Epistolæ ad Hebræos.

FRatres: Rememorámini prístinos dies, in quibus illumináti magnum certámen sustinuístis passiónum, in áltero quidem oppróbriis et tribulatióibus spectáculum facti, in áltero autem sócii táliter conversántium effécti; nam et vinctis compássi estis, et rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habére meliórem substántiam et manéntem.

Nolíte ítaque abícere confidéntiam vestram, quæ magnam habet remuneratiónem, paciéntia enim vobis necessária est ut voluntátem Dei faciéntes reportétis promissiónem. Adhuc enim módicum quántulum, qui ventúrus est véniet et non tardábit: iustus autem meus ex fide vivet, quod si subtráxerit se, non sibi cómplacet in eo ánima mea.

Nos autem non sumus subtractiόνis in perditiónem, sed fidei in acquisitiónem ánimæ.

RESPONSORIUM.

Ps 27,7b-d. lab

In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit caro mea: et ex voluntáte mea confitébor illi.

V/. Ad te, Dómine, clamávi, Deus meus, ne síleas: ne discédas a me.

ALLELUIA.

Ps 89, 1

Allelúia. V/. Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 89,1

Allelúia, y. Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia, y. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia, y. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 24,4-13

Eritis odio omnibus gentibus propter Nomen meum.

i Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Vidéte ne quis vos sedúcat. Multi enim vénient in Nómine meo dicéntes: Ego sum Christus, et multos sedúcent. Auditóri enim estis proéla et opiniónes proeliorum; vidéte ne turbémini; opórtet enim fieri, sed nondum est finis. Consúrget enim gens in gentem et regnum in regnum, et erunt fames et terræ motus per loca; hæc autem ómnia inítia sunt dolórum.

Tunc tradent vos in tribulatióne, et occídent vos, et

éritis ódio ómnibus géntibus propter Nomen meum.

Et tunc scandalízabúntur multi et invicem tradent et ódio habébunt ívicem; et multi pseudoprophetae surgent et sedúcent multos: et quóniam abundávit iníquitas refrigéscet cáritas multórum.

Qui autem permánserit usque in finem, hic salvus erit”.

SUPER OBLATA.

Martyrum tuórum passiónem venerántes, fac nos,
Dómine, hoc sacrificio mortem Unigéniti tui digne
ánuntiáre : cui parum fuit hortári mártires vérbo / nisi
firmaret exémplo : Per Christum.

Ex sequentibus Communionibus eligitur alterutra.

COMMUNIO 1.

Io 11,25b-26a

Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet; et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum.

COMMUNIO 2.

Ps 118,161-162

Príncipes persecúti sunt me gratis, et a verbis tuis formidávit cor meum; lætábor ego super elóquia tua, quasi qui invénit spólia multa.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Tua, Dómine, sumpsimus dona cæléstia de hodiérna
festivitate lætántes : præsta, quaésumus, ut, qui in
hoc divíno convívio mortem Fílii tui annuntiamus /
eiúsdem resurrecciónis et glóriæ cum sanctis martýribus
partícipes esse mereámur : Per Dóminum.

MISSA C DE MARTYRIBUS
(Fecunditas pro Ecclesia)

INTROITUS.

Ps 27,8-9b.d

Dominus fortitúdo plebis suæ, et protéctor
salutárium Christi sui est: salvum fac pópulum tuum,
Dómine, et bénedic hereditáti tuæ, et rege eos usque
in saéculum.

Ps 27,1: Ad te, Dómine, clamábo, Deus meus, ne síleas
a me: nequándo táceas a me, et assimilábor
descendéntibus in lacum. Glória Patri. Dóminus fortitúdo
plebis suæ.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui sánguinem mártýrum semen christianórum
éssé fecísti : concéde propítius, ut tuæ ager
Ecclésiæ, beáti N. (vel beatórum N. et N.) cruóre
rigátus / in amplam tibi messem iúgitér fecundétur : Per
Dóminum.

LECTIO.

Rom 6,3-11

Mortui cum Christo, vivemus cum eo.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

Ratres: Quicúmque baptizáti sumus in Christo Iesu in
morte ipsíus baptizáti sumus. Consepúlti ergo sumus
cum illo per baptísmum in mortem, ut quemádmódum
suscitátus est Christus a mórtuis per glóriam Patris, ita et
nos in novitáte vitæ ambulémus.

Si enim complantáti facti sumus similitúdini mortis
eius, sed et resurrectionis érimus; hoc sciéntes, quia
vetus homo noster simul crucifíxus est, ut destruatúr
corpus peccáti, ut ultra non serviámus peccáto; qui
enim

mórtuus est iustificátus est a peccáto.

Si autem mórtui sumus cum Christo, crédimus quia simul étiam vivémus cum eo; sciéntes quod Christus suscitátus ex mórtuis iam non móritur, mors illi ultra non dominátur. Quod enim mórtuus est, peccáto mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimáte vos mórtuos quidem esse peccáto, vivéntes autem Deo in Christo Iesu.

RESPONSORIUM.

Phil 2,8b-9

Christus factus est pro nobis oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

y. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi Nomen quod est super omne nomen.

ALLELUIA.

Ps 99,2ab

Allelúia. V/. Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 99,2ab

Allelúia. V/. Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia, y. Dignus est Agnus, qui occísus est, accíperere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 17,11b-19

Sanctifico me ipsum, ut sint sanctificati in veritate.

**fr* Lécitio sanctí Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Sublevátis Iesus óculis in caelum, orávit dicens:

“Pater sancte, serva eos in Nómine tuo quod dedísti mihi, ut sint unum sicut nos. Cum essem cum eis, ego servábam eos in Nómine tuo quod dedísti mihi et custodívi, et nemo ex his périit, nisi filius perditiónis, ut Scriptúra impleátur.

Nunc autem ad te vénio, et hæc loquor in mundo ut hábeant gáudium meum implétum in semetípsis. Ego dedi eis sermónem tuum, et mundus ódio eos hábuit, quia non sunt de mundo sicut ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex Malo. De mundo non sunt sicut ego non sum de mundo.

Sanctífica eos in veritáte: sermo tuus véritas est. Sicut me misísti in mundum, et ego misi eos in mundum; et pro eis ego sanctífico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificáti in veritáte”.

SUPER OBLATA.

G Rata tibi sit, Dómine, nostræ devotiónis oblatio / qui beátum N. (vel beátos N. et N.), fruméntum Christi, per martýrii passióem panem mundum suscepí-

písti : Per Christum.

Ex sequentibus Communionibus eligitur alterutra.

COMMUNIO 1.

Io 12,26a

Qui mihi ministrat, me sequatur; et ubi ego sum, illic et minister meus erit.

COMMUNIO 2.

1 Petr 2,9b

In Quadragesima, o mittuntur Allelúia.

Pópulus acquisitionis annuntiáte virtútes eius, allelúia, qui vos de ténebris vocávit in admirábile lumen suum, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstibus, Dómine, pasti delíciis, súpplícés te rogá-
v^{rf} mus : ut, exémplo beáti N. (vel beatórum N. et N.),
caritátis et passiónis Fílii tui in méntibus nostris signa
feramus / et perpétuæ pacis fructu iúgitér perfruámur :
Per Dóminum.

MISSA D DE MARTYRIBUS

(Victoria martyrii)

INTROITUS.

Ps 63,11

T Ætábitur iustus in Dómino, et sperábit in eo, et lau-
JL-[^] dabúntur omnes recti corde.

Ps 63,2: Exáudi, Deus, oratióne meam cum
déprecór: a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Glória Patri.

Lætábitur iustus in Dómino.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum N. (vel beátos N. et N.) divína caritáte flagrántem (flagrántes), ac fide, quæ vincit mundum, insígnem (insígenes) effecísti : praesta, quaésumus, ut ipso (ipsis) intercedénte (intercedentibus), nos quoque in fide et caritáte perseverantes / eius (eórum) glóriæ consórtes fieri mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Tim 2,8-13; 3,10-12 (*LE: 2,8-13*)*Si sustinemus cum Christo, et conregnabimus.*

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Timótheum.

Aríssime: Memor esto Iesum Christum resuscitátum esse a mórtuis, ex sémine David, secúndum Evangélium meum in quo labóro usque ad víncula quasi male óperans, sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur quæ est in Christo Iesu cum glória æténa.

Fidélis sermo: nam si commórtui sumus, et convivémus; si sustinémus, et conregnábimus; si negábimus, et ille negábit nos; si non crédimus, ille fidélis manet, negáre enim se ipsum non potest.

Tu autem assecútus es meam doctrínam, institutióem, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectiόem, paciéntiam, persecutiόes, passiόes, quália mihi facta sunt Antiochia, Icónii, Lystris, quales persecutiόes sustínui; et ex ómnibus me erípuit Dóminus. Et omnes qui volunt pie vívere in Christo Iesu persecutiόem paciéntur.

RESPONSORIUM.

Ps 20,4b. 3

Posuísti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretiόso.

V/. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei, et voluntáte labiórurú eius non fraudásti eum.

ALLELUIA.

Ps 111,1

Allelúia. V/. Beátus vir qui timet Dóminum; in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítia in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 111,1

Allelúia. T. Beátus vir qui timet Dóminum; in mandátis eius cupit nimis.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accíperere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 16,28-33

In mundo pressuram habetis, sed confidite, ego vici mundum.

& Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Exívi a Patre et veni in mundum; íterum relínquo mundum et vado ad Patrem”.

Dicunt discípuli eius: “Ecce nunc palam lóqueris, et provérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia et non opus est tibi ut quis te intérroget; in hoc crédimus quia a Deo exísti”.

Respóndit eis Iesus: “Modo créditis? Ecce venit hora et iam venit ut dispergámini unusquísque in própria et me solum relínquátis; et non sum solus, quia Pater mecum est.

Hæc locútus sum vobis, ut in me pacem habeátis: in mundo pressúram habétis, sed confidite, ego vici mundum”.

SUPER OBLATA.

HÆc hóstia, Dómine, quam in beáti N. (vel beatórum N. et N.) triumpho deférimus : corda nostra tui amoris igne iúgiter inflámmet / et ad promíssa perseverántibus præmia dispónat : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 16,24b

Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

C Oncéde nobis, Dómine, per hæc sacraménta cæléstia, grátiam in beáti mártiris N. (vel beatórum mártirum N. et N.) celebritate múltiplicem : ut de tanti agóne certáminis discámus et firma solidári patientia / et pia exsultare victória : Per Dóminum.

MISSA E DE MARTYRIBUS

(Victoria martyrii)

INTROITUS.

Ps 67,4

T Usti epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei, et de--
L lecténtur in lætítia.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius.

Glória Patri.

Iusti epuléntur.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius virtus in infirmitate perficitur : da nobis, beáti N. mártiris (vel beatórum N. et N. mártirum) exémplo, Unigéniti tui passiónum societatem / ut resur-rectióni configurári mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 12,10-12a

Vicerunt propter sanguinem Agni.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

EGo Ioannes audívi vocem magnam in caelo dicéntem: “Nunc facta est salus et virtus et Regnum Dei nostri et potéstas Christi eius, quia proiéctus est Accusátor fratrum nostrórum, qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicérunt illum propter sánguinem Agni et propter verbum testimónii sui et non dilexérunt ánimam suam usque ad mortem. Proptérea lætámini, caeli et qui habitátis in eis”.

RESPONSORIUM.

Ps 149,5.1

Exsultábunt Sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis.

y. Cantáte Dómino cánticum novum; laus eius in Ecclésia Sanctórum.

ALLELUIA.

Sap 3,8

Allelúia. V/. Iudicábunt Sancti natiónes, et dominabúntur pópulis; et regnábit Dóminus illórum in perpétuum. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, o mittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Sap 3,8

Allelúia. V/. Iudicábunt Sancti natiónes, et dominabúntur pópulis; et regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ap 5,12b

Allelúia. V/. Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 16,20-22

Gaudium vestrum nemo tollit a vobis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Amen, amen dico vobis, quia plorábitis et flébitis vos, mundus autem gaudébit; vos contristabímmini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium.

Múlier cum parit tristítiam habet, quia venit hora eius; cum autem pepérerit púerum, iam non méminit pressuræ propter gáudium quia natus est homo in mundum.

Et^ros ígitur nunc quidem tristítiam habétis; íterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum, et gáudium vestrum nemo tollit a vobis”.

SUPER OBLATA.

T) Ræséntia múnera, quaésumus, Dómine, ita seréna JL pietáte intuére : ut Sancti Spíritus perfundántur benedictióne, et in nostris córdibus eam dilectiónem válidam operentur / per quam sanctus martyr N. (vel sancti mártynes N. et N.) ómnia córporis tormenta devícit (torménta devicérunt) : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 32,1

Gaudéte, iusti, in Dómino; rectos decet collaudátio.
(T. P. Allelúia.)

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

BEatórum mártýrum cæléstem victóriam divíno convívio celebrántes, te, Domine, depóscimus : ut panem vitæ hic edentes / de ligno vitæ in paradíso édere mereámur : Per Dóminum.

COMMUNE DOCTORUM

MISSA A DE DOCTORIBUS

(Sapientia caro facta)

INTROITUS.

Sap 18,14-15a

DUm médium siléntium tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter habéret: omnípotens sermo tuus, Dómine, de caelis a regálibus sédibus venit. Ps92,lab: Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se. Glória Patri. Dum médium siléntium.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui Fílium tuum lumen verum in múnđum misísti : effúnde, intercedénte beáto N., Spíritum promissionis / qui veritátis sémina in córdibus hóminum iugiter diffúndat : Per Dóminum.

LECTIO.

Sap 7,22- 8,1

Sapientia candor est lucis aeternae.

Léctio libri Sapiéntiæ.

ESt in Sapiéntia spíritus intéllegens, sanctus, únicus, múltiplex, subtílis, móbilis, perspícuus, incoinquinátus, lúcidus, ínnocens, amans bonum, acútus, quem nihil vetat, benefáciens, humánus, benígus, stábilis, certus, secúrus, omnem habens virtútem, ómnia prospíciens et pénétrans omnes spíritus,

intellegíbiles, mundos, subtilíssimos.
 Omni enim motu móbilior est sapiéntia;
 pertránsit autem et pénétrat ómnia propter mundítiam.
 Hálitus est enim virtútis Dei
 et emanátio claritátis Omnipoténtis sincéra;
 ídeo nihil inquinátum in eam incúrrit: candor
 est enim lucis ætérnæ
 et spéculum sine mácula Dei poténtiæ
 et imágo bonitátis illíus. Et,
 cum sit una, ómnia potest; et in se
 pérmanens ómnia ínnovat,
 et per generatiónes in ánimas sanctas se tránsferens
 amícos Dei et prophétas constítuit.
 Nihil enim díligit Deus,
 nisi eum, qui cum sapiéntia inhábitat. Est
 enim hæc speciósior sole
 et super omnem dispositiÓNem stellárum; luci
 comparáta invenítur splendídior: illi enim
 succédit nox,
 sapiéntiam autem non vincit malítia. Attíngit
 ergo a fine usque ad finem fórtiter
 et dispónit ómnia suáviter.

RESPONSORIUM.

Ps 117,26a.27a.23

Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus
 Dóminus, et illúxit nobis.

V/. A Dómino factum est istud, et est mirábile in
 óculis nostris.

ALLELUIA.

Sap 7,26

Allelúia. V/. Candor est lucis ætérnæ, spéculum sine
 mácula et imágo bonitátis illíus. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

y. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saeculum saeculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Sap 7,26

Allelúia. V/. Candor est lucis aetérnae, spéculum sine mácula et imágo bonitátis illíus.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia, y. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 8,12-16.31-32

Ego sum lux mundi.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Locútus est Iesus Pharisaéis dicens: “Ego sum lux mundi; qui séquitur me non ambulábit in ténebris, sed habébit lucem vitæ”.

Dixerunt ergo ei Pharisaéi: “Tu de te ipso testimónium pérhibes; testimónium tuum non est verum”.

Respóndit Iesus et dixit eis: “Et si ego testimónium perhíbeo de me ipso, verum est testimónium meum, quia scio unde veni et quo vado: vos autem nescítis unde vénio aut quo vado. Vos secúndum carnem iudicátis, ego non iú dico quemquam. Et si iú dico ego, iudícium meum

verum est, quia solus non sum, sed ego et qui me misit Pater”.

Dicébat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudaeos: “Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei estis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos”.

SUPEROBLATA.

I Lia nos, quaesumus, Domine, divina tractantes :
 Spiritus Sanctus fidei luce perfundat / qua beatum
 N. ad gloriae tuae propagationem iugiter collustravit : Per
 Christum.

COMMUNIO.

Cf. Sap 16,20jb

Panem de caelo dedisti nobis, Domine, habentem
 omne delectamentum et omnem saporem suavitatis.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Q Uos Christo reficis pane vivo, eosdem edoce, Domine,
 Christo magistro : ut in festivitate beati N. tuam
 discant veritatem / et eam in caritate operentur : Per
 Dominum.

MISSA B DE DOCTORIBUS

(Meditatio verbi divini)

INTROITUS.

Ps 36,30-31a

O S iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur
 iudicium; lex Dei eius in corde ipsius. Ps 36,34a:
 Exspecta Dominum et custodi viam eius: et exaltabit
 te ut hereditate capias terram. Gloria Patri. Os iusti.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum N. Verbi tui incarnáti præcónem effecísti / eius nobis intercessione concéde : ut tuæ salútis mystéria et iúgiter scrutémur in corde / et fidéliter significémus in ópere : Per Dóminum.

LECTIO.

Col 1,24- 2,3

Mysterium Dei, Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossénses.

FRatres: Nunc gáudeo in passiónibus pro vobis, et adímpleo ea quæ desunt passiónum Christi in carne mea pro córpore eius, quod est Ecclésia, cuius factus sum ego mínister secúndum dispensatióem Dei quæ data est mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei, mystérium quod absconditum fuit a saeculis et generatióibus —nunc autem manifestátum est sanctis eius, quibus vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ mystérii huius in géntibus, quod est Christus in vobis, spes glóriæ; quem nos annuntiámus, commonétes omnem hóminem et docétes omnem hóminem in omni sapiéntia, ut exhibeámus omnem hóminem perféctum in Christo; ad quod et labóro certádo secúndum operatióem eius quæ operátur in me in virtúte.

Volo enim vos scire qualem sollicitúdinem hábeam pro vobis et pro his qui sunt Laodicíæ et quicumque non vidérunt fáciem meam in carne, ut consoléntur corda ipsórum, instrúcti in caritáte et in omnes divítias plenitúdinis intelléctus, in agnitióem mystérii Dei, Christi, in quo sunt omnes thesáuri sapiéntiæ et sciéntiæ absconditi.

RESPONSORIUM.

Ps 36,30-31

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium.

V/. Lex Dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius.

ALLELUIA.

Ps 111,1

Allelúia, y. Beátus vir qui timet Dóminum; in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, et non dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

y. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saeculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 111,1

Allelúia, y. Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia, y. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 12,44-50

Quæ ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Clamávit Iesus et dixit: “Qui credit in me, non credit in me sed in Eum qui misit me, et qui videt me, videt Eum qui misit me.

Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me in ténebris non máneat. Et si quis audíerit verba mea et non custodíerit, ego non iúdicó eum, non enim veni ut iúdicem mundum, sed ut salvíficem mundum.

Qui spernit me et non áccipit verba mea, habet qui iúdicet eum: sermo quem locútus sum, ille iudicábit eum in novíssimo die, quia ego ex me ipso non sum locútus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandátum dedit quid dicam et quid loquar. Et scio quia mandátum eius vita æténa est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor”.

SUPER OBLATA.

'T* Ríbué, nobis, Dómine : ut, exémplo beáti N., verbum tuum meditati / ad salutárem hóstiam maiestáti tuæ offeréndam puriórés accedámus : Per Christum.

Ex sequentibus Communionibus alterutra eligitur.

COMMUNIO 1.

Ps 1,2b.3b

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

COMMUNIO 2.

Mt 24,46-47

Beátus servus, quem cum vénerit Dóminus, invénerit vigilántem; amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PAsce, Dómine, plebis tuæ Verbi famem ætérni : ac per hæc quæ sumpsimus / et córpora nostra páriter et corda pacífica : Per Dóminum.

MISSA C DE DOCTORIBUS

(Spirítus dat Sapientiam)

INTROITUS.

Cf. Is 55,1

Sitiéntes, veníte ad aquas, dicit Dóminus: et qui non habétis prétium, veníte et bíbite cum lætítia. Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Sitiéntes, veníte ad aquas.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Concéde, quaesumus, Dómine : ut quod beátus N., Spíritus Sancti múnere afflátus, nostris áuribus suggéssit / eiúsdem Spíritus dono cápere mente valeámus : Per Dóminum.

LECTIO.

I Cor 2, 1-1 Oa

Loquimur Dei sapientiam in mysterio.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

EGo cum veníssem ad vos, fratres, veni non per sublimitátem sermónis aut sapiéntiæ annúntians vobis mystérium Dei.

Non enim iudicávi scire me áliiquid inter vos nisi Iesum Christum et hunc crucifíxum. Et ego in infirmitáte et ti-

móre et tremóre multo fui apud vos, et sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne Spíritus et virtútis, ut fides vestra non sit in sapiéntia hóminum sed in virtúte Dei.

Sapiéntiam autem lóquimur inter perféctos, sapiéntiam vero non huius saéculi neque princípum huius saéculi qui destruúntur, sed lóquimur Dei sapiéntiam in mystério, quæ abscóndita est, quam prædestinávit Deus ante sæculá in glóriam nostram; quam nemo princípum huius saéculi cognóvit; si enim cognovissent, numquam Dóminum glóriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est: “Quod óculus non vidit nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit, quæ præparávit Deus his qui díligunt illum”. Nobis autem revelávit Deus per Spíritum.

RESPONSORIUM.

Ps 24,3a.4

Univérsi qui te expéctant non confundéntur,
Dómine.

V/. Vias tuas, Dómine, notas fac mihi, et sémitas tuas
édoce me.

ALLELUIA.

Phil 2,5

Allelúia. V/. Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo
Iesu. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit
nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum
benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius
manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Phil 2,5

Allelúia, y. Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 1. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. T. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 10,17-24

Pater, abscondisti hæc a sapientibus, et revelasti ea parvulis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Révèrsi sunt septuagínta duo cum gáudio dicéntes: “Dómine, étiam dæmónia subiciúntur nobis in Nómine tuo”.

Et ait illis: “Vidébam Sátanam sicut fulgur de caelo cadéntem. Ecce dedi vobis potestátem calcánda supra serpéntes et scorpíones, et supra omnem virtútem inimíci, et nihil vobis nocébit. Verúmtamen in hoc nolíte gaudére quia spíritus vobis subiciúntur, gaudéte autem quod nómina vestra scripta sunt in caelis”.

In ipsa hora exsultávit Spíritu Sancto et dixit: “Confíteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quod abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis: étiam, Pater, quia sic plácuit ante te. Omnia mihi trádicta sunt a Patre meo, et nemo scit qui sit Fílius nisi Pater, et qui sit Pater nisi Fílius et cui volúerit Fílius reveláre”.

Et convérsus ad discípulos seórsum dixit: “Beáti óculi qui vident quæ vidétis. Dico enim vobis: Multi prophétæ

et reges voluerunt videre quæ vos videtis et non viderunt, et audire quæ auditis et non audierunt”.

SUPER OBLATA.

T) Ræpara, Dómine, per hæc quæ offerimus, dignam
JL Sapiéntiæ tuæ in córdibus nostris habitationem /
ut, splendóre veritátis conspícu, ad lucem perveniamus
ætérnam : Per Christum.

COMMUNIO.

io 3,8ab

In Quadragesima omittuntur Allelúia.

Spíritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, allelúia;
sed nescis unde véniat, aut quo vadat, allelúia, allelúia,
allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Cibus, quem sumpsimus, Dómine, in celebratióne
beáti N., suum in nobis operetur efféctum : ut, eius
exémplis roboráti et mónitis erudíti / Verbi tui incarnáti
rapiárnur amóre : Qui tecum vivit.

MISSA D DE DOCTORIBUS

(Communio vitæ)

INTROITUS.

Ps 18,15bc

Meditatio cordis mei in conspéctu tuo semper:
Dómine, adiútor meus, et redémptor meus. Ps
18,9: Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda;
præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos. Glória
Patri. Meditatio cordis mei.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Effúnde super nos, quaésumus, Dómine, spíritum
 quo beátum N. singulariter ditásti: ut
 supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi scire
 valeamus / et in omnem plenitúdinem Déi impleámur :
 Per Dóminum.

LECTIO.

Sap 7,27c- 8,2a.3-7.9

Sapientia amicos Dei constituit.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Sapiéntia per generatiónes in ánimas
 sanctas se tránsferens amícos Dei et
 prophétas constítuit. Nihil enim díligit
 Deus,
 nisi eum, qui cum sapiéntia inhábitat. Est
 enim hæc speciósior sole
 et super omnem dispositiÓNem stellárum;
 luci comparáta invenítur splendídior: illi enim
 succédit nox,
 sapiéntiam autem non vincit malítia.
 Attíngit ergo a fine usque ad finem fórtiter
 et dispónit ómnia suávitèr. Hanc amávi et exquisívi a
 iuventúte mea. Generositátem suam gloríficat
 contubérnum habens Dei,
 sed et ómniúm Dóminus diléxit illam.
 Doctrix enim est disciplínæ Dei
 et eléctrix óperum illíus. Et si divítia sunt
 desiderábilis posséssio in vita,
 quid sapiéntia locuplétius, quæ operátur ómnia?
 Si autem sensus operátur,
 quis horum, quæ sunt, magis quam illa est ártifex? Et
 si iustítiam quis díligit,
 labóres huius sunt virtútes:
 sobrietátem enim et prudéntiam docet,
 iustítiam et fortitúdinem,

quibús utílius nihil est in vita homínibus. Propósui ergo hanc addúcere mihi ad convivéndum, sciens quóniam erit mihi consiliária bonórum et consolátio sollicitúdinum et tædii.

RESPONSORIUM.

Eph 3,17-19

Det vobis Pater Christum habitáre per fidem in córdibus vestris, in caritáte radicáti et fundáti: ut possítis comprehéndere cum ómnibus Sanctis, quæ sit latitúdo et longitúdo, et sublímities et profúndum.

y. Scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi: ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

ALLELUIA.

Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Lc 24,32b

Allelúia, y. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via?

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsulta-

mus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 7,14-18

Mea doctrina non est mea sed Eius qui misit me.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IAm die festo mediánte, ascéndit Iesus in templum et docébat. Mirabántur ergo Iudaéi dicétes: “Quómodo hic lítteras scit cum non didícerit?”

Respóndit ergo eis Iesus et dixit: “Mea doctrína non est mea sed Eius qui misit me: si quis volúerit voluntátem eius fácere, cognóscet de doctrína utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar.

Qui a semetípso lóquitur, glóriam própriam quærit; qui autem quærit glóriam Eius qui misit illum, hic verax est et iniustítia in illo non est”.

SUPER OBLATA.

Sacrificium tibi pláceat, Deus, in festivitáte beáti N. libénter exhibítum / quo monénte, nos étiam totos tibi réddimús collaudántes : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 15,1 lab

Notas mihi fecísti vias vitæ: adimplébis me lætítia cum vultu tuo, Dómine.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, omnípotens Deus : ut Verbum caro factum, quod beátus N. prædicávit / per mystérium quod celebrávimus hábitet sémper in nobis : Per Dóminum.

MISSA E DE DOCTORIBUS

(Contemplata aliis tradere)

INTROITUS.

Sir 15,5

IN médio Ecclésiæ aperuit os eius, et implévit eum
Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus; stola glóriæ
índuit eum. (T. P. Allelúia, allelúia.)

Ps 91,2: Bonum est confitéri Dómino, et psállere
nómini tuo, Altíssime. Glória Patri. In médio Ecclésiæ.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátum N. doctórem ad annuntiándum
investigábiles Christi divítias mirabíliter elegisti : da
nobis, eius exémpis et monitis / ut, in tua sciéntia
crescéntes, secúndum Evangélii lumen conversémur :
Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 2,14- 3,6a (LE: 3Jb-6a)

Deus idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad
Corínthios.

FRatres: Deo grátias, qui semper triúmphat nos in
Christo et odórem notítiæ suæ maniféstat per nos in
omni loco; quia Christi bonus odor sumus Deo in his
qui salvi fiunt et in his qui péreunt, áliis quidem odor ex
morte in mortem, áliis autem odor ex vita in vitam.
Et ad hæc quis idóneus? Non enim sumus sicut plúrimi
adulterántes verbum Dei, sed sicut ex sinceritáte, sed
sicut ex Deo coram Deo in Christo lóquimur. Incípimus
íterum nosmetípsos commendáre?

- (1) Aut numquid egémus sicut quidam commendatíciis epístolis ad vos aut ex vobis? Epístola nostra vos estis, scripta in córdibus nostris, quæ scitur et légitur ab ómnibus homínibus; manifestati quóniam epístola estis Christi ministráta a nobis, scripta non atraménto sed Spírítu Dei vivi, non in tábulis lapídeis sed in tábulis cordis canálibus. Fidúciam autem talem habémus per Christum ad Deum. Non quod sufficiéntes simus cogitáre áliquíd a nobis quasi ex nobis, sed sufficiéntia nostra ex Deo est, qui et idóneos nos fecit minístros Novi Testaménti.

RESPONSORIUM.

Ps 33,12.6

Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos. V/.
Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ non confundéntur.

ALLELUIA.

Ps 88,6

Allelúia. V/. Confitebúntur caeli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia sanctórum. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

Fratres: Numquid egémus...

Missae de Doctoribus

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 88,6

Allelúia, y. Confitebúntur caeli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia sanctórum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia. V/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 16,5-7.12-15

Spiritus veritatis ducet vos in omni veritate.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Nunc vado ad Eum qui me misit, et nemo ex vobis intérogat me: Quo vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis tristítia implévit cor vestrum.

Sed ego veritátem dico vobis: éxpedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos; si autem abíero, mittam eum ad vos.

Adhuc multa hábeo vobis dícere, sed non potéstis portáre modo: cum autem vénerit ille, Spíritus veritátis, ducet vos in omni veritáte: non enim loquétur a semetípso, sed quæcúmque áudiet loquétur, et quæ ventúra sunt annuntiabit vobis. Ille me glorificábit, quia de meo accípíet et annuntiábit vobis.

Omnia quæcúmque habet Pater, mea sunt; proptérea dixi quia de meo áccipit et annuntiábit vobis”.

SUPER OBLATA.

Sacrificium, Dómine, in beáti N. natali oblátum : nos praebeat dilígere veritatem / et perficiat pópu-

lum in vera fide concórdem : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 7,37a.38a.c-39a

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Ultimo festivitátis die dicébat Iesus: Qui in me credit, flúmina de ventre eius fluent aquæ vivæ: hoc autem dixit de Spíritu, quem acceptúri erant credéntes in eum, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Cibo refécti, Dómine, potúque salútis : Salvatóris nostri, quaésumus, semper Sángine perfundámur / qui fons aquæ nobis fiat in vitam salientis ætérnam : Per Dóminum.

COMMUNE MONACHORUM

MISSA A DE MONACHIS

(Deo vocanti amore responderunt)

INTROITUS.

Cf. Rom 5,5bc

In Quadragesima omittuntur Allelúia.

Caritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, allelúia, per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia, allelúia.

Ps 87,2: Dómine Deus salútis meæ: in die clamávi et nocte coram te. Glória Patri. Cáritas Dei diffúsa est.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

A Moris tui nobis, Dómine, præsta flagrantiam : ut mens, beáto N. intercedente, desiderio tui indefesso fulgeat / ac in dilectione proficiens, caritatis latitudine amplectatur et fratres : Per Dóminum.

LECTIO.

Deut 6,4-9

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

Lectio libri Deuteronomii.

Locutus est Móyses pópulo dicens: “Audi, Israel: Dóminus Deus noster Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ánima tua et ex tota fortitúdine tua.

Erúntque verba hæc, quæ ego præcípío tibi hódie, in corde tuo, et inculcábis ea filiis tuis et loquéris ea sedens in domo tua et ámbulans in itínere, decúmbens atque consúrgens; et ligábis ea quasi signum in manu tua, erúntque quasi adpénsum quid inter óculos tuos, scribésque ea in póstibus domus tuæ et in portis tuis”.

RESPONSORIUM.

Ps 95,8b-9a; 28,9bc

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte Dóminum in aula sancta eius.

y. Revelábit Dóminus condénsa: et in templo eius omnes dicent glóriam.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia, y. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 /actionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

y. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 17,2b-3a

Allelúia. V/. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 9,23-27

Si quis vult venire post me, tollat crucem suam cotidie.

<fc Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: dicébat Iesus ad omnes: “Si quis vult post me veníre, ábneget se ipsum et tollat crucem suam cotidie, et sequátur me.

Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet illam; qui autem perdíderit ánimam suam propter me, hic salvam fáciet illam.

Quid enim próficit homo si lucrétur univérsum mundum, se autem ipsum perdat vel detriméntum sui fáciat?

Nam qui me erubúerit et meos sermónes, hunc Fílius hóminis erubéscet, cum vénerit in glória sua et Patris et

Missa A de Monachis

sanctorum angelorum.

Dico autem vobis vere: Sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant Regnum Dei”.

SUPER OBLATA.

A Spice sereno vultu, Domine, haec munera, qui semper
es propensus ad dona : ut oblata, non invitantis
merito / sed tuae puritatis sanctifices exemplo : Per
Christum.

Ex sequentibus Communionibus eligitur alterutra,

COMMUNIO.

Ps 33,9

Gustate et videte quoniam suavis est Dominus: beatus
vir qui sperat in eo.

COMMUNIO.

Mt 5,9a.8

Beati pacifici, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum
videbunt.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Hoc convivio refecti, quaesumus, Domine : ut, in
novitate vitae ambulantes / te in tuis pascamus qui
a te pascimur sacramentis et verbo : Per Dominum.

MISSA B DE MONACHIS

(Deum quaesierunt)

INTROITUS.

Ps 26,8-9a

Tibi dixit cor meum, Quaesivi vultum tuum: vultum
tuum, Domine, requiram: ne avertas faciem tuam a
me.

Ps 26,1a: Dominus illuminatio mea, et salus mea,
quem timebo? Gloria Patri.

Tibi dixit cor meum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

alus, qui beátum N. in solitúdinem duxísti, eius no-is
intercessione concéde : ut illuc omnis nostra dirigátur
intentio / ubi glóriæ tuæ pérmanet indeficiéns
plenitúdo : Per Dóminum.

LECTIO.

Gen 12,1-4a

Egredere de terra tua et de cognatione tua.

Léctio libri Génesis.

IN diébus illis: Dixit Dóminus ad Abram:

“Egrédere de terra tua et de cognatióne tua et
de domo patris tui

in terram, quam monstrábo tibi.

Faciámque te in gentem magnam

et benedícam tibi et magnificábo nomen tuum,
erisque in benedictiónem.

Benedícam benedicéntibus tibi

et maledicéntibus tibi maledícam,

atque in te benedicéntur

univérsæ cognatiónes terræ! ”

Egréssus est ítaque Abram, sicut præcéperat ei
Dóminus, et ivit cum eo Lot.

RESPONSORIUM.

Ps 117,8-9

Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in
hómine.

V/. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in
princípibus.

ALLELUIA.

Ps 107,2

Allelúia. V/. Parátum cor meum, Deus, parátum cor

meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omissa Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

y. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omissa Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 107,2

Allelúia, y. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. T. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 12,22-34 (LB: 29-34)

Quaerite Regnum Dei et alia adicientur vobis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Dico vobis: nolíte sollíciti esse ánimæ quid manducétis, neque córpori quid vestiámini. Anima enim plus est quam esca et corpus quam vestiméntum.

Consideráte corvos quia non séminant neque metunt,

quibus non est cellárium neque hórreum et Deus pascit illos: quanto magis vos pluris estis volúcribus.

Quis autem vestrum cogitádo potest adícere ad aetátem suam cúbitum? Si ergo neque quod mínimum est potéstis, quid de céteris sollíciti estis?

Consideráte lília quómo modo crescunt: non labórant, neque nent; dico autem vobis: Nec Sálomon in omni glória sua vestiebátur sicut unum ex istis.

Si autem fenum, quod hódie in agro est et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit, quanto magis vos, pusíllæ fidei.

- (1) Et vos nolíte quaerere quid manducétis aut quid bibátis, et nolíte sollíciti esse; hæc enim ómnia gentes mundi quærunt; Pater autem vester scit quóniam his indigétis. Verúmtamen quaérite Regnum eius, et hæc adiciéntur vobis.

Noli timére, pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis Regnum. Véndite quæ possidétis et date eleemósynam: fácite vobis sácculos, qui non veteréscunt, thesáurum non deficiéntem in caelis, quo fur non apprópiat neque tínea corrúmpit: ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit”.

SUPER OBLATA.

Offeréntibus hæc múnera, da nobis quaesumus, Dómine : inter mundi varietátes toto corde cæléstibus adhærere / ac, stabíliter Cruci confíxos, ad lucem ætérnam perveníre : Per Christum.

Ex sequentibus Centurionibus eligitur alterutra.

COMMUNIO 1.

Mt 6,33a.c

Primum quaérite regnum Dei, et ómnia adiciéntur vo-

- (1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: “Nolíte...

bis, dicit Dóminus.

COMMUNIO 2.

Mt 24,46-47

Beátus servus, quem cum vénerit Dóminus, invénerit vigilántem; amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Corpore et Ságuine Unigéniti tui nutríti, quaesumus, Dómine : ut, dum vénerit pulsans, oratióibus nos vigilantes / et in suis invéniat láudibus exsultántes : Per Dóminum.

MISSA C DE MONACHIS

(Desertum)

INTROITUS.

Cf. Gen 28,17

Terríbilis est locus iste; hic domus Dei est et porta caeli, et vocábitur aula Dei.

Ps 135,16: Dóminus tradúxit pópulum suum per desértum: quóniam in ætérnum misericórdia eius. Glória Patri. Terríbilis est locus iste.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, cuius múnere beátus N., Christum secútus, usque in finem pέρseverávit : da cunctis sémitam mandatórum tuórum ingressis / ut nec retro respiciéntes, nec in via hæréntes, ad te sine offensione pervéniant : Per Dóminum.

LECTIO.

Deut 8,1-11 (LE: 1-6)

Adduxit te Dominus per desertum ut tentaret.

Lectio libri Deuteronomii.

IN diébus illis: Locútus est Móyses pópulo dicens: “Omne mandátum, quod ego præcípío tibi hódie, cave diligénter ut fácias, ut possís vívere et multiplicémini ingressíque possideátis terram, pro qua iurávit Dóminus pátribus vestris. Et recordáberis cuncti itíneris, per quod addúxit te Dóminus Deus tuus his quadragínta annis per desértum, ut afflígeret te atque tentaret; et nota fierent quæ in tuo ánimo versabántur, utrum custodíres mandáta illíus an non. Afflíxit te penúria et dedit tibi cibum manna, quem ignorábas tu et patres tui, ut osténderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egréditur de ore Dómini. Vestiméntum tuum, quo operiebáris, nequáquam defécit, et pes tuus non intúmuit his quadragínta annis.

Recógites ergo in corde tuo, quia sicut erúdit homo filium suum, sic Dóminus Deus tuus erudívit te, ut custodias mandáta Dómini Dei tui et ámbules in viis eius et tíneas eum.

Dóminus enim Deus tuus introdúcet te in terram bonam, terram rivórum aquárum et fóntium, in cuius campis et móntibus erúmpunt fluviórum abyssi, terram fruménti, hórdei ac vineárum, in qua ficus et malogranáta et olivéta nascúntur, terram ólei ac mellis, ubi absque ulla penúria cómedes panem tuum et rerum ómnium abundántia perfruéris; cuius lápides ferrum sunt et de móntibus eius æris metálla fodiúntur; ut, cum coméderis et satiátus fúeris, benedícas Dómino Deo tuo pro terra óptima, quam dedit tibi.

Obsérva et cave, ne quando obliviscáris Dómini Dei tui et négligas mandáta eius atque iudícia et præcépta, quæ ego præcípío tibi hódie”.

RESPONSORIUM.

Ps 112,5-7

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat,
et humília réspicit in caelo et in terra?

V/. Súscitans a terra ínopem, et de stércore érigens
páuperem.

ALLELUIA.

Ps 58,17a

Allelúia. V/. Ego autem cantábo fortitúdinem tuam,
et exaltábo mane misericórdiam tuam. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit
nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum
benedicétur.

y. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius
manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Resppnsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 58,17a

Allelúia, y. Ego autem cantábo fortitúdinem tuam,
et exaltábo mane misericórdiam tuam.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis
de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in
altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 4,1-13

Agebatur in Spiritu in desertum et tentabatur.

& Lécctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Iesus plenus Spíritu Sancto regréssus est ab Iordane, et agebátur in Spíritu in desértum diébus quadragínta, et tentabátur a diábolo. Et nihil manducávit in diébus illis, et consummátis illis esúriit.

Dixit autem illi diábolus: “Si fílius Dei es, dic lápidi huic ut panis fiat”.

Et respóndit ad illum Iesus: “Scriptum est: Non in pane solo vivet homo”.

Et sústulit illum et osténdit illi ómnia regna orbis terræ in moménto témporis, et ait ei diábolus: “Tibi dabo potestátem hanc univérsam et glóriam illórum, quia mihi trádicta est, et cui volo do illam: tu ergo, si adoráveris coram me, erit tua omnis”.

Et respóndens Iesus dixit illi: “Scriptum est: Dóminum Deum tuum adorábis et illi soli sérvies”.

Duxit autem illum in Ierusalem, et státuit eum supra pinnam templi, et dixit illi: “Si fílius Dei es, mitte te hinc deórsum; scriptum est enim: Angelis suis mandábit de te ut consérvent te; et: In mánibus tollent te ne forte offéndas ad lápídem pedem tuum”.

Et respóndens Iesus ait illi: “Dictum est: Non tentábis Dóminum Deum tuum”.

Et consummáta omni tentatióne, diábolus recéssit ab illo usque ad tempus.

SUPER OBLATA.

SAnctífica, quaésumus, Dómine, hęc múnera in festo
beáti N. obláta : et concéde, ut Spíritu duce vivéntes
/ capti ab Uno, æténa captémus : Per Christum.

COMMUNIO.

Bar 5,5a; 4,36b

Ierusalem, surge, et sta in excélsis: et vide
iucunditatem quæ véniet tibi a Deo tuo.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Fidèles tuos, quaesumus, Dómine, his sacramentis
purifica : ut beáto N. intercedente / tua inspiratióne
compuncti, tua semper suavitate pascántur : Per
Dóminum.

MISSA D DE MONACHIS

(Oratíó)

INTROITUS.

Ps 122,2a.c-3a

Sicut óculi servórum in má nibus dominórum
suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum
nostrum, donec misereátur nostri: miserére nobis,
Dómine, miserére nobis.

Ps 122,1: Ad te levávi óculos meos: qui hábitas in
caelis.

Glória Patri.

Sicut óculi servórum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, quaesumus, Dómine : inter mundi huius
varietates toto corde rebus cælestibus adhærere /
qui per beátum N. evangélicæ nobis perfectiónis donásti
documenta : Per Dóminum.

LECTIO.

Ex 17,8-13

Cum levaret Moyses manus, vincebat Israel.

Léctio libri Exodi.

IN diébus illis: Venit Amaléc et pugnábat contra Israel in Ráphidim.

Dixítque Móyses ad Iosue: “Elige nobis viros et egressus pugna contra Amaléc; cras ego stabo in vértice collis habens virgam Dei in manu mea”. Fecit Iosue ut locútus erat ei Móyses, et pugnávit contra Amaléc; Móyses autem et Aaron et Hur ascendérunt super vérticem collis.

Cumque leváret Móyses manus, vincébat Israel; sin autem remisísset, superábat Amaléc. Manus autem Móysi erant graves; suméntes ígitur lápidem posuérunt subter eum, in quo sedit; Aaron autem et Hur sustentábant manus eius ex utráque parte. Et factum est ut manus eius non lassaréntur usque ad occásum solis.

Vicítque Iosue Amaléc et pópulum eius in ore gládii.

RESPONSORIUM.

Ps 144,18.21a

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ívocant eum in veritáte.

V/. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

ALLELUIA.

Ps 145,1-2

Allelúia. V/. Lauda, ánima mea, Dóminum; laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quámdui ero. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit

nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generatio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 145,1-2

Allelúia. V/. Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quámdiu ero.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 18,35-43

Quid tibi vis faciam? —Domine, ut videam.

3t Léctio sancti Evangéllii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Factum est cum appropinquáret Iesus Iericho, caecus quidam sedébat secus viam mendícans. Et cum audíret turbam prætereúntem, interrogábat quid hoc esset. Dixérunt autem ei: “Iesus Nazarénus transit”.

Et clamávit dicens: “Iesu, fili David, miserére mei”.

Et qui præíbant increpábant eum ut tacéret, ipse vero multo magis clamábat: “Fili David, miserére mei”.

Stans autem Iesus iussit illum addúci ad se. Et cum appropinquásset, interrogávit illum: “Quid tibi vis fáciam?”

At ille dixit: “Dómine, ut vídeam”.

Et Iesus dixit illi: “Réspice, fides tua te salvum fecit”.

Et conféstim vidit, et sequebátur illum magníficans

Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

SUPER OBLATA.

HÆc múnera, Domine, sanctífica : et sapiéntiæ
profunditáte per Spíritum Sanctum nos ínstrue /
ut verbo vitæ repleatur ad glóriam : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 21,13; 7,8

Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit
Dóminus: in ea omnis qui petit, áccipit; et qui quærit,
ívenit; et pulsánti aperiétur.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

HÆc sancta commúnio, Dómine, sanctíficet nos ín
veritáte : ut veri adoratóres simus quos quaeris / et
latitúdinem discámús caritátis : Per Dóminum.

MISSA E DE MONACHIS

(Communio fraterna)

INTROITUS.

Ps 67,6b-7a.36b

DEus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit
unánimes in domo, ipse dabit virtútem et
fortitúdinem plebi suæ.

Ps 67,16a.17b: Mons Dei, mons Basan: mons in quo
beneplácitum est Deo inhabitáre. Glória Patri. Deus in
loco sancto.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Domine, qui beátum N. caritátis Dei et próximi
exémplum effecísti : eius méritis concéde / ut
salútem animárum in abscóndito foveámus : Per
Dóminum.

LECTIO.

Rom 12,1-12 (LB: 1-2)

Exhibete corpora vestra hostiam viventem.

Lectio Epistolæ beāti Pauli apóstoli ad Romános.

OBsecro vos, fratres, per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum; et nolíte conformári huic saéculo, sed transformámini renova-tióne mentis, ut probétis quid sit volúntas Dei, quid bonum et bene placens et perféctum.

Dico enim per grátiam quæ data est mihi ómnibus qui sunt inter vos, non áltius sápere quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem, unicuítque sicut Deus divísit mensúram fidei.

Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúndem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, sínguli autem alter alteríus membra. Habéntes autem donatiónes secúndum grátiam quæ data est nobis differentes, sive prophetíam secúndum ratióne fidei, sive ministérium in ministrádo, sive qui docet in doctrína, sive qui exhortátur in exhortádo, qui tríbuit in simplicitáte, qui praeest in sollicitúdi-ne, qui miserétur in hilaritáte.

Diléctio sine simulatióne. Odiéntes malum, adhæréntes bono; caritáte fraternitátis ínvicem diligéntes, honóre ínvicem præveniéntes, sollicitúdi-ne non pigri, spírítu fervéntes, Dómino serviéntes, spe gaudéntes, in tribulatióne paciéntes, oratióni instántes.

RESPONSORIUM.

Ps 132,1-2a

Ecce quam bonum, et quam iucúndum habitáre fratres in unum.

T- Sicut unguéntum in cápíte, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

ALLELUIA.

Ps 64,2

Allelúia. V/. Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Ierusalem. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

T. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 64,2

Allelúia. V/. Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Ierusalem.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 13,1.4.5b.12-17.34-35

Mandatum novum: sicut dilexi vos et vos diligite invicem.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

ANte diem festum Paschae, sciens Iesus quia venit eius hora ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem diléxit eos.

Missæ de Monachis

Surgit a cena et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteam, præcinxit se, et coepit lavare pedes discipulorum.

Postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua, cum recubisset iterum, dixit eis: “Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me: Magister, et: Domine, et bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego lavi vestros pedes, Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes: exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis et vos faciatis. Amen, amen dico vobis: Non est servus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati estis si facitis ea.

Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem; sicut dilexi vos ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscet omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem”.

SUPER OBLATA.

Servorum tuorum, Domine, munera et vota benignus
assume : et evangelica profitentes consilia / tua
caritate confirma : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Io 13,12a.c. 14b. 15a.c

Dominus Iesus postquam cenavit cum discipulis suis, lavit pedes eorum, et ait illis: Scitis quid fecerim vobis, ego Dominus et Magister? Exemplum dedi vobis, ut et vos ita faciatis.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Accépto pignore vitæ æternæ, te, Domine, suppliciter
deprecámur : ut, beati N. exempla sectantes,
óperi tuo fideliter serviamus / et fratres ferventi
diligámus caritate : Per Dominum.

MISSA F DE MONACHIS

(Ad Patrem)

INTROITUS.

Is 66,10-1 la

T Ætäre, Ierusalem, et convéntum fácite omnes qui JL-^ dilígitis eam: gaudéte cum lætítia qui in tristítia fuístis: ut exsultétis, et satiémuni ab ubéribus consolatiónis vestræ.

Ps 121,1: Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus. Glória Patri. Lætäre, Ierusalem.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DA nobis, Dómine, festum beáti N. coléntibus, in lúmíne vultus tuí' ambuláre : ut defíxum in te cor nostrum habentes / nullo aliéno sollicitémur aspéctu : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 8,8-9.12-17

In Spíritu adoptionis clamamus: Pater!

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

FRatres: Qui in carne sunt, Deo placére non possunt. Vos autem in carne non estis sed in spíritu, si tamen Spíritus Dei hábitat in vobis.

Si quis autem Spíritum Christi non habet, hic non est eius.

Ergo, fratres, debitóres sumus, non carni ut secúndum carnem vivámus; si enim secúndum carnem vixéritis, moriémuni, si autem Spíritu ópera córporis mortificátis, vivétis.

Quicúmque enim Spíritu Dei agúntur, hi filii Dei sunt.

Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: “Abba, Pater!”

Ipse Spiritus testimonium reddit una cum spiritu nostro quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatiatur ut et conglorificemur.

RESPONSORIUM.

Ps 121,1.7

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus.

y. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

ALLELUIA.

Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in saeculum misericórdia eius. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saeculum saeculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in saeculum misericórdia eius.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 14,6-9c.16-21

Qui diligit me, diligetur a Patre, et ego diligam eum.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dicit Iesus ad Thomam: “Ego sum via et véritas et vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognovístis me, et Patrem meum útique cognoscétis: et ámodo cognóscitis eum et vidístis eum”.

Dicit ei Philíppus: “Dómine, osténde nobis Patrem, et súfficit nobis”.

Dicit ei Iesus: “Tanto témpore vobíscum sum, et non cognovísti me, Philíppe? Qui vidit me vidit Patrem.

Ego rogábo Patrem et álium Paráclitum dabit vobis ut máneat vobíscum in ætérnum, Spíritum veritátis, quem mundus non potest accípere, quia non videt eum nec scit: vos cognóscitis eum, quia apud vos manet et in vobis erit.

Non relínquam vos órphanos, vénio ad vos. Adhuc módicum et mundus me iam non videt, vos autem vidétis me, quia ego vivo et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis. Qui habet mandáta mea et servat ea, ille est qui díligit me. Qui autem díligit me, diligétur a Patre meo, et ego díligam eum et manifestábo ei me ipsum”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, hęc munera / et ad te corda
nostra convérte : ut unum necessárium semper
quæ-

réntes / tuo cúltoi præstes esse dicátos : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 14,9bc.10a

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Tanto témpore vobíscum sum, et non cognovístis me? Philíppe, qui videt me, videt et Patrem, allelúia; non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui huius celebratiónem sacrificii, vitæ nostræ culmen constituísti : præsta ut hoc spirituális Exodi manna nutríti / per Fílium tuum ad te revertámur : Qui tecum vivit.

COMMUNE PASTORUM

MISSA A DE PASTORIBUS

(Sacerdotium)

INTROITUS.

Cf. Sir 45,30

STátuit ei Dóminus testaméntum pacis; et princípem fecit eum, ut sit illi sacerdotíi dígnitas in ætérnum. Ps 88,2a: Misericórdias Dómini: in ætérnum cantábo. Glória Patri. Státuit ei Dóminus.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beáti N. (epíscopi) prædicatióne patres nostros vocásti in admirábile Evangélii lumen / fac ut, eius intercessióne, crescámus in grátia et cognitióne

Dómini nostri Iesu Christi, Fílii tui : Qui tecum.

LECTIO.

Hebr5,MO

Omnis pontifex pro hominibus constituitur.

Léctio Epístolæ ad Hebraeos.

OMnis pón.tifex ex homínibus assúptus pro homínibus constitúitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccátiis, qui aeque condolere possit his qui ignórant et errant, quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte, et propter eam debet, quemádmódu et pro pópulo, ita étiam pro semetípso offérre pro peccátiis.

Nec quisquam sumit sibi illum honórem sed qui vocátur a Deo, tamquam et Aaron.

Sic et Christus non semetípsum glorificávit ut Pón.tifex fieret, sed qui locútu est ad eum: “Fílius meus es tu, ego hódie génuí te”; quemádmódu et in alio dicit: “Tu es sacérdo in ætérnum secúndum ór.dinem Melchisedech”.

Qui in diébus carnis suæ, preces supplicationésque ad eum qui possit salvum illum a morte fácere, cum clamóre váldo et lácrimis offerens, et exaudítus pro sua reveréntia, et quidem cum esset Fílius, dídicit ex his quæ passus est obædiéntiam; et, consummátus, factus est ómnibus obædiéntibus sibi auctor salutis ætérnæ, appellátus a Deo Pón.tifex iuxta ór.dinem Melchisedech.

RESPONSORIUM.

Ps 109,4. la

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: Tu es Sacérdo in ætérnum, secúndum ór.dinem Melchisedech. y. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis.

ALLELUIA.

Ps 88,21

Allelúia. V/. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 88,21

Allelúia. V/. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Allelúia.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) 1 Cor 5,8a.d

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/- Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 10,42-45

Quicumque voluerit primus esse, erit omnium servus.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Marcum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Scitis quia hi qui vidéntur principári géntibus, dominántur eis et príncipes eórum potestátem habent ipsórum. Non ita est autem in vobis: sed quicumque volúerit fieri maior inter vos, erit vester mínister, et quicumque volúerit in vobis primus esse, erit ómnium servus; nam et Fílius hóminis non venit ut ministrarétur ei sed ut mi-

nistráret et daret ánimam suam redemptiónem pro multis”.

SUPER OBLATA.

MUnus pópuli tui, Dómine, placatus inténde : ut Sancti Spíritus operánte virtúte / sacrificium iam nostrum corpus et sanguis ipsíus fiét sacerdotis : Qui vivit et regnat.

COMMUNIO.

Io 6,5 lc

Panis quem ego dédero caro mea est, pro saéculi vita.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

REfectiône sancta enutrítam, gubérna quaésumus, Dómine, tuam placatus Ecclésiam : ut et gregis tui proficiat ubíque successus / et grati fiant nómini tuo pastóres : Per Dóminum.

MISSA B DE PASTORIBUS

(Pastor)

INTROITUS. (EXTRA TEMPUS PASCHALE) Cf. Is 30,30

POpulus Sion, ecce Dóminus véniet ad salvándas gentes: et audítam fáciét Dóminus glóriam vocis suæ, in lætítia cordis vestri.

Ps 79,2a: Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph. Glória Patri. Pópulus Sion.

INTROITUS. (TEMPORE PASCHALI) Ps 67,8-9a

.us, dum egredereris coram pópulo tuo, allelúia, íter fáciens eis, hábitans in illis, allelúia; terra mota

est, caeli distillaverunt, allelúia, allelúia.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus et dissipéntur inimíci eius: et fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius.

Glória Patri.

Deus, dum egrederéris.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui Ecclésiæ tuæ in beáto N. boni pastóris
exémplum providére dignatus es : concéde
propitius / ut, eius intercessióne, in loco páscuæ tuæ
perpétuo collocári mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

I Peti 5,1-4

Pascite gregem Dei.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

Aríssimi: Senióres qui in vobis sunt óbsecro, con-sénior
et testis Christí passiónum, qui et eius quæ in futúro
revelánda est glóriæ communicátor: páscite qui est in
vobis gregem Dei, providéntes non coácto sed spontáne
secúndum Deum, neque turpis luci grátia sed
voluntárie, neque ut dominántes in cleris sed formæ
facti gregis; et cum apparúerit Princeps pastórum
percipiétis immarcescíbilem glóriæ corónam.

RESPONSORIUM.

Ps 106,20-21

Misit Dóminus verbum suum, et sanávit eos: et erípuit
eos de intéritu eórum.

V/. Confíteántur Dómino misericórdiæ eius, et
mirábilia eius filiis hóminum.

ALLELUIA.

Psal10,9a

Allelúia. V. Redemptiónem misit Dóminus pópulo

suo. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) 1 Cor 5,8a.d

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis.
Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 10,37-42

Qui recipit vos, me recipit.

*& Lécio sancti Evangélli secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus Apóstolis suis: “Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus; et qui amat filium aut filiam super me non est me dignus; et qui non áccipit crucem suam et séquitur me, non est me dignus. Qui invénerit ánimam suam perdet illam, et qui perdíderit ánimam suam propter me,

invéniet eam.

Qui récipit vos, me récipit, et qui me récipit, récipit Eum, qui me misit.

Qui récipit prophétam in nómine prophetae, mercédem prophetae accípiet, et qui récipit iustum in nómine iusti, mercédem iusti accípiet.

Et quicúmque potum déderit uni ex mínimis istis cálicem aquæ frígidae tantum in nómine discípuli, amen dico vobis: Non perdet mercédem suam”.

SUPER OBLATA.

Super hæc oblata Spíritus Sanctus, quaesumus,
Domine, descéndat : qui beátum N. (episcopum)
pósuit régere Ecclésiám Déi / Unigéniti tui Sáanguiné
acqui-sítam : Qui vivit.

Ex sequentibus Communionibus eligitur alterutra.

COMMUNIO 1.

Io 10,14

In Quadragesima o mittuntur Allelúia.

Ego sum Pastor bonus, allelúia, et cognóscó oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.

COMMUNIO 2.

Ps 22,1-2

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit; in loco páscuæ ibi me collocávit; super aquam reféctiõnis educávit me.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

GRegem tuum, Pastor bone, placatus inténde : et oves, quas pretiósó Fílii tui sáanguine redemisti / in ætérnis páscuis collocare dignéris : Per Dóminum.

MISSA C DE PASTORIBUS

(Ministerium) INTROITUS.

S Alus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Salus pópuli ego sum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

R Espice, Dómine, famíliam tuam / quam beátus N. (epíscopus) genuit verbo veritátis, et vitæ áluít sacraménto : ut, quos grátia tua fecit illius ministério fideles / fáciat eiúsdem précibus in caritate fervéntes :
Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 5,14-20

Dedit nobis ministerium reconciliationis.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

Ratres: Cáritas Christi urget nos, æstimántes hoc, quóniam si unus pro ómnibus mórtuus est, ergo omnes mórtui sunt; et pro ómnibus mórtuus est ut et qui vivunt iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mórtuus est et resurréxit.

Itaque nos ex hoc néminem nóvimus secúndum carnem; et si cognóvimus secúndum carnem Christum, sed nunc iam non nóvimus. Si quis ergo in Christo, nova creatúra; vétera transiérunt, ecce, facta sunt nova.

Omnia autem ex Deo qui reconciliávit nos sibi per Christum et dedit nobis ministérium reconciliatiónis,

quóniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non réputans illis delicta ipsórum, et pósuit in nobis verbum reconciliatiónis. Pro Christo ergo legatióne fúngimur tamquam Deo exhortánte per nos: obsecrámus pro Christo, reconciliámini Deo.

RESPONSORIUM.

Ps 44,8ab

Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem.

V/. Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ.

ALLELUIA.

Ps 104,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omissio Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saeculum saeculi.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 104,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) 1 Cor 5,8a.d

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in

altum, captivam duxit captivitatem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 25,14-23

Super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.

<fc **Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.**

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parábolam hanc:

“Homo péregre proficiscens vocávit servos suos et trádedit illis bona sua et uni dedit quinque talénta, álii autem duo, álii vero unum, unicuíque secúndum própriam virtútem, et proféctus est.

Statim ábiit qui quinque talénta accéperat et operátus est in eis et lucrátus est ália quinque; simíliter qui duo accéperat lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terra et abscóndit pecúniam dómini sui.

Post multum vero tēporis venit dóminus servórum illórum et ponit ratiónem cum eis.

Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta dicens: Dómine, quinque talénta tradidísti mihi; ecce ália quinque superlucrátus sum.

Ait illi dóminus eius: Euge, serve bone et fidélis, super pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: intra in gáudium dómini tui.

Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait: Dómine, duo talénta tradidísti mihi: ecce ália duo lucrátus sum.

Ait illi dóminus eius: Euge, serve bone et fidélis, super pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam: intra in gáudium dómini tui”.

SUPER OBLATA.

DEus, qui beáto N. divína celebránti mystéria tribuísti quod tractábat imitári : concéde, ut, huius sacri-

Missa C de Pastoribus

ficu virtúte / ipsi quoque in oblatiónem tibi
acceptábilem transeámus : Per Christum.

Ex sequentibus Communionibus eligitur alterutra.

COMMUNIO L

Mt 25,20b.21b-e

Dómine, quinque talénta tradidísti mihi: ecce ália
quinque superlucrátus sum. Euge, serve bone et fidélis,
quia super pauca fuísti fidélis, supra multa te
constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

COMMUNIO 2.

Mt 28,18b-19

In Quadragesima omittuntur Allelúia.

Data est mihi omnis potéstas in caelo et in terra,
allelúia; eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in
nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, allelúia,
allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

M Ystéria tua, Deus, eum in nobis accéndat caritátis
ardórem, quo beátus N. pro animárum salute
flagrávit : ut, vocatióne nostra dígnius ambulantes /
promíssum bonis operáriis praemium cum eo
consequámur : Per Dóminum.

COMMUNE VIRGINUM

MISSA A DE VIRGINIBUS

(Amor nuptialis)

INTROITUS.

G Audeámus omnes in Dómino, diem festum
celebrántes sub honóre beatae N., vírginis, de cuius
sollemnitáte gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.
Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde: in

civitate Dei nostri, in monte sancto eius.

Glória Patri. Gaudeámus omnes.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

F Ac, Dómine Deus noster, ut beáta virgo N. sponsa tibi fidelis / divínæ caritátis flammam éxcitet in córdibus nostris, ad perénnem Ecclésiæ tuæ glóriam : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 22,12-14.16-17.20

Veni, Domine Iesu!

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

E Go Ioannes audívi vocem dicéntem mihi: “Ecce vénio cito, et merces mea mecum est, réddere unicuíque sicut opus eius est. Ego Alpha et Oméga, Primus et Novíssimus, Princípium et Finis.

Beáti qui lavant stolas suas, ut sit potéstas eórum super lignum vitæ et portis intrent in Civitátem.

Ego Iesus misi ángelum meum testificári vobis hæc super Ecclésiis. Ego sum Radix et Genus David, Stella spléndida matutína”.

Et Spíritus et Sponsa dicunt: “Veni! ” Et qui audit dicat: “Veni! ” Et qui sitit véniat, qui vult accípiat Aquam Vitæ gratis.

Dicit qui testimónium pérhibet istórum: “Etiam, vénio cito”. “Amen. Veni, Dómine Iesu! ”

RESPONSORIUM.

Ps 44,3bc.5

Diffúsa est grátia in lábiis tuis; proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

V/. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirábiliter délixtera tua.

ALLELUIA.

Ps 44,4b

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritú-dine tua inténde, prospere procéde, et regna. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

y. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saeculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 44,4b

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritú-dine tua inténde, prospere procéde, et regna.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 44,5bc

Allelúia, y. Propter veritátem et mansuetú-dinem et iustítiam, et dedúcet te mirabíliter dextera tua. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia, y. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 14,20-26

Si quis diligit me, ad eum veniemus.

“í* Léc-tio sancti Evangé-lij secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Vos cognoscétis quia ego sum in Patre meo, et vos in me et ego in vobis.

Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum”.

Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: “Domine, et quid factum est quia nobis manifestaturus es te ipsum et non mundo? ”

Respondit Iesus et dixit ei: “Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermo quem auditis, non est meus, sed Eius qui misit me, Patris.

Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem, Spiritus Sanctus quem mittet Pater in Nominem meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quæ dixi vobis”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Domine, obsequium humilitatis nostræ, quod tibi in commemoratiōne beætæ N. vîrginis exhibemus / et nos, per immaculatam hóstiam, da iúgiter in tuo conspéctu pio sanctoque amore flagrâre : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 44,8

Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Mysteriõrum tuõrum, Domine, sancta percéptio perseverantes illum nobis amorem infundat / quo beætá N. Christo sponso indesinenter adhæsit : Qui tecum vivit.

MISSA B DE VIRGINIBUS

(Pro virgine martyre)

INTROITUS.

Ps 118,95-96

ME expectavérunt peccatóres ut pérderent me:
testimónia tua, Dómine, intelléxi; omnis
consummationis vidi finem: latum mandátum tuum
nimis.

Ps 118,1: Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in
lege Dómini. Glória Patri. Me expectavérunt.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

EXáudi, quaésumus, Dóminé, preces nostras : ut, qui
beatae N. vírginis passiónem devóte recolimus / in
tui amóre crésceré mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Cor 10,17- 11,2

Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli ad
Corínthios.

FRatres: Qui gloriátur in Dómino gloriétur; non
enim qui se ipsum comméndat, ille probátus est,
sed quem Dóminus comméndat.

Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ;
sed et supportáte me. Æmulor enim vos Dei æmulatióne,
despóndi enim vos uni viro virginem castam exhibére
Christo.

RESPONSORIUM.

Ps 45,6b.6a.5

Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius,
non commovébitur.

y. Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei:
sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia. V/. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 17,2b-3a

Allelúia. V/. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 44,5bc

Allelúia. V/. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirabíliter délixtera tua. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b- 19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 14,25-33 (LB: 25-27)

Qui non renuntiat omnibus, non potest meus esse discipulus.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

T N illo témpore: Ibant turbæ multæ cum Iesu, et con-
± versus dixit ad illos:

“Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxórem et filios et fratres et soróres, adhuc et ánimam suam, non potest esse meus discipulus. Et qui non báiulat crucem suam et venit post me non potest esse meus discipulus.

Quis enim ex vobis volens turrem ædificáre, non prius sedens cómputat sumptus, si habet ad perficiéndum? Ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perficere, omnes qui vident incípianc illúdere ei dicéntes: Hic homo cœpit ædificáre et non pótuit consummáre.

Aut quis rex, itúrus commíttere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat si possit cum decem mílibus occúrrere ei qui cum vigínti mílibus venit ad se? Alióquin, adhuc illo longe agente, legatióncm mittens rogat ea quæ pacis sunt.

Sic ergo omnis ex vobis qui non renúnciat ómnibus quæ póssidet, non potest meus esse discipulus”.

SUPER OBLATA.

A Gnum immaculátum tibi offerimus, Dómine :
memóriam beatæ N. recoléntes, quæ Fílio tuo
coniúncata est moriendo / cui se consecráverat caste
vivéndo : Per Christum.

Ex sequentibus Communionibus eligitur alterutra.

COMMUNIO 1.

Ps 83,4-5

Passer invénit sibi domum, et turtur nidum, ubi
repónat pullos suos: altária tua, Dómine virtútum, Rex
meus,

et Deus meus: beáti qui hábitant in domo tua, in saéculum saéculi laudábunt te.

COMMUNIO 2.

Cf. Mt 13,45-46

Símile est Regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas; invénta una pretiósá margaríta, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

T Ua, Dómine, sumpsimus dona cæléstia de hodiérna festivitate lætántes : præsta, quaésumus, ut, qui in hoc divíno convívio mortem Fílii tui annuntiámus / eiúsdem resurrectiόνis et glóriæ cum sanctis martýribus partícipes esse mereámur : Per Dóminum.

MISSA C DE VIRGINIBUS

(Exspectatio parusiae)

INTROITUS.

Ps 104,3b-4

L ætétur cor quæréntium Dóminum: quaérite Dóminum, et confirmámini: quaérite fáciem eius semper. Ps 104,1: Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius. Glória Patri. Lætétur cor quæréntium.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

Singuláriter in spe, constítue nos, Dómine, festum beatae N. recoléntes : ut per fidem ambulantes / spes ipsa ad réquiem promissionis addúcat : Per Dóminum.

LECTIO.

Ap 14,1-3.4b-5

Sequuntur Agnum quocumque ierit.

Lectio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

E Go, Ioannes, vidi, et ecce Agnus stans supra Montem Sion, et cum illo centum quadragínta quáttuor mília habéntes Nomen eius et Nomen Patris eius scriptum in fróntibus suis. Et audívi vocem de cælo tamquam vocem aquárum multárum et tamquam vocem tonítrui magni, et vox quam audívi sicut citharædórum citharizántium in cítharis suis.

Et cantant quasi cánticum novum ante thronum et ante quáttuor Animália et Senióres: et nemo póterat díscere cánticum nisi illa centum quadragínta quáttuor mília, qui empti sunt de terra.

Hi sunt qui sequúntur Agnum quocúmque abierit. Hi empti sunt ex homínibus primítiae Deo et Agno, et in ore ipsórum non est invéntum mendácium: sine mácula sunt.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 26,4a.c

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini.

y. Ut vídeam voluptátem Dómini, et prótegar a templo sancto eius.

ALLELUIA.

Ps 121,1

Allelúia. V/. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit

nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generatio rectórum benedicétur.

y. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 121,1

Allelúia. V/. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 44,5bc

Allelúia. V/. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirabíliter dextera tua. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 25,1-13

Virgines paratae intraverunt cum sponso ad nuptias.

& Lécitio sancti Evangélli secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis parábolam hanc:

“Símile erit Regnum cælórum decem virgínibus, quæ accipiéntes lámpades suas exiérunt óbviám sponso. Quinque autem ex eis erant fátuæ et quinque prudéntes. Fátuæ enim, accéptis lampádibus suis, non sumpsérunt óleum secum; prudéntes vero accepérunt óleum in vasis cum lampádibus suis. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt.

Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus, exíte óbviám ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illae et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus di-

xérunt: Date nobis de óleo vestro, quia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes dicéntes: Ne forte non suffíciat nobis et vobis ite pótius ad vendéntes et émite vobis.

Dum autem irent émere, venit sponsus, et quæ paratæ erant intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est iánua. Novíssime autem véniunt et réliquæ vírgines dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens ait: Amen dico vobis, nescio vos.

Vigiláte itaque, quia nescítis diem neque horam”.

SUPER OBLATA.

HUic convívio fac nos, Dómine, exémplo sanctæ N. nuptiáli veste semper indutos accúmbere : ut digne advéntum Fílii tui præstolemur / et ad supérnas eius núptias admittantur : Per Christum.

Ex sequentibus Communionibus eligitur alterutra.

COMMUNIO 1.

Ps 26,4ab

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

COMMUNIO 2.

Cf. Mt 25,4.6

Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus; média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exíte óbviám Christo Dómino.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

ANimæ nostræ, quaésumus, omnípotens Deus, divíno múnere satiátæ, a tuo Spírítu inflamméntur / ut, in conspéctu veniéntis Fílii tui, sicut lucérnæ ardéntés fulgeámus : Per Dóminum.

COMMUNE DE SANCTIS

MISSA A DE SANCTIS

(Christi plenitudo)

INTROITUS.

Cf. Ez 36,23-26

/^ Um sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de
V^univérsis terris: et effúndam super vos aquam
mundam, et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis
vestris: et dabo vobis spíritum novum.

Ps 33,2: Benedícam Dóminum in omni témpore: semper
laus eius in ore meo. Glória Patri. Cum sanctificátus
fúero.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens ætérne Deus, qui per glorificatiónem
Sanctórum novíssima dilectiόνis tuæ nobis
argumenta largíris : concéde propítius, ut ad
Unigénitum tuum fidéliter imitandum / et ipsórum
intercessiόνem commendémur, et incitemur exémplo :
Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 4,1-6

Unus Dominus, una fides, unum baptisma.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

T^ Ratres: Obsecro vos ego, vinctus in Dómino, ut di--L
gne ambulétis vocatióne qua vocáti estis, cum omni
humilitáte et mansuetú-dine, cum longanimitáte,
supportántes ínvicem in caritáte, sollíciti serváre
unitátem spíritus in vínculo pacis; unum corpus et unus
Spíritus, sicut et vocáti estis in una spe vocatiónis
vestræ; unus Dómi-

nus, una fides, unum baptísma; unus Deus et Pater ómnium qui super omnes et per ómnia et in ómnibus.

RESPONSORIUM.

Ps 47,10-IIb.9a.2b-3a

Suscépi-mus, Deus, misericórdiam tuam, in médio templi tui; secúndum nomen tuum, Dómine, ita et laus tua, in fines terræ.

V/. Sicut audívimus, ita et vídimus in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

ALLELUIA.

Ps 94,1

Allelúia. V/. Veníte, exsultémus Dómino; iubilémus Deo salutári nostro. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

y. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 94,1

Allelúia, y. Veníte, exsultémus Dómino; iubilémus Deo salutári nostro.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 3,1-16 (LB: 1-6)

Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

ERat homo ex Pharisaeís, Nicodémus nómine, princeps Iudæórum; hic venit ad Iesum nocte et dixit ei: “Rabbi, scimus quia a Deo venísti magíster: nemo enim potest hæc signa fácere quæ tu facis, nisi fúerit Deus cum eo”.

Respóndit Iesus et dixit ei: “Amen, amen dico tibi: Nisi quis natus fúerit dénuo, non potest vidére Regnum Dei”.

Dicit ad eum Nicodémus: “Quómodo potest homo nasci cum senex sit? Numquid potest in ventrem matris suæ iteráto introíre et nasci? ”

Respóndit Iesus: “Amen, amen dico tibi: Nisi quis natus fúerit ex aqua et Spíritu, non potest introíre in Regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est, et quod natum est ex Spíritu, spíritus est.

Non miréris quia dixi tibi: Opórtet vos nasci dénuo. Spíritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed non scis unde véniat et quo vadat; sic est omnis qui natus est ex Spíritu”.

Respóndit Nicodémus et dixit ei: “Quómodo possunt hæc fieri? ”

Respóndit Iesus et dixit ei: “Tu es magíster Israel et hæc ignóras? Amen, amen dico tibi: Quod scimus lóquimur et quod vídimus testámur et testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis et non créditis, quómodo si díxero vobis caelestia credétis? Et nemo ascéndit in caelum nisi qui descéndit de cælo, Fílius hóminis.

Et sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto, ita exaltári opórtet Fflium hóminis, ut omnis qui credit in ipso hábeat vitam ætérnam”.

Sic enim diléxit Deus mundum, ut Fflium suum Unigénitum daret, ut omnis qui credit in eum non péreat sed hábeat vitam ætérnam.

SUPER OBLATA.

Lementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto,
novum secúndum te in beáto (vél beáta) N. créare dignatus es : concéde propítius, ut nos páriter renovati / hanc placatiónis hóstiam tibi acceptábilem offerámus : Per Christum.

COMMUNIO.

Gai 3,27

In Quadragesima amittitur Allelúia.

Omnes qui in Christo baptizáti estis, Christum induístis, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

AUge super nos, Dómine, grátiám quam dedísti : ut renováta his mystériis ánimæ iuventute / crescámus in omnem plenitudinem Dei : Per Dóminum.

MISSA B DE SANCTIS

(Caritas)

INTROITUS.

Mt 25,34b

In Quadragesima omittuntur Allelúia.

VEníte, benedícti Patris mei, percípíte regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius.

Glória Patri.

Veníte, benedícti Patris mei.

Kýrrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui Ecclésiám tuam in dilectióne tuæ divinitátis et próximi cuncta serváre cæléstia mandátá docuísti : da nobis, ut, beáti (vel beátæ) N. exémplo caritátis ópera exercentes / inter benedíctos regni tui connumeráři mereámur : Per Dóminum.

LECTIO.

2 Pete 1,2-7

Divinae consortes naturae.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Petri apóstoli.

CAríssimi: Grátia vobis et pax multiplicétur in cognitióne Dei et Iesu Dómini nostri.

Quómodo ómnia nobis divínæ virtútis suæ ad vitam et pietátem donátæ per cognitionem eius qui vocávit nos própria glória et virtúte, per quæ pretiósá et máxima nobis promíssa donáta sunt ut per hæc efficiámini divínæ consórtes natúræ, fugiéntes eam, quæ in mundo est in concupiscéntia, corruptiόνem, —et propter hoc ipsum curam omnem subinferéntes ministráte in fide vestra virtútem, in virtúte autem sciéntiam, in sciéntia autem continéntiam, in continéntia autem patiéntiam, in patiéntia autem pietátem, in pietáte autem amórem fraternitátis, in amóre autem fraternitátis caritátem.

RESPONSORIUM.

Ps 40,5.2

Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quóniam peccávi tibi.

V/. Beátus qui intéllegit super egénium et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

ALLELUIA.

Ps 146,3

Allelúia. V/. Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 Iectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 146,3

Allelúia. T. Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 5,38-48 (LE: 43-48)

Estote perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Audístis quia dictum est: Oculum pro óculo et dentem pro dente. Ego autem dico vobis: Non resístere

malo; sed si quis te percússerit in dēxtera maxílla tua, praebe illi et álteram; et ei qui vult tecum iudício contēdere et tūnicam tuam tóllere, remítte ei et pállium; et quicúmque te angariáverit mille passus, vade cum illo duo. Qui petit a te, da ei, et volénti mutuári a te, ne avertáris.

(1) Audístis quia dictum est: Díliges próximum tuum et ódio habébis inimícum tuum. Ego autem dico vobis: Dilígite inimícos vestros et oráte pro persecuéntibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est, quia solem suum oríri facit super malos et bonos et pluit super iustos et iniústos.

Si enim dilexéritis eos qui vos díligunt, quam mercédem habébis? Nonne et publicáni hoc fáciunt? Et si salutavéritis fratres vestros tantum, quid ámplius fáctis? Nonne et éthnici hoc fáciunt? Estóte ergo vos perfécti sicut Pater vester caeléstis perféctus est”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, múnera populi tui : et praesta, ut, qui Filii tui imménsæ caritátis opus recolimus / in tui et próximi dilectióne, Sanctórum tuórum exémplo, confirmémur : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 13,34a

Mandátum novum do vobis, ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos, dicit Dóminus.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Caelésti pane refécti, cleméntiam tuam, Dómine, humíliter deprecámur : ut nos in sinu Matris Ecclésiæ collocátos / caritátis tuæ fácias vínculo coniúngi :

(1) *Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Audístis...

Per Dóminum.

MISSA C DE SANCTIS
(Vita in fide)

INTROITUS.

Phil 4,4-6

/^ Audéte in Dómino semper: íterum dico, Gaudéte:
Vj modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus.
Dóminus prope est: nihil sollíciti sitis: sed in omni
oratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

Ps 84,2: Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti
captivitátem Iacob.

Glória Patri.

Gaudéte in Dómino.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius Sancti virtútibus suis te laudáre
meruérunt : præsta ut fide fulgeámus in terra / sicut
beáti visióne tua resplendent in pátria : Per Dóminum.

LECTIO.

Rom 14,5b-12

Sive vivimus sive morimur, Domini sumus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

FRatres: Unusquísque in suo sensu abúndet. Qui sapit
diem, Dómino sapit; et qui mandúcat, Dómino
mandúcat, grátias enim agit Deo; et qui non mandúcat,
Dómino non mandúcat, et grátias agit Deo.

Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi móritur;
sive enim vívimus, Dómino vívimus, sive mórimur,
Dómino mórimur. Sive ergo vívimus sive mórimur,
Dómini sumus. In hoc enim Christus et mórtuus est et
vixit, ut et mortuórum et vivórum dominétur.

Tu autem quid iúdicas fratrem tuum? Aut tu quare
spernis fratrem tuum? Omnes enim stábimus ante
tribunal Dei; scriptum est enim: “Vivo ego, dicit
Dóminus,

mihi flectétur omne genu, et omnis lingua confitébitur Deo”. Itaque unusquisque nostrum pro se ratióem reddet Deo.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 54,23a.17a.18b.19b

Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. y.
Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Allelúia, y. Veníte ad me omnes qui laborátis et onerátí estis, et ego refíciam vos. Allelúia.

In Quadragesima:

In Festis 3 lectionum, amittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

In Festis 12 lectionum, omisso Allelúia, dicitur Tractus:

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiaë in domo eius: et iustítia eius manet in saeculum saeculi.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Mt 11,28

Allelúia. V/. Veníte ad me omnes qui laborátis et onerátí estis, et ego refíciam vos.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in

altum, captivam duxit captivitatem. Alleluia.

EVANGELIUM.

Lc 9,57-62

Sequar te quocumque ieris.

& Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

IN illo tempore: Ambulantibus Iesu et discipulis suis in via, dixit quidam ad illum: “Sequar te quocumque ieris”.

Et ait illi Iesus: “Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet”.

Ait autem ad alterum: “Sequere me”.

Ele autem dixit: “Domine, permitte mihi primum ire et sepelire patrem meum”.

Dixitque ei Iesus: “Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade, annuntia Regnum Dei”.

Et ait alter: “Sequar te, Domine: sed primum permitte mihi renuntiare his qui domi sunt”.

Ait ad illum Iesus: “Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro, aptus est Regno Dei”.

SUPER OBLATA.

P Láceant, Domine Deus, oblationes in celebratione sancti (vel sanctae) N. tibi delatae : et praesta, ut sacrosancta mysteria, in quibus omnis sanctitatis fontem constituisti / nos quoque in veritate sanctificent : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Zac 14,5c-6a.7

Ecce Dominus veniet et omnes sancti eius cum eo; et erit in die illa lux magna.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

S Acramenta Christi tui sumentes, quaesumus, Domine : ut in Ecclesia tua sanctificationis gratiam reno-

ves quam dedisti / et omnes qui christiáno gloriántur
nómine in unitáte fidei tibi servíre mereántur : Per
Dóminum.

EXPLICIT COMMUNE SANCTORUM

MISSAE VOTIVAE
ET
MISSAE AC ORATIONES
AD DIVERSA

MISSAE VOTIVAE

MUTATIONES FACIENDAE

Quando in Missa dicenda ut votiva inveniantur haec expressiones "sollemnitáte", "festivitáte", "die festo", "huius diéi" vel aliae similes, dicatur "commemoratióne" aut simpliciter omittantur tales expressiones, prout contextus postulaverit.

Ratione Temporis liturgici sequentes mutationes fiant, nisi aliud suis locis iudicetur:

IN QUADRAGESIMA:

In Missis mysteriorum Domini quae Tractu carent, non dicatur Allelúia nec Tractus.

In Missis de B. V. Maria, nisi habeatur Tractus proprius, dici potest sequens:

TRACTUS. Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

y. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

y. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

y. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

y. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

y. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

In Missis de Sanctis dici potest sequens Tractus:

TRACTUS. Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit

nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generatio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius; et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

TEMPORE PASCHALI:

Ante Ascensionem:

In Missis mysteriorum Domini dicatur:

ALLELUIA 2.

Ps 117,24

Allelúia. T. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

In Missis de B. V. Maria (praeter pro Immaculata Conceptione):

ALLELUIA 2.

Ps 117,1

Allelúia. T. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

In Missis de Apostolis et Martyribus:

ALLELUIA 2.

Ap 5,12b

Allelúia. V- Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et Divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

In Missis de Doctoribus:

ALLELUIA 2.

Ps 117,24

Allelúia. V/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

In Missis de Monachis:

ALLELUIA 2.

Lc 24,32b

Allelúia. V/. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

In Missis de Pastoribus:

ALLELUIA 2.

1 Cor 5,8a.d

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

In Missis de Virginibus:

ALLELUIA 2.

Ps44,5bc

Allelúia. V/. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirabíliter délixtera tua. Allelúia.

In Missis de Sanctis:

ALLELUIA 2.

Ps 110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

Post Ascensionem:

In Missis mysteriorum Domini vel de B. V. Maria (Immaculata Conceptione excepta) dicitur:

ALLELUIA 2.

Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

Pro ceteris Sanctis:

ALLELUIA 2.

Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

MISSA DE SMA. TRINITATE

Vide p. 347.

MISSA DE SPIRITU SANCTO

INTROITUS. (EXTRA QUADRAGESIMAM) Sap 1,7

Spiritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia: et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius. Glória Patri. Spíritus Dómini.

INTROITUS. (IN QUADRAGESIMA) Ez 36,23c.24b.25ab.26a.c

Cum sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis Spíritum novum.

Ps 33,2: Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo. Glória Patri. Cum sanctificátus fúero.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : da nobis in eódem Spíritu recta sapere / et de eius semper consolatione gaudére : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 8,14-17

Imposuerunt manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diébus illis: Cum audissent Apóstoli qui erant Ierosolymis quia recépit Samaría verbum Dei, miserunt ad illos Petrum et Ioannem, qui cum descendissent oraverunt pro ipsis ut acciperent Spíritum Sanctum; nondum enim super quemquam illórum vénerat, sed baptizáti tantum erant in nómine Dómini Iesu.

Tunc imposuérunt manus super illos, et accipiébant Spíritum Sanctum.

RESPONSORIUM.

Ps 32,12.6

Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi.

V/. Verbo Dómini caeli firmáti sunt: et Spíritu oris eius omnis virtus eórum.

ALLELUIA.

Allelúia. V/. Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúia.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur: ALLELUIA 1.(ANTE ASCENSIONEM) Lc 24,32b

Allelúia, y. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via?

ALLELUIA 1. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.

ALLELUIA 2.

Allelúia. V/. Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda

fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 16,5-15 (LE: 12-15)

Spiritus veritatis ducet vos in omni veritate.

*& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Nunc vado ad Eum qui me misit, et nemo ex vobis intérogat me: Quo vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis tristítia implévit cor vestrum.

Sed ego veritátem dico vobis: éxpedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos; si autem abíero, mittam eum ad vos.

Et cum vénerit ille, árguet mundum de peccáto et de iustítia et de iudício: de peccáto quidem, quia non credunt in me; de iustítia vero, quia ad Patrem vado et iam non vidétis me; de iudício autem, quia princeps mundi huius iudicátus est.

(1) Adhuc multa hábeo vobis dícere, sed non potéstis portáre modo: cum autem vénerit ille, Spíritus veritátis, ducet vos in omni veritáte: non enim loquétur a semetípso, sed quæcúmque áudiet loquétur, et quæ ventúra sunt annuntiábit vobis. Ille me glorificábit, quia de meo accípiet et annuntiábit vobis.

Omnia quæcúmque habet Pater, mea sunt; proptérea dixi quia de meo áccipit et annuntiábit vobis”.

SUPER OBLATA.

MUnera, Dómine, quaésumus, obláta sanctífica / et corda nostra Sancti Spíritus illustratione emún-da : Per Christum.

(1)*Lectio brevis sic incipi potest:*

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Adhuc...

COMMUNIO.

Act 2,2a.c.4a. 11 c

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Factus est repente de caelo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allelúia: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

SAncti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infú-sio / et sui roris íntima aspersione fecúndet : Per Dóminum.

Sumi etiam possunt Missae Dominicae et Feriae II Pentecostes, p. 341 et 344, cum Responsorio Beata gens, p. 853, quando Tempus id postulaverit.

MISSA DE SS. NOMINE IESU

Vide p. 497.

MISSA DE SS. CORPORE ET SANGUINE CHRISTI

Vide p. 350.

MISSA DE SS. CORDE IESU

Vide p. 353.

MISSA DE CHRISTO REGE

Vide p. 427.

MISSA DE SANCTA CRUCE

Vide p. 652.

MISSA DE PASSIONE SEU DE
QUINQUE VULNERIBUS D. N. L. C.

Haec Missa tantum dici potest ut lecta, sed eius Orationes sumi possunt, etiam in conventu, pro Missa de Sancta Cruce, p. 652.

INTROITUS.

PhU 2,8-9

Humiliávit semetípsum Dóminus noster Iesus Christus, factus oboédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi Nomen, quod est super omne nomen.

Ps 88,2a: Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo.

Glória Patri. Humiliávit semetípsum.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Domine Iesu Christe, qui Crucis patíbulum ascendísti / ut univérsum mundum, in ténebris constitútum íllumináres : illam, quaesumus, lucem ánimæ et córpori nostro semper infunde / per quam ad ætérnam claritátem perveníre mereámur : Qui vivis et regnas.

LECTIO.

1 Cor 1,18-25

Praedicamus Christum crucifixum.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Verbum crucis pereúntibus quidem stultítia est, his autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est.

Scriptum est enim: “Perdam sapiéntiam sapiéntium, et

prudéntiam prudéntium reprobábo”. Ubi sápiens? Ubi scriba? Ubi conquisítor huius saéculi? Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam huius mundi?

Nam quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum, plácuit Deo per stultítiam prædicatiónis salvos fácere credétes.

Quóniam et Iudaéi signa petunt et Græci sapiéntiam quærunť, nos autem prædicámus Christum crucifixum, Iudæis quidem scándalum, géntibus autem stultítiam, ipsis autem vocátis, Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtútem et Dei sapiéntiam: quia quod stultum est Dei, sapiéntius est homínibus, et quod infirmum est Dei, fórtius est homínibus.

RESPONSORIUM.

Ps 68,21-22

Impropérium exspectávit cor meum et misériam: et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit: consolán-tem me quæsívi, et non invéni.

V/. Dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

ALLELUIA.

Allelúia. V/. Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres, Patri oboédiens ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem: tibi glória, hosánna, tibi summae laudis et honóris coróna. Allelúia.

In Quadragesima, omissa Allelúia, dici potest Tractus:

TRACTUS.

Ps 21,16-20

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit fáucibus meis, et in púlverem mortis deduxísti me.

V/. Circumdederunt me canes multi: concílium malignántium obsédit me.

y. Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeravé-

runt ómnia ossa mea.

V/. Ipsi vero consideravérunt, et conspexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

V/. Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxiliúm tuum a me: ad defensionem meam cónspice.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Allelúia. V/. Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres, Patri oboédiens ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem: tibi glória, hosánna, tibi summae laudis et honóris coróna.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM)

Allelúia. V/. Surréxit Altíssimus de sepúlchro, qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 27,32-44

Crucifixerunt eum.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Exeúntes mílites ut crucifigerent Iesum, invenérunt hóminem Cyrenæum, nómine Simónem; hunc angariavérunt ut tólleret crucem eius. Et venérunt in locum qui dícitur Gólgotha, quod est Calváriæ Locus, et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mixtum; et cum gustásset, nóluit bíbere.

Postquam autem crucifixerunt eum, divisérunt vestiménta eius sortem mitténtes, et sedéntes servábant eum ibi.

Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: “Hic est Iesus Rex Iudaeorum”. Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus a dextris et unus a sinistris.

Prætereuntes autem, blasphemabant eum, moventes capita sua et dicentes: “Qui destruis templum et in triduo illud reedificas, salva te ipsum, si Filius Dei es, descende de cruce”. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant: “Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere; rex Israel est, descendat nunc de cruce et credemus in eum. Confidit in Deo, liberet nunc si vult eum; dixit enim: Dei Filius sum”. Id ipsum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.

SUPER OBLATA.

DEus, cuius Filius, ut granum in terra moriens plurimos attulit fructus : da nobis, hunc panem et vinum offerentibus, pro illo qui sanguinem suum in cruce effudit / potius mori quam peccare : Per Christum.

Praefatio propria, Praefatio I vel II Passionis.

COMMUNIO.

Ps 21,17c-18a

Foderunt manus meas, et pedes meos:
dinumeraverunt omnia ossa mea.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Cibo refecti, Domine, potuque salutis : Salvatoris nostri, quaesumus, semper sanguine perfundamur / qui fons aquae nobis fiat in vitam salientis aeternam : Per Dominum.

MISSA DE B. V. MARIA
IN ADVENTU DOMINI

INTROITUS.

Is 45,8a

Roráte, caeli, désuper, et nubes pluant iustum:
aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem. Ps 18,2: Cæli
enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat
firmaméntum. Glória Patri. Roráte, caeli, désuper.

Kýrie, eléison.

Non dicitur Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens Pater / qui, ancílla tua annuén-te,
Verbum tuum in ipsa habitare fecísti : ita corda
nostra suáviter dispone / ut in nobis quoque Christus
nasci et crescere dignétur : Qui tecum vivit.

LECTIO.

Is 7,10-14

Ecce, virgo concipiet et pariet filium.

Léctio líbri Isaiae prophetae.

IN diébus illis: Adiécit Dóminus loqui ad Achaz,
dicens: “Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in
profúndum inférni sive in excélsum supra”.

Et dixit Achaz: “Non petam et non tentábo
Dóminum”.

Et dixit: “Audíte ergo, domus David; numquid parum
vobis est moléstos esse homínibus, quia molésti estis et
Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum.
Ecce, virgo concípíet et páriet filium, et vocábit nomen
eius Emmánuel”.

RESPONSORIUM.

Ps 144,18.21a

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum:
ómnibus qui ínvocant eum in veritate.

V/. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat
omnis caro nomen sanctum eius.

ALLELUIA.

Ps 79,3b

Allelúia, y. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni:
ut salvos fácias nos. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 1,26-38

Ecce concipies in utero et paries filium.

& Lécio sancti Evangéllii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Missus est ángelus Gábriel a Deo in
civitátem Galilaeae, cui nomen Náza-reth, ad vírginem
desponsátam viro cui nomen erat Ioseph de domo David,
et nomen vírginis María.

Et ingrédus ad eam dixit: “Ave, grátia plena,
Dóminus tecum”. Ipsa autem turbáta est in sermóne
eius et cogitábat qualis esset ista salutátio.

Et ait ángelus ei: “Ne tíneas, María, invenísti enim
grátiam apud Deum: et ecce concípies in útero et páries
filius, et vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et
Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus
sedem David patris eius, et regnábít super domum Iacob
in ætérnum, et Regni eius non erit finis”.

Dixit autem María ad ángelum: “Quómodo fiet istud,
quóniam virum non cognóscó?”

Et respóndens ángelus dixit ei: “Spíritus Sanctus
supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi:
idéoque et quod nascétur Sanctum vocábitur, Fílius Dei.
Et ecce Elísabeth cognáta tua et ipsa concépit filium in
senécta sua, et hic mensis est sextus illi quæ vocátur
stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne
verbum”.

Dixit autem María: “Ecce ancilla Dómini: fiat mihi secúndum verbum tuum”. Et discéssit ab illa ángelus.

SUPER OBLATA.

Altári tuo, Dómine, superpósita múnera Spíritus
ille sanctíficet / qui beatae Mariae víscera sua virtute
replévit : Per Christum.

COMMUNIO.

Is7,14b

Ecce Virgo concípiet, et páriet Fílium: et vocábitur
nomen eius Emmánuel.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Mystéria, quæ sumpsimus, Dómine Deus noster /
misericórdiam tuam in nobis semper osténdant : ut
Fílii tui incarnatióne salvémur / qui Genetrícis eius
lætam exspectatióem fidéli menté celebrámus : Per
Dóminum.

MISSA DE B. V. MARIA
EXTRA ADVENTUM DOMINI

INTROITUS.

Sedulius

Salve, Sancta Parens, eníxa puérpera Regem, qui
caelum terrámque regit in sæculá sæculórum. Ps
44,12: Quia concupívit Rex decórem tuum: quóniam
ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum. Glória
Patri. Salve, Sancta Parens.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui per Fílii tui incarnatiónem mundum lælifi-
cáre dignatus es : fac ut corda nostra eódem amóre
Christum suscípíant / quo María eum adamávit : Qui
tecum vivit.

LECTIO.

Sir 24,1.5a.6b-7.12-16.26-27.29

Radicavi in populo honorificate.*

Léctio libri Sirácidæ.

SApiéntia laudábit ánimam suam et in Deo honorábitur
et in médio pópuli sui gloriábitur.

“Ego ex ore Altíssimi prodívi, et sicut nébula texi
omnem terram. Ego in altíssimis habitávi, et thronus
meus in colúmna nubis.

Tunc præcépít et dixit mihi Creátor ómnium, et qui
creávit me quiétem dedit tabernáculo meo et dixit mihi:
"In Iacob inhábita et in Israel hereditáre et in eléctis
meis mitte radíces".

Ab inítio ante sæculá creáta sum et usque ad futúrum
sæculum non désinam. Et in Tabernáculo sancto coram
ipso ministrávi, et sic in Sion firmáta sum et in civitáte
simíliter dilécta requiévi, et in Ierusalem potéstas mea.
Et radicávi in pópulo honorificáto et in parte Dei mei, in
hereditáte illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio
mea.

Transíte ad me, omnes qui concupíscitis me, et a
generatióibus meis implémini. Doctrína enim mea super
mel dulcis et herédtas mea super mel et favum.

Qui edunt me adhuc esúrient, et qui bibunt me adhuc
sítient”.

RESPONSORIUM.

Benedícta et venerábilis es, Virgo María, quæ sine
tactu pudóris invénta es Mater Salvatóris.

V/. Virgo Dei Génatrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.

ALLELUIA.

Allelúia. V/. Post partum Virgo invioláta permansísti: Dei Génatrix, intercéde pro nobis. Allelúia.

In Quadragesima, omissio Allelúia, dici potest Tractus:

TRACTUS. Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

y. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

V/. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

V/. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

V/. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Filius Dei.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Allelúia. V/. Post partum Virgo invioláta permansísti: Dei Génatrix, intercéde pro nobis.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphano s: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 11,27-28

Beatus venter qui te portavit.

*k Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Loquente Iesu ad turbas, extóllens
vocem quædam múlier de turba dixit illi: “Beátus
venter qui te portávit, et úbera quæ suxísti”.

At ille dixit: “Quínimmo beáti qui áudiunt verbum
Dei et custódiunt”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Dómine, múnera, quæ tíbi offérimus : et
praesta ut corda nostra, Sancti Spíritus luce irradia-ta
/ exémplo beátæ Vírginis Mariae, tua semper váleant
perquírrere et conserváre : Per Christum.

COMMUNIO.

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quae portavérunt æténi
Patris Fílium.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Divíni múneris largitáte satiáti, quaesumus, Dómine : ut
illam, quæ pópulo peregrinánti certae spei est
á'gnum / in cælésti glória pro nobis oráre sentiámus :
Per Dóminum.

In quacumque Missa de B. V. Maria adhiberi possunt
sive Orationes Missae praecedentis, sive eae quae
sequuntur, scilicet de S. Nomine B. V. Mariae aut de
Purissimo Corde eius.

DE SANCTO NOMINE B. V. MARIAE

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui gloriósam Matrem tuam nominári Mariám voluísti / concéde, quaesumus : ut qui dulce Mariae nomen implorant / perpétuæ séntiant tuæ benedictionis efféctum : Qui vivis.

SUPER OBLATA.

Suscipe, quaesumus, Dómine, sacrificium placatiónis et laudis / quod, dulce Mariae nomen celebrantes, offérimus : ut ad véniam nos obtinéndam perducatur / et in perpétua gratiárum constítuat actióne : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEi Genetrícis Mariae nomen venerantibus / da nobis, Dómine, per hæc sancta, quæ sumpsimus : ut eius quoque virtútes imitantes / nostra in cælis nómina scripta esse gaudeámus : Per Dóminum.

DE PURISSIMO CORDE B. V. MARIAE

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in Corde beatae Vírginis Mariae dignum Spíritus Sancti habitáculum præparásti / concéde propítius : ut eiúsdem puríssimi Cordis commemoratióne devóta mente recoléntes / secúndum Cor tuum víveré valeámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

MAiestáti tuæ, Dómine, agnum immaculátum offeréntes : quaesumus, ut corda nostra ignis ille ac-céndat / qui Cor beátæ Mariæ Vírginis ineffabíliter inflammávit : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Divínis refécti muneribus / quaesumus, Dómine : ut,
beatae Vírginis Mariae exemplo / Verbum tuum in
corde puro conserváre valeámus : Per Dóminum.

MISSA DE COMPASSIONE B. V. MARIAE

Vide p. 219.

MISSA DE S. IOSEPH

Vide p. 531.

MISSA DE SANCTIS ANGELIS

Vide p. 661.

MISSA DE SS. ANGELIS CUSTODIBUS

INTROITUS.

Ps 102,20

Benedícite Dóminum omnes Angeli eius, poténtes
virtúte: qui fácitis verbum eius, ad audiéndam
vocem sermónum eius.

Ps 102,1: Bénedic, ánima mea, Dómino: et ómnia,
quæ intra me sunt, nómini sancto eius. Glória Patri.

Benedícite Dóminum

*Kýrie. eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui ineffábili providéntia Angelos tuos ad nostram custódiam mittere dignáris / largíre supplíci-bus tuis : et eórum semper protectióne defendi / et æténa societate gaudére : Per Dóminum.

LECTIO.

Ex 23,20-23a

Mittam angelum, qui praecedat te.

Léctio libri Exodi.

HÆc dicit Dóminus: “Ecce ego mittam ángelum, qui præcédat te et custódiat in via et introdúcat ad locum, quem parávi. Obsérva eum et audi vocem eius, nec contemnéndum putes; quia non dimíttet, cum peccavéritis, quia est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius et féceris ómnia quæ loquor, inimícus ero inimícis tuis et affligam affligéntes te.

Præcédet enim te ángelus meus”.

RESPONSORIUM.

Ps 90,1 M2

Angelis suis Deus mandávit de te: ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

V/. In mánibus portábunt te: ne umquam offéndas ad lápidem pedem tuum.

ALLELUIA.

Ps 148,2

Allelúia. V/. Laudáte Deum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius. Allelúia.

In Quadragesima, omissa Allelúia, dici potest Tractus:

TRACTUS.

Ps 102,20ab.21-22

Benedícite Dóminum, omnes Angeli eius: poténtes virtúte, qui fáctis verbum eius.

V/. Benedícite Dómino, omnes virtútes eius: Mínistri

eius, qui fáctis voluntátem eius.

y. Benedícite Dómino, ómnia ópera eius in omni loco
dominatiónis eius: bénedic, ánima mea, Dómino.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 148,2

Allelúia, y. Laudáte Deum, omnes Angeli eius:
laudáte eum, omnes virtútes eius.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Mt 28,2bc

Allelúia, y. Angelus Dómini descéndit de caelo: et
accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum.
Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et
vénió ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 1,47-51

Angeli Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis.

**fr* Léctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Vidit Iesus Nathánael veniéntem ad
se et dicit de eo: “Ecce vere Israelíta in quo dolus non
est”.

Dicit ei Nathánael: “Unde me nosti? ”

Respóndit Iesus et dixit ei: “Priúsquam te Philíppus
vocáret, cum esses sub ficu, vidi te”.

Respóndit ei Nathánael: “Rabbi, tu es Fílius Dei, tu
rex es Israel”.

Respóndit Iesus et dixit ei: “Quia dixi tibi: Vidi te
sub ficu, credis? Maióra his vidébis”.

Et dicit ei: “Amen amen dico vobis: Vidébitis caelum
apértum et ángelos Dei ascendéntes et descendéntes
supra Fílium hóminis”.

SUPER OBLATA.

AUge, Dómine, devotionem offerentium hæc múnera :
ut, qui in sacrificio Fílii tui árctius cæléstibus
íncolis coniungimur / cúltui eórum perféctius
conformémur Per Christum.

Praefatio propria, Praefatio IV Temporis per annum.

COMMUNIO.

Dan 3,59

Benedícite, omnes Angeli Dómini, Dóminum,
hymnum dícite et superexaltáte eum in saécula.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

QUos tantis, Dómine, in vitam ætérnam dignáris
páscere sacramentis / angélico ministério dírige
in viam salutis et pacis : Per Dóminum.

MISSAE AD DIVERSA

Missae haec numquam habent Tractum.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, habetur secundum Allelúia:

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,24

Allelúia, y. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia, y. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

1. PRO ADVENTU REGNI

INTROITUS.

Cf. Est 4,17c-e

IN voluntáte tua, Dómine, univérſa sunt pósita, et non est qui possit resístere voluntáti tuæ: tu enim fecísti ómnia, caelum et terram, et univérſa quæ cæli ámbitu continéntur: Dóminus universórum tu es.

Ps 118,1: Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri. In voluntáte tua, Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui regnum Christi ubíque terrárum dilatári providéntia mirábili disposuisti / præsta, quaésumus : ut Ecclésia tua universális sit salutis sacraméntum / et tuæ in hómines caritátis operétur mystérium :

Per Dóminum.

LECTÍO.

Ier 31,31-34

Feriam pactum novum.

Léctio libri Ieremiae prophetae.

“T7 Cce dies véniunt, dicit Dóminus, et fériam dómui JLrfIsrael et dómui Iudae pactum novum; non secúndum pactum, quod pépigi cum pátribus eórum, in die, qua apprehéndi manum eórum, ut edúcerem eos de terra Ægýpti, pactum, quod írritum fecérunt, et ego dominátus sum eórum, dicit Dóminus.

Sed hoc erit pactum, quod fériam cum domo Israel post dies illos, dicit Dóminus: Dabo legem meam in viscéribus eórum et in corde eórum scribam eam; et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in pópulum.

Et non docébit ultra vir próximum suum, et vir fratrem suum, dicens: "Cognósce Dóminum"; omnes enim cognóscent me, a mínimo eórum usque ad máximum, ait Dóminus, quia propitiábor iniquitáti eórum et peccáti eórum non memorábor ámplius”.

RESPONSORIUM.

Ps 84,8.2

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

V/. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

ALLELUIA.

Ps 46,2

Allelúia. V/. Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 17,1-8

Ut cognoscant te solum Deum et quem misisti Iesum Christum.

“i* Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Sublevátis Iesus óculis suis in caelum, dixit: “Pater, venit hora: glorífica Fílium tuum, ut Fílius gloríficet te sicut dedísti ei potestátem omnis carnis, ut omne quod dedísti ei det eis vitam ætérnam.

Hæc est autem vita ætérna, ut cognóscant te solum verum Deum et quem misísti Iesum Christum. Ego te glorificávi super terram, opus consummávi quod dedísti mihi ut fáciam; et nunc glorífica me tu, Pater, apud temetípsum glória quam habébam prius quam mundus esset, apud te.

Manifestávi Nomen tuum homínibus quos dedísti mihi de mundo. Tui erant et mihi eos dedísti, et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt quia ómnia quæ dedísti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedísti mihi dedi eis, et ipsi accepérunt et cognovérunt vere quia a te exívi, et credidérunt quia tu me misísti”.

SUPER OBLATA.

T Mménsæ Fílii tui caritátis memoriále celebrantes / te JL Dómine, supplicítér exorámus : ut Regnum tuum his in terris iúgiter quærámus / ac ipsíus advéntum instántér implorémus : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 5,8-10

Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt: Beáti pacífici, quóniam filii Dei vocabúntur: Beáti qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Ivínis sacraméntis reféctis largíre, Rex glóriæ,
abundántiam gratiae tuæ : ut, quos redemísti in hoc
mundo / partícipes effícias luminis Regno : Qui vivis.

Alias lectiones quaere p. 197*.

2. PRO UNITATE CHRISTIANORUM

Dici potest etiam Missa I, p. 871.

INTROITUS.

Ps 67,6b-7a.36b

DEus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit
unánimes in domo, ipse dabit virtútem et
fortitúdinem plebi suæ.

Ps 67,2: Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et
fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius. Glória Patri. Deus
in loco sancto suo.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui erráta córrigis et dispérsa cóngregas et
congregáta conservas / ad gregem Fílii tui placatus
inténde : ut quos unum sacrávit baptísma / eos et fidei
iungat intégritas et vínculum sóciet caritátis : Per
Dóminum.

LECTIO.

I Io 1,3-7

Communio cum Patre et cum Filio.

Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

CAríssimi: Quod vídimus et audívimus annuntiámus et
vobis, ut et vos communionem habeátis nobis-

cum. Commúnio autem nostra est cum Patre et cum Fílio eius Iesu Christo.

Et hæc scríbimus nos ut gáudium nostrum sit plenum. Et hæc est annuntiátio quam audívimus ab eo et annuntiámus vobis, quóniam Deus lux est et ténebrae in eo non sunt ullae. Si dixérimus quóniam communióem habémus cum eo et in ténebris ambulámus, mentímur et non fácimus veritátem; si autem in luce ambulémus sicut ipse est in luce, communióem habémus ad ínvicem et sanguis Iesu Fílii eius mundat nos ab omni peccáto.

RESPONSORIUM.

Ps 24,3a.4

Univérsi qui te expéctant non confundéntur, Dómine.

T. Vias tuas, Dómine, notas fac mihi, et sémitas tuas édoce me.

ALLELUIA.

Ps 147,1

Allelúia. V/. Lauda, Ierusalem, Dóminum: lauda Deum tuum, Sion. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 9,49-55

Qui non est adversus vos, pro vobis est.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Ioannes ad Iesum: “Præcéptor, vídimus quemdam in nómine tuo eiciéntem dæmónia, et prohibúimus eum quia non séquitur nobíscum”.

Et ait ad illum Iesus: “Nolíte prohibére, qui enim non est advérsus vos, pro vobis est”.

Factum est autem dum compleréntur dies assumptiόνis eius, et ipse fáciem suam firmávit ut iret Ierusalem, et misit núntios ante conspéctum suum. Et eúntes intravérunt in castéllum Samaritanórum, ut parárent illi. Et non recepérunt eum, quia fácies eius erat eúntis lerúsa-

lem.

Cum vidissent autem discipuli Iacobus et Ioannes dixerunt: “Dómine, vis dicámus, ut ignis descéndat de caelo et consumat illos?”

Et convérsus increpávit illos.

SUPER OBLATA.

MUnera nostra, quaésumus, Dómine, propítius réspice / et Spíritus tui super pópulum tuum dona clementer effúnde : ut in veritátis iúgiter amóre succréscaat / et perféctam christianórum unitátem stúdio perquirat et ópere : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 17,lib

In Quadragesima amittitur Allelúia.

Pater sancte, serva eos in nómine tuo, quos dedísti mihi, ut sint unum sicut et nos, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

HÆc tua, Dómine, sumpta sacra commúnio : sicut fidélium in te uniónem praesignat / sic in tua Ecclésia unitátis, quaesumus, operetur efféctum : Per Dóminum.

Alias lectiones quaere p. 199*.

3. PRO PACE, IUSTITIA ET LIBERTATE

Dici etiam potest Missa I, p. 871.

INTROITUS.

Cf. Sir 36,18

DA pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut Prophetæ tui fidéles inveniántur: exáudi preces servi tui, et plebis tuæ Israel.

Ps 114,1: Diléxi: quóniam exáudiet Dóminus vocem

orati6nis meæ. Gl6ria
Patri. Da pacem,
D6mine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, a quo sancta desid6ria, recta consília et iusta sunt opera / da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem : ut et corda nostra mandátis tuis dedita / et h6stium subláta formídine, témpora sint tua protectione tranquilla : Per D6minum.

LECTIO.

Iac 3,13-18

Fructus iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.

L6ctio Epístolæ beáti Iacobi ap6stoli.

CARÍSSIMI: Quis sápiens et disciplinátus inter vos? Osténdat ex bona conversati6ne operati6nem suam in mansuetúdine sapiéntiæ. Quod si zelum amárum habétis et contenti6nes in córdibus vestris, nolíte gloriári et mendáces esse advérsus veritátem; non est ista sapiéntia desúrsum descéndens, sed terréna, animális, diab6lica; ubi enim zelus et conténtio, ibi inconstántia et omne opus pravum.

Quæ autem desúrsum est sapiéntia primum quidem pudíca est, deinde pacífica, modésta, suadíbilis, plena misericórdia et frúctibus bonis, non iúdicans, sine simulati6ne; fructus autem iustitiæ in pace seminátur facientibus pacem.

RESPONSORIUM.

Ps 43,8-9

Liberásti nos, D6mine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

V/. In Deo laudábimur tota die: et in nómine tuo confitébimur in sæculá.

ALLELUIA.

Ps 147,3

Allelúia. V/. Qui púsuit fines tuos pacem: et ádipe fruménti sátiat te. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 14,27-3 la

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis; non quómo mundo dat ego do vobis. Non turbétur cor vestrum neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis: Vado et vénio ad vos. Si diligerétis me gauderétis, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est.

Et nunc dixi vobis priúsqum fiat, ut cum factum fúerit credátis. Iam non multa loquar vobíscum, venit enim princeps mundi, et in me non habet quidquam, sed ut cognóscat mundus quia díligo Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic fácio”.

SUPER OBLATA.

Suscipe, Deus, reconciliatiónis hostiam / et a tribulatiónum nos, quaésumus, túrbine fac quiétos : quia bona cuncta præstábis / si pacem déderis mentis et córporis : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 14,27b.27a

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Pacem meam do vobis, allelúia, pacem meam relínquo vobis, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Deus auctor pacis et amator / quem nosse vívere, cui servíre regnáre est, prótege ab ómnibus impugnatiónibus supplices tuos : ut qui in defensióne tua confídimus / nullíus hostilitátis arma timeámus : Per Dóminum.

Alias lectiones quaere p. 201*.

4. PRO QUACUMQUE NECESSITATE

INTROITUS.

S Alus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum. Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri. Salus pópuli ego sum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens et miséricors Deus / afflictiónem nostram propitiatus inténde : et ita filiórum tuórum onus álleva iidemque confírma / ut in patérna semper providéntia tua sine dubitatione confídant : Per Dóminum.

LECTIO.

Hebr 13,1-3.14-16

Beneficentiae et communionis nolite oblivisci.

Léctio Epístolæ ad Hebraeos.

F Ratres: Cáritas fraternitátis máneat. Hospitalitátem nolíte oblivísci, per hanc enim quidam nesciéntes hospítio recepérunt ángelos. Mementóte vinctórum tamquam simul vincti, laborántium tamquam et ipsi in córpore morántes. Non enim habémus hic manéntem civitátem, sed futúram inquírimus. Per Iesum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est fructum labiórum confiténtium

Nómini eius. Beneficéntiæ autem et communiónis nolíte oblivísci, tálibus enim hóstiis obieci atur Deus.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 54,23a. 17a. 18b. 19b

Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. V/.
Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam
ab his, qui appropínquant mihi.

ALLELUIA.

Mt 11,28

Allelúia. V/. Veníte ad me, omnes qui laborátis et
oneráti estis, et ego refíciam vos, Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 11,22-25

Quaecumque orantes petitis, credite quia iam accepistis.

& Lécio sancti Evangélii secúndum Marcum.

IN illo témpore: Ait Iesus discíplis suis: “Habéte
fidem Dei; amen dico vobis: Quicúmque díxerit huic
monti: Tóllere et mittere in mare, et non hæsitéverit
in corde suo sed credíderit quia quod díxerit fiat, fiet ei.

Proptérea dico vobis: Omnia quaecúmque orántes
pétitis, créдите quia iam accepistis et erunt vobis. Et cum
statis in oratióne, dimíttite si quid habétis advérsus
áliquem, ut et Pater vester qui in caelis est dimíttat vobis
peccáta vestra”.

SUPER OBLATA.

SUscipe, Dómine, múnera, quæ tibi fidénter
offérimus : et, quam mæroris amaritúdinem
sustinémus / fac ut in suavitátis sacrificium
convertátur : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 7,7-8

Pétite, et accipiétis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et

aperiétur vobis; omnis enim qui petit, áccipit; et qui quærit, ínvenit; et pulsánti aperiétur.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

TE súpplīces, Dómine, exorámus : ut, dápi-
bus reereá-ti / et futúros labóres fórtiter ággredi valeámus,
et fratres in pressúra pósitos impénsius eonfirmé-
mus : Per Dóminum.

Alias lectiones quaere p. 204*.

5. PRO INFIRMIS ET MORIENTIBUS

Dici etiam potest Missa 4, p. 879.

INTROITUS.

Ps 122,2a.c-3a

Sicut óculi servórum in mánibus dominórum
suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum
nostrum, donec misereátur nostri: miserére nobis,
Dómine, miserére nobis.

Ps 122,1: Ad te levávi óculos meos, qui hábitas in
cælis.

Glória Patri.

Sicut óculi servórum.

Kýrie, eléison.

COLLECTA. (PRO INFIRMIS)

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, salus ætérna
credentium / exáudi nos pro fámulis tuis infírmis,
pro quibus misericórdiæ tuæ imploramus auxílium : ut
réddita sibi sanitate / gratiárum tibi in Ecclésia tua
réferant actiónem : Per Dóminum.

COLLECTA. (PRO MORIENTIBUS) Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, salus ætérna
 credentium / exáudi nos pro fámulis tuis infirmis,
 pro quibus misericórdiæ tuæ implorâmus auxiliûm : ut,
 consociáti Fílii tui passióni et eius ságuine signati /
 tibi váleant immaculáti præsentári : Per Dóminum.

LECTIO.

Iac 5,13-16

Oratio fidei salvabit infirmum.

Léctio Epístolæ beáti Iacobi apóstoli.

CAríssimi: Tristátur áliquis vestrum? Oret; æquo
 ánimo est? Psallat. Infirmátur quis in vobis? Advo-
 cet presbýteros Ecclésiæ et orent super eum, unguéntes eum
 óleo in Nómine Dómini: et orátio fidei salvábit
 infirmum, et allevábit eum Dóminus; et si peccáta
 operátus fúerit, dimitténtur ei.

Confitémini ergo altérutrum peccáta et oráte pro
 ínvicem, ut sanémini. Multum enim valet deprecátio iusti
 óperans.

RESPONSORIUM.

Ps 6,3-4a

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: sana
 me, Dómine.

V/. Conturbáta sunt ómnia ossa mea: et ánima mea
 turbáta est valde.

ALLELUIA.

Ps 101,2

Allelúia. V/. Dómine, exáudi oratióne meam, et
 clamor meus ad te véniat. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 8,14-17

Ipse infirmitates nostras accepit.

*& Lécctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore: Cum venísset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacéntem et febricitántem; et tétigit manum eius, et dimísit eam febris; et surréxit et ministrábat ei.

Véspere autem facto, obtulérunt ei multos dæmónia habéntes; et eiciébat spíritus verbo, et omnes male habéntes curávit, ut adimplerétur quod dictum est per Isaíam prophétam dicéntem: “Ipse infirmitátes nostras accépit et ægrotatiónes portávit”.

SUPER OBLATA.

DEus, cuius nútibus vitæ nostræ moménta decúrrunt : súscipe preces et hóstias, quibus tuam pro frátribus ægrotántibus misericórdiam imploramus / ut, de quorum perículo metúimus, de eórum salute lætémur : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 26,42b

Pater, si non potest hic calix transíre nisi bibam illum, fiat volúntas tua.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, infirmitátis humánæ singuláre præsidium / auxílii tui super infirmos fámulos tuos osténde virtútem : ut eléctos se séntiant / et Christo pro mundi salúte patiénti se scíant unítos : Per Dóminum.

Alias lectiones quære p. 209*.

Pro morientibus autem lectiones sumi possunt e lectionario defunctorum, p. 221*.

6. PRO REMISSIONE PECCATORUM

INTROITUS.

Cf. Sap 11,23-24.26

Misereris ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum
quæ fecísti: dissímulans peccáta hóminum propter
pæniténtiam, et parcens illis, quia tu es Dóminus Deus
noster.

Ps 56,2a: Miserére mei, Deus, miserére mei: quóniam in
te confidit ánima mea. Glória Patri. Misereris ómnium,
Dómine.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui nullum respuis / sed quantúmvis
peccántibus per pæniténtiam pia miseratione
placáris : réspice propítius ad preces humilitátis nostræ
/ et illúmina corda nostra, ut tua valeámus implere
præcépta : Per Dóminum.

LECTIO.

Is 1,11.15-20

Lavamini, mundi estote.

Léctio libri Isaiaie prophétæ.

Q Uo mihi multitudinem victimárum vestrárum?
dicit Dóminus. Plenus sum holocáustis aríetum et
ádipe pínguim,

et sánguinem vitulórum
et agnórum et hircórum nólui.

Cum extendéritis manus vestras,

avértam óculos meos a vobis; et cum
multiplicavéritis oratióem, non exáudiam: manus
enim vestræ ságuine plenae sunt. Lavámini, mundi
estóte,

auférte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis;
 quiescite ágere perversé, díscite benefácere: quaérite
 iudícium, subveníte opprésso,

iudicáte pupílo, deféndite víduam.

Et veníte et iudício contendámus,

dicit Dóminus. Si fúerint peccáta

vestra ut cóccinum,

quasi nix dealbabúntur; et si fúerint

rubra quasi vermículus,

velut lana erunt.

Si voluéritis et audiéritis, bona terræ comedétis; quod si

noluéritis et me ad iracúndiam provocavéritis,

gládius devorábit vos,

quia os Dómini locútum est.

RESPONSORIUM.

Ps 40,5.2

Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam,
 quóniam peccávi tibi.

V/. Beátus qui intélegit super egénium et páuperem: in
 die mala liberábit eum Dóminus.

ALLELUIA.

Ps78,9c.10a

Allelúia. V/. Propítius esto, Dómine, peccátis nostris:
 nequándo dicant gentes: Ubi est Deus eórum? Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 23,33-43

Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

*& Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Postquam venérunt mílites in locum
 qui vocátur Calváriæ, ibi crucifixerunt Iesum et
 latrónes, unum a dextris et álterum a sinístris.

Iesus autem dicébat: “Pater, dimítte illis, non enim
 sciunt quid fáciunt”.

Dividéntes vero vestiménta eius misérunt sortes. Et

stabat pópulus exspéctans. Et deridébant illum et príncipes dicétes: “Alios salvos fecit, se salvum fáciat, si hic est Christus Dei eléctus”.

Illudébant autem ei et mílites accedétes, acétum offerétes illi et dicétes: “Si tu es rex ludæórum, salvum te fac”. Erat autem et superscríptio super illum: “Hic est rex ludæórum”.

Unus autem de his qui pendébant latrónibus blasphemábat eum dicens: “Nonne tu es Christus? Salvum fac temetípsum et nos”.

Respóndens autem alter increpábat illum dicens: “Neque tu times Deum, quod in eádem damnatióne es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recípiamus: hic vero nihil mali gessit”.

Et dicébat: “Iesu, meméto mei cum véneris in Regnum tuum”.

Et dixit illi: “Amen dico tibi: Hódie mecum eris in paradíso”.

SUPER OBLATA.

DEus qui te praécipis a peccatóribus exorári / purífica nos múneris praeséntis oblatiÓne : ut peccáandi consuetúdinem tollas / et recte vivéendi perseverantiam tríbuas : Per Christum.

COMMUNIO.

Lc 15,10

Dico vobis, gáudium est Angelis Dei super uno peccatóre pæniténtiam agénte.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

MEntes nostras, quaesumus, Dómine, Spíritus Sanctus divínis réparet sacramentis / quia ipse est remíssio ómnium peccatórum : Per Dóminum.

Alias lectiones quaere p. 210*.

7. CONTRA TENTATIONEM

INTROITUS.

Cf. Ps 43,24-26

EXsúrge, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem: quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatióem nostram? adhæsit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádiuva nos, et líbera nos.

Ps 43,2ab: Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis. Glória Patri. Exsúrge, quare obdórmis.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui diligéntibus te facis cuncta prodésse : da córdibus nostris inviolábilem tuæ caritátis afféctum / ut desidéria de tua inspiratióne concépta, nulla possint tentatione mutári : Per Dóminum.

LECTIO.

Iac 1,12-16

Deus neminem tentat.

Léctio Epístolæ beáti Iacobi apóstoli.

CARÍSSIMI: Beátus vir qui suffert tentatióem, quia cum probátus fúerit accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Nemo cum tentátur dicat: “A Deo tentor”; Deus enim non tentátur malis, ipse autem néminem tentat. Unusquísque vero tentátur a concupiscéntia sua abstráctus et illéctus; dein concupiscéntia cum concéperit parit peccátum, peccátum vero cum consummátum fúerit génerat mortem.

Nolíte erráre, fratres mei dilectíssimi.

RESPONSORIUM.

Ps 72,23b-24.1-3

Tenuísti manum d xteram meam: et in volunt te tua deduxísti me, et cum gl ria assumpsísti me.

y. Quam bonus Israel Deus rectis corde: mei autem p ene moti sunt pedes, p ene eff si sunt gressus mei: quia zel vi in peccat ribus, pacem peccat rum videns.

ALLELUIA.

Cf. Zac 8,7b.8c

Alleluia. V/. Salv bo p pulum meum Israel in die malo, et ero eis in Deum in veritate et iustitia. Alleluia.

EVANGELIUM.

Me 9,42-50

Si scandalizaverit te manus tua, abscide illam.

*& L ctio sancti Evangelii sec ndum Marcum.

IN illo t mpore: Dixit Iesus disc pulis suis: “Quisquis scandaliz verit unum ex his pusillis cred ntibus in me, bonum est ei magis ut circumd tur mola asin ria collo eius et in mare mitt tur.

Et si scandaliz verit te manus tua, abscide illam: bonum est tibi d bilem introire in vitam, quam duas manus hab ntem ire in geh nnam, in ignem inexstinguibilem. Et si pes tuus te scandalizat,  mputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam, quam duos pedes hab ntem mitti in geh nnam. Et si  culus tuus scandalizat te,  ice eum: bonum est tibi luscum introire in Regnum Dei, quam duos  culos hab ntem mitti in geh nnam, ubi vermis e rum non m ritur et ignis non exstinguitur; omnis enim igne salietur.

Bonum est sal; quod si sal ins lsum f erit, in quo illud condi tis?

Hab te in vobis sal, et pacem hab te inter vos”.

SUPER OBLATA.

DEus, qui ténebras ignorántiæ, Verbi tui luce depellis / praesta huius oblationis virtúte : ut ignis, quem grátia tua veheménter accéndit / nullis tentatió nibus exstinguátur : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 17,12a.c.13a.15

In Quadragesima o mittuntur Alleluia.

Pater, cum essem cum eis, ego servábam eos quos dedísti mihi, allelúia: nunc autem ad te vénio: non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a Malo, allelúia, allelúia.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui nos ad imáginem tuam sacraméntis rénovas et præcéptis / pérfice gressus nostros in sémitis tuis : et per hæc sancta quæ sumpsimus / líbera ab insídiis nutántia corda : Per Dóminum.

Alias lectiones quaere p. 213*.

8. PRO GRATIARUM ACTIONE

INTROITUS.

Ps 47,10-11

Suscépi mus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustítia plena est délixtera tua. Ps 47,2-3a: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Glória Patri. Suscépi mus, Deus.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinitus est thesáurus / piíssimæ maiestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes : ut qui peténtibus postuláta concedis / eósdem non déserens, ad praémia futura dispónas : Per Dóminum.

LECTIO.

1 Cor 1,3-9

Gratias ago Deo meo semper.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Grátia vobis et pax a Deo Patre nostro et Dómino Iesu Christo.

Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo et in omni sciéntia, sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in ulla donatióne, exspectántibus revelatióne Dómini nostri Iesu Christi; qui et confirmábit vos usque ad finem sine crímine in die Dómini nostri Iesu Christi. Fidélis Deus, per quem vocáti estis in communióne Fílii eius Iesu Christi Dómini nostri.

RESPONSORIUM.

Ps 47,10-11.9a.c.3a

Suscépiimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Dómine, ita et laus tua in fines terræ.

V/. Sicut audívimus, ita et vídimus in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

ALLELUIA.

Ps 88,6

Allelúia. V/. Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 19,29-30.35-40

*Benedictus qui venit rex in Nomine Domini**

**fr Lécio sancti Evangélii secúndum Lucam.*

IN illo témpore: Factum est cum appropinquásset Iesus ad Béthfage et Bethániam, ad Montem qui vocátur Olivéti, misit duos discípulos dicens: “Ite in castéllum quod contra est, in quod introeúntes inveniétis pullum ásinæ alligátum, cui nemo umquam hóminum sedit, sólvite illum et addúcite”.

Et duxérunt illum ad Iesum; et iactántes vestiménta sua supra pullum, imposuérunt Iesum. Eúnte autem illo, substernébant vestiménta sua in via. Et cum appropinquáret iam ad descénsus Montis Olivéti, cœpérunt omnes turbæ discéntium gaudéntes laudáre Deum voce magna super ómnibus quas víderant virtútibus, dicéntes: “Benedíctus qui venit rex in Nómine Dómini: Pax in caelo et glória in excélsis”.

Et quidam Pharisæórum de turbis dixerunt ad illum: “Magíster, increpa discípulos tuos”.

Et respóndens dixit: “Dico vobis: Si hi tacúerint, lápides clamábunt”.

SUPER OBLATA.

ODórem, Dómine, sacrificii huius cum gratiárum actiónibus súscipe suavítatis : et praesta ut, quod imméritis contulísti / ad nóminis tui glóriam referámus : Per Christum.

COMMUNIO.

Ps 9,2b-3

Narrábo ómnia mirabília tua: lætábor et exsultábo in te: psallam nómini tuo, Altíssime.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui néminem in te sperántem nímiùm afflígi permíttis / pro votis suscéptis gratias ágimus : te

piíssime deprecantes / ut per hæc quæ súmpsimus, in tuo servítio et amore crescámus : Per Dóminum.

Alias lectiones quaere p. 216*.

9. PRO VOCATIONIBUS

Dici potest Missa B de Monachis, p. 797, cum Orationibus ut infra, et lectionibus de lectionario Monachorum p. 135*.

Dici etiam potest Missa I, p. 871.

Alias lectiones quaere p. 218*

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui pastóres pópulo tuo providére voluísti /
effúnde in Ecclésia tua spíritum pietátis et
fortitúdinis : qui dignos altáribus tuis éxcitet
minístros / et Evangélii tui strénuos ac mites assertores
effíciat : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

S Alútis nostræ memoriále celebrántes : cleméntiam
tuam, Dómine, humíliter exoramus / ut omnes a
tua pietáte vocáti quam vocem prompte intéllegunt,
alacriter sequántur : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

D Eus, bonárum inspirátor voluntatum / fámulos tuos
his sacramentis confírma : ut cáritas tua ex ipsis
famíliam unítam effíciat / quæ, Christi amóris
reddens imáginem, multos ad illíus attrahat sequélam :
Per Dóminum.

10. PRO PAPA

Dici potest Missa de Cathedra S. Petri, p. 526, vel de SS. Petro et Paulo, p. 590.

Orationes de eisdem Missis, vel n. 15, infra.

Dici etiam potest Missa 1, p. 871, vel 11, ut infra.

11. PRO PASTORIBUS ECCLESIAE

Dicitur una Missa e Communi Pastorum, p. 815, cum Orationibus n. 15 vel n. 16, infra. Dici etiam potest Missa 1, p. 871.

12. PRO ELIGENDO PRAELATO

Dicitur Missa de Spiritu Sancto, p. 852.

Pro Priore eligendo dici potest Collecta sequens:

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui pastor ætérnus, gregem tuum assídua custódia gubernas / eum imménsa tua pietáte concédas dómui nostrae pastórem : qui tibi sanctitáte placeat / et vígili nobis sollicitúdine prosit : Per Dóminum.

13. PRO CHRISTIANIS PERSECUTIONE VEXATIS

Dici potest una Missa de Communi Martyrum, p. 759, cum Orationibus ut infra.

Dici etiam potest Missa 4, p. 879.

COLLECTA.

Orémus.

,Eus, qui inscrutábili providéntia passiónibus Fílii tui vis Ecclésiam sociári : praesta fídelibus tuis, in tribulatióne versántibus, spíritum paciéntiæ et caritátis / ut promissionum tuárum testes inveniantur veráces : Per

Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, quaesumus, Dómine, humilitátis nostræ preces
et hostias, et præsta : ut, qui propter nomen tuum
persecutiónes patiuntur / gáudeant se Christi sacrificio
sociári : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Per huius sacraménti virtútem fidéles tuos, Dómine, in
veritate confírma : ut in tribulatióne positi / crucem
post Fílium tuum baiuláre et christiáno nómine váleant
gloriári : Per Dóminum.

* * *

Pro intentionibus quae sequuntur, adhibentur Orationes
propriae, cum Missa congrua e nn. 1-13, supra. Eaedem
Orationes adhiberi possunt in Missa feriali.

14. PRO ECCLESIA

COLLECTA.

Orémus.

/^ Oncéde, quaesumus, omnípotens Déus / ut Ecclésia
V_> tua semper ea plebs sancta permáneat : quæ tuæ
sanctitátis et unitátis sacraméntum mundo maniféstet /
et ipsum ad perfectiόνem tuæ condúcat caritátis : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Offeréntes hæc múnera, quaesumus, Dómine : ut
Ecclésia, de látere Christi in cruce dormiéntis exorta
/ ex huius participatióne mystérii suo digne vívat
auctóri : Per Christum.

Pro Ecclesia

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

F Ac, quaesumus, Domine / ut sacramento unitatis
quod sumpsimus, Ecclesia tua signum inter nationes
elevatum clarius appareat : et mundus, tuo Spiritu
illustratus / in Christum credat, quem misisti : Per
Dominum.

15. PRO PAPA, EPISCOPO, VEL SUPERIORE

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, omnium fidelium Pastor et rector / famulum
tuum N., quem pastorem *Ecclesiae tuae* (pro Papa)
vel *Ecclesiae nostrae* (pro Episcopo) vel *Ordinis nostri*
(pro Reverendo Patre) vel *familiae nostrae* (pro Priore)
praesesse voluisti, propitius respice : da ei, quaesumus,
verbo et exemplo quibus praest proficere / ut ad vitam,
una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam : Per
Dominum.

SUPER OBLATA.

D Eus, qui populis tuis indulgentia consulis, et amore
dominaris / respice munera nostra : et da spiritum
sapientiae, quibus dedisti regimen disciplinae / ut ad
fontem aquarum viventium oves suas perducere valeant:
Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

I Nfunde, Domine, huius virtute mysterii super
pastorem et gregem rorem Spiritus tui : ut in
veritate tibi complacent / et in sanctitate proficere
valeant : Per Dominum.

16. PRO SACERDOTIBUS ET MINISTRIS

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum / grátia Spíritus Sancti illúmina servos tuos : ut tuæ maiestáti digne ministráre valeant / teque perfécta caritáte laudáre mereántur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

D Eus, cuius Spíritu totum corpus Ecclésiæ sanctificátur et regitur / súscipe, quaésumus, nostræ múnera servitútis : et praesta ómnibus tuo cúltoi consecrátis in actióne sollertiam / et in oratione constántiam : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

P Anis cælestis partícipes et novi testaménti cálice congaudéntes : fac nos, Pater, cum ómnibus minístris Ecclésiæ, tibi fidéliter servíre / et in salútem hóminum vitam devote consúmere : Per Dóminum.

17. PRO RELIGIOSIS

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui omne bonum propósitum inspíras ac pérficis : fac fámulos tuos, solum Christum sequentes / in humilitátis et paupertátis spíritu, tibi et frátribus suis alácrité deservíre : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

O Blatiónes famulórum tuórum, Dómine, in sacraméntum redemptionis convérte : et quos ad Fílium tuum préssius imitándum vocasti / Sancti Spíritus reple

munéribus : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

DEus, qui filios tuos ad regnum cælórum in hoc sæculo perquiréndum per caritátis perfectæ prosecutionem vocásti : concéde ut sacraménto pietátis roborati / in dilectiónis via spírítu gaudéntes progrediantur : Per Dóminum.

18. IN DIE PROFESSIONIS RELIGIOSAE

Istae Orationes adhiberi possunt loco Orationum propriarum Missae, dummodo non sit dies liturgicus pertinens ad numeros 1 vel 2 tabellae praecedentiae (Stat. 5. 41.1).

Insuper in Prece Eucharistia mentio fieri potest Professionis perpetuae.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui in hoc fámulo tuo N. baptísmatis grátiam tanta voluísti frondére virtute / ut Fílii tui vestígia préssius séqui conténderet : concéde, ut ipse evangélicam perfectiónem iúgiter sectando / tuæ maiestáti débitum cultum retribuât ac sancto Christi regnum dilatet amóre : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

DEscéndat super hæc múnera, quaésumus, Pater, Spírítus Sanctus : qui in Vírginem Mariám supervenit / et fratrem nostrum N. ad Dei Ecclesiaéque servítium hódie consecrávit : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

LÆtíficet nos, Dómine, confirmáti propósi hodiérna sollémnitas ac divíni sacraménti veneranda per-

céptio : et praesta, ut nostræ professiōni fidéles / tam patrénæ bonitáti semper gratí maneámus : Per Dóminum.

19. IN DIE DONATIONIS PERPETUAE

Haec Collecta adhiberi potest loco Collectae propriae Missae, dummodo non sit dies liturgicus pertinens ad numeros 1 vel 2 tabellae praecedentiae (Stat. 5.41.1).

COLLECTA.

Orémus.

Onfórta, quaésumus, Dómine, in sancto propósito hunc fámulum tuum / qui hódie, in servítio com-munitátis, propter tui amórem, tibi se totum cónsecrat : ut ad mensúram plenitúdinis Christi contendens / in Ecclésia tua vitam maniféstet novam et aetérnam : Per Dóminum.

20. IN PRIMA DIE CAPITULI GENERALIS In

Missa de Spiritu Sancto Collecta haec dici potest:

COLLECTA.

Orémus.

A Dsumus, Dómine, Sancte Spíritus, in nómine tuo 2\ speciáliter congregati / dignáre illábi cordibus nostris : doce nos quid agámus, quid efficiámus operare / iunge nos tibi efficáciter solíus tuæ grátiae dono : ut simus in te unum / qui solus cum Deo Patre et eius Fílio nomen póssides gloriósum : Per Dóminum.

21. IN VISITATIONE CANONICA In Missa

de Spiritu Sancto Collecta haec dici potest:

COLLECTA.

Orémus.

EMitte super nos et hos fratres nostros, Dómine,
spíritum pietátis et consílii: ut nostrum servítium tibi
placeat / et dilectiónem pacémque Christi in cordibus
áugeat : Qui tecum vivit.

22. PRO PERSEVERANTIA IN ORDINE

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui nos post sanctum Brunónem ad
serviéndum tibi in solitudine vocásti : eius nobis
interces-siône perseverántiæ donum concéde / ut per
huius mundi varietátes tibi iugiter vacémus : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

OFier entes tibi hóstiam laudis, quaesumus, Dómine :
ut nos in sancto propósito Spíritus ille confírmet /
cui beátus pater Bruno munus gratúm se devóvit : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

His sacraméntis, Dómine, et fratérna compáge caritá*
tis coniuncti / sóbrii, símplices, unánimes et quiétí,
in propósito nostro ita pérseverémus : ut nostra vita
concórdet cum nomine / et proféssio sentiatur in ópere :
Per Dóminum.

23. PRO LAICIS

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui Evangélii virtútem véluti ferméntum in
mundum misísti / concéde fidélibus tuis qui in
médio saeculi vivunt : ut spírítu christiáno fervéntes /
per

temporalia quæ gerunt mûnera regnum tuum ubique instaurant : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

DEus, qui Fílii tui sacrificio cunctum voluisti mûndum salvare : per huius oblationis virtutem concede / ut láici omnes ad apostolatûm vocati, mundum spírítu ímbuant Christi : Qui vivit.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

QUæsumus, Dómine, ut eucharistici convívii fortitudinè roborati : fideles tui in mundo vitam agentes / strénui sint evangélicæ testes veritatis : Per Dóminum.

24. PRO PROFUGIS, EXSULIBUS, ITER AGENTIBUS

COLLECTA. (PRO PROFUGIS ET EXSULIBUS) Orémus.

Domine, cui nullus est aliénus, nemo a misericórdia longínquus / tuos filios in discrimine constitutos propítius intuere : ut inter omnes viæ et vitæ huius varietates / tuo semper proteguntur auxílio : Per Dóminum.

COLLECTA. (PRO ITER AGENTIBUS) Orémus.

Domine, cui nullus est aliénus, nemo a misericórdia longínquus / viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispóne : ut inter omnes viæ et vitæ huius varietates / tuo semper proteguntur auxílio : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Domine, qui tuum voluisti Fílium pónere ánimam suam / ut in unum tuos dispérsos filios congregáret : praesta, ut hæc pacífica oblátio communióem ob-

tíneat animorum / et caritátem fraternitatis adáugeat :
Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Domine, qui nos uno pane et uno cálice refecísti : da
filiis tuis humanitátem in ádvenas et derelíctos
sincéro corde sectari / ut omnes in terra vivéntium
congregári déniqué mereámur : Per Dóminum.

25. PRO MUNDI SANCTIFICATIONE

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui per Ecclésiam tuam Christi salutíferum
opus usque in fines sæculórum perseveráre voluísti :
praesta, ut filii tui ad omnem creatúram tibi consecran-
dam / urgéntius vocari se séntiant : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Deus, qui ex látere Unigéniti sánguinem et aquam
manáre fecísti ad humánæ regeneratiónis significánda
mystéria / per huius oblatiόνis virtutem concéde : ut
fámuli tui et mundum spírítu ímbuant Christi / et eius
sint sanctificationis ferméntum : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Virtúte huius sacraménti, quaésumus, Dómine,
sanctificatiónis gratiam rénova : ut omnes
sincéram caritátem cum ómnibus exercétes /
creatióni divínæ sanctificándæ sóciam óperam
præstáre mereántur : Per Dóminum.

26. PRO PATRIA ET
SUPREMO EIUS MODERATORE

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, ædificátor et custos
Ierusalem civitátis supérnæ / custódi pátriam
nostram cum habitatoribus suis : ut sapiéntia
moderatórum et honestáte cívium / sit in ea domicílium
incolumitatis et pacis : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

D Eus, in cuius manu sunt hóminum corda et iura
populorum / súscipe munera nostra : et fac ut mode-
ratóres civésque pátriæ nostræ / ad líberam órdis
tranquillitátem et ómnium commúnem salutem
inténdant : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

S Aeramento unitátis et pacis refécti, quaesumus,
Dómine : ut pátriæ nostræ adsit et in securitáte
cautéla / et inter ásperá fortitúdo : Per Dóminum.

27. PRO FAME LABORANTIBUS ET
PRO POPULORUM PROGRESSIONE

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, cui patérnam curam omnium geris : concéde
propítius ut hómines quibus unam oríginem
dedísti / et unam in pace famíliam constítuant, et
desidério iustae progressiónis impellántur : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Tibi, Dómine, de granis fruménti deférimus panem in
tui Corpus Fílií' transmutándum : a tua benignitáte
supplíciter exorántes / ut egéntibus sint tuæ largitió-nis
primitiæ salutáris : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, Pater omnípotens, súpplíces te rogámus : ut
panis vivus qui de caelo descendit / ad fratres
ínopes nos róborét sublevándos : Per Dóminum.

28. PRO CAPTIVIS ET CARCERE DETENTIS

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui iustum agnóscis et ímpium iustificáre
vales / exáudi preces nostras pro fámulis
captivitate deténtis : ut per patiéntiam et spem in
afflictióné suble-ventur / et cítius váleant ad propria
revérti : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Per humánæ redemptiónis salutáre sacraméntum
quod tibi, Dómine, offerimus, praesta : ut fámuli
tui a captivitate solvántur / et ánimæ perpétua gáudeant
libertáte : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

NOstræ libertátis prétium recolentes / tuam, Dómine,
pro frátribus nostris imploramus cleméntiam : ut a
vínculis solvantur / et servi fiant iustítiæ tuæ : Per
Dóminum.

29. PRO QUIBUSDAM NECESSITATIBUS PARTICULARIBUS

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui nos et castigándo sanas et ignoscéndo consérvas / præsta supplicibus tuis : optáta (1) consolatióne lætémur / et pietátis tuæ donis ad glóriam nóminis tui salutémque nostram sémper utámur : Per Dóminum.

(1) Quaelibet intentio inseri potest a Priore determinanda: ex. gr., pro pluviis petendis: ...ut optáta plúvia nobis congruente lætémur / ...

SUPER OBLATA.

D Eus, in quo vívimus, movémur et sumus / pópuli tui temporália dona in sacraméntum æternitátis convérte : et præsta ut, præsentibus subsidiis sufficiénte adiúti / sempitérna fiduciálius appetámus : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

D Eus, cuius nutu univérsa oboédiunt eleménta : propitiáre supplicibus ut ómnibus perículis pénitus amotis / hoc pane vitæ roboráti, tibi serviamus gratánte : Per Dóminum.

30. PRO FAMILIARIBUS ET AMICIS

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui singulári nos animórum communióne cum fámulis tuis N. et N. coniunxísti : auge, quaésumus, et purífica caritátem nostram / ut mútua sanctificatione lætémur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Dirige, Dómine, fámulos tuos, pro quibus hoc laudis sacrificium tuæ offérimus maiestáti, in viam salutis ætérnæ : ut, te donánte, tibi plácita cupiant / et tota virtute perficiant : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sumptis divínis mystériis, quaesumus, Dómine : ut cum fámulis tuis, quibus dedísti in nos caritátem, tibi unánimes serviéntes / vultum tuum gaudéntes contempláři' mereámur : Per Dóminum.

31. PRO AFFLIGÉNTIBUS NOS

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui caritátis tuæ præcépto voluísti / ut nos affligéntibus amórem impendámus sincérum : da nobis, ita novæ legis sequi mandata / ut bona pro malis réddere, et álii aliórum ónera portáre studeámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Pro his qui nobis adversántur offérimus, tibi, Dómine, hoc sacrificium pacis / mortem commemorántes Unigéniti tui per quam, cum inimíci essémus, tibi reconciliáti sumus : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Per hæc caritátis mystéria, da nos, Deus, pacem cum ómnibus habére cupientes / eos qui nos affligunt tibi gratos effícere nobísque placátos : Per Dóminum.

PRO PROCESSIONE SS. SACRAMENTI IN
FESTO CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI

Missa conventualis absolvitur cum Amen ad Orationem Post Communionem, quae finitur conclusione brevi. Celebrans, casula indutus, custodiam in ostensorium collocat et inclinatur profunde; deinde, velo umerali albo a sacrista sibi imposito, utraque manu cooperta, reverenter Sacramentum ante faciem tenens, vertit se ad chorum. Tunc turiferarii Sanctissimum Sacramentum triplici ductu turificant. Dein cantor inchoat Pange lingua, vel celebrans Te Deum.

Reversis omnibus in ecclesiam, celebrans ascendit ad altare et ostensorium super corporale collocat. Tunc inclinatur profunde, amotoque a sacrista velo umerali, ipso iuvante Sanctissimum Sacramentum exponit.

Facta iterum inclinatione, ad infimum altaris gradum descendit ibique Sacrum Corpus turificat triplici ductu facta ante et post profunda inclinatione. Quo facto vadit ad cornu altaris et dicit:

y. Cibávit eos ex ádipe fruménti /
IV. Et de petra, melle saturávit eos /

ORATIO.

Orémus /

Respíciens, Pater, Christum tuum, sacerdotem símul et hóstiam : da ut, eius sacerdotii partícipes effécti / oblatiónem spiritálem se tibi semper exhíbeant placéntem : Per Christum.

MISSAE DEFUNCTORUM

MISSÆ DEFUNCTORUM

MISSA A

INTROITUS.

Ps 73,20a. 19b.22a.23a

Respice, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et iúdice causam tuam, et ne obliviscáris voces quæréntium te.

Ps 73,1: Ut quid, Deus, repulísti in finem, irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ? Non dicitur Glória Patri. Réspice, Dómine.

Kýrie, eléison. Orationes require infra, p. 915 et sequentibus.

LECTIO.

Iob 19,1.20-21.23-27b

De carne mea videbo Deum.

Léctio libri Iob.

T) Espóndens Iob dixit:

JL V “Pelli meæ, consúptis cárnibus,
adhæsit os meum,
et evánuít cutis mea circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos, amíci mei,
quia manus Dómini tétigit me. Quis mihi tríbuat, ut scribántur sermónes mei? Quis mihi det, ut exaréntur in libro
stylo férreo et plúmbeo,
in ætérnum sculpántur in sílice?
Scio enim quod redémptor meus vivit,
et in novíssimo super púlvere stabit;

et post pellem meam hanc, quam abstraxérunt,
 et de carne mea vidébo Deum.
 Quem visúrus sum ego ipse,
 et óculi mei conspectúri sunt, et non aliénium.

RESPONSORIUM.

Ps 22,4

Si ambulávero in médio umbræ mortis non timébo
 mala, quóniam tu mecum es, Dómine.
 V/. Virga tua et báculo tuus, ipsa me consoláta sunt.

ALLELUIA.

Ps 121,1

Allelúia. V/, Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi:
 in domum Dómini íbimus. Allelúia.

In Quadragesima, emittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

EVANGELIUM.

Lc 2,22b.25-32

Nunc dimittis servum tuum, Domine, in pace.

*& **Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.**

T N illo témpore: Paréntes Iesu tulérunt illum in Ierosó-
 Jlymam ut sísterent Dómino.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Sýmeon,
 et homo iste iustus et timorátus, expéctans
 consolatiónem Israel, et Spíritus Sanctus erat super eum,
 et respónsum accéperat ab Spíritu Sancto non visúrum
 se mortem nisi prius vidéret Christum Dómini.

Et venit in Spíritu in templum. Et cum indúcerent
 púerum Iesum paréntes eius ut fácerent secúndum
 consuetúdinem Legis pro eo, et ipse accépit eum in
 ulnas suas et benedíxit Deum et dixit: “Nunc dimíttis
 servum tuum, Dómine,

secúndum verbum tuum in pace:
 quia vidérunt óculi mei salutáre tuum,
 quod parásti ante fáciem ómnium populórum,

lumen ad revelatióem géntium et
glóriam plebis tuæ Israel”.

COMMUNIO.

Io 11,25b-26a

Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum.

MISSA B

INTROITUS.

Requiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua
lúceat eis.

Ps 64,2-3: Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi
reddétur votum in Ierusalem: exáudi oratióem meam,
ad te omnis caro véniet. Non dicitur Glória Patri.
Réquiem ætérnam.

Kýrie, eléison. Orationes require infra, p. 915 et
sequentibus.

LECTIO.

I Io 3,14-16

Transivimus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

Léctio Epístolæ primæ beáti Ioannis apóstoli.

CAríssimi: Nos scimus quóniam transívimus de morte
in vitam, quóniam dilígimus fratres; qui non díligit
manet in morte.

Omnis qui odit fratrem suum homicída est, et scitis
quóniam omnis homicída non habet vitam ætérnam in se
manéntem.

In hoc nóvimus caritátem, quóniam Fílius Dei pro
nobis ánimam suam pósuit; et nos debémus pro frátribus
áni-

mas pónere.

RESPONSORIUM.

Cf. Ps 24,13

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua
lúceat eis.

V/. Ánimæ eórum in bonis demoréntur, et semen
eórum heréditet terram.

TRACTUS. (EXTRA TEMPUS PASCHALE) Ps 129,1-5 a

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi
vocem meam.

V/. Fiant aures tuæ intendéntes in oratióem servi tui.

V/. Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis
sustinébit?

V/. Quia apud te propitiátio est: et propter legem tuam
sustínui te, Dómine.

Tempore Paschali, omissio Tractu, dicitur eius loco:

ALLELUIA.

Ps 121,1

Allelúia, y. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi:
In domum Dómini íbimus. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 5,24-29

Qui verbum meum audit et credit, transiit a morte in vitam.

***fr Lécio sancti Evangélii secúndum Ioannem.**

IN illo témpore: Respóndit Iesus Iudæis: “Amen, amen
dico vobis: Qui verbum meum audit et credit Ei qui
misit me, habet vitam ætérnam, et in iudícium non venit,
sed tránsiit a morte in vitam.

Amen, amen dico vobis: Venit hora, et nunc est,
quando mórtui áudient vocem Fílii Dei et qui audierint
vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic
dedit et Fílio vitam habére in semetípso; et potestátem
dedit ei iudícium fácere, quia Fílius hóminis est.

Nolíte mirári hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monuméntis sunt, áudient vocem eius et procédent, qui bona fecérunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egérunt, in resurrectionem iudícii”.

COMMUNIO.

Lux æténa lúceat eis, Dómine, cum Sanctis tuis in æténum, quia pius es.

MISSA C

INTROITUS.

Mt 25,34b

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

VENíte, benedícti Patris mei, percípíte regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Glória Patri. Veníte, benedícti Patris mei.

Kýrie, eléison. Orationes require infra, p. 915 et sequentibus.

LECTIO.

Ap 14,13

Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

EGo Ioannes audivi vocem de cælo dicentem: “Scribe: Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur ámodo. Etiam, dicit Spíritus, ut requiéscent a labóribus suis: ópera enim illórum sequúntur illos”.

RESPONSORIUM.

Ps 121,1.7

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

y. Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

ALLELUIA.

Psl10,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

In Quadragesima, emittitur Allelúia, nec dicitur Tractus.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Psl10,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo.

ALLELUIA 2. (PER TOTUM TEMPUS PASCHALE) Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

EVANGELIUM.

Io 14,1-6

In domo Patris mei mansiones multae sunt.

<fr Léctio sancti Evangéllii secúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Non turbétur cor vestrum: créditis in Deum et in me créдите. In domo Patris mei mansiónes multæ sunt, si quo minus, dixíssem vobis quia vado paráre vobis locum? Et si abíero et præparávero vobis locum, íterum vénio et accípíam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado, scitis viam”.

Dicit ei Thomas: “Dómine, nescímus quo vadis; quómo do póssumus viam scire?”

Dicit ei Iesus: “Ego sum via et véritas et vita: nemo

venit ad Patrem nisi per me”.

COMMUNIO. (EXTRA TEMPUS PASCHALE) Ps 22,1-2

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuæ
ibi me collocávit: super aquam refectiόνis educávit me.

COMMUNIO. (TEMPORE PASCHALI) 1 Peti 2,9b

Pópulus acquisitionis annuntiáte virtútes eius, allelúia,
qui vos de ténebris vocávit in admirábile lumen suum,
allelúia.

ORATIONES DEFUNCTORUM

RUBRICA GENERALIS PRO ORATIONIBUS DEFUNCTORUM

Quamvis sequentes Orationes defunctorum
commoditatis causa proponantur, omnes textus cum aliis
commutari possunt, mutatis tamen genere, numero et
verbis quae minus apta evadant, pro cuiusvis
circumstantiae opportunitate.

In conventu tamen, Prioris est Orationes adhibendas
ordinare.

1. PRO ANNIVERSARIA

A

COLLECTA.

Orémus.

DEus indulgentiarum, Dómine : da animábus
famulórum tuórum, quorum anniversárium
depositionis diem commemorámus, refrigerií sedem /
quiétis beatitudinem / et lúminis claritátem : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Propitiare, Dómine, supplicatióibus nostris pro animábus famulórum tuórum, quorum hódie ánnuã dies ágitur : pro quibus tibi offérimus sacrificium laudis / ut eas Sanctórum tuórum consórtes sociare dignéris : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Præsta, Domine, quaésumus : ut ánimæ famulórum tuórum, quorum anniversárium depositiόνis diem commemorámus, his purgátæ sacrificiis / indulgéntiam páriter et réquiem cápiánt sempitérnam : Per Dóminum.

B

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens et miséricors Deus, cuius Fílius voluntárie pro nobis carnis súbiit mortem / concéde propítius fámulis tuis admirábili eius resurrectiόνis victóriæ sociári : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

OMnípotens et miséricors Deus, áblue, quaésumus, in Sáanguine Christi a peccátis suis famulos tuos : ut, quos mundásti aqua baptísmatis / indesinénter purífices indulgéntia pietátis : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sumpto sacraménto Unigéniti tui, qui pro nobis immolátus resurrexit in glória : te, Dómine, suppliciter exorámus pro fámulis tuis / ut, paschálibus mystériis mundáti, futurae resurrectiόνis múnere gloriéntur : Per Dóminum.

2. PRO TRICENARIIS (Nisi
habeatur Oratio propria)

A

COLLECTA.

Orémus.

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras /
quibus misericórdiam tuam súpplícés deprecámur :
ut ánimas famulórum tuórum quas de hoc saéculo
migráre iussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas / et
sanctórum tuórum iúbeas ésse consórtes : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

Absólve, Dómine, his sacrificiis, ánimas famulórum
tuórum ab omni vínculo delictorum / ut in
resurrectiόνis glória inter Sanctos tuos resuscitáti
respírent : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Annue nobis, Domine / ut ánimæ famulórum
tuórum pro quibus hoc sacrificium tuæ obtúlimus
maiestáti : remissionem quam semper optavérunt /
mereántur percíperé peccatórum : Per Dóminum.

B

COLLECTA.

Orémus.

Deus, Pater omnípotens, qui nos crucis mystério
confirmásti et Fílii tui resurrectiόνis sacraménto
signásti : concéde propítius fámulis tuis / ut in
gáudio Spíritus Sancti te possint perpétuo contemplári:
Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Pro famulorum tuorum salute hostias tibi, Domine, suppliciter offerimus tuam clementiam deprecantes : ut, qui Filium tuum pium Salvatorem esse non dubitaverunt / misericordem Iudicem inveniant : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Domine Deus, cuius Filius in sacramento Corporis sui viaticum nobis reliquit : concede propitius / ut per hoc fratres nostri ad ipsam Christi perveniant mensam aeternam : Per Dominum.

3. PRO BENEFACTORIBUS

COLLECTA.

Orémus.

Omnipotens sempiterna Deus, cui numquam sine spe misericordiae supplicatur / propitiare animabus famulorum tuorum : ut qui de hac vita in tui nominis confessione discesserunt / Sanctorum tuorum numero facias aggregari : Per Dominum.

SUPER OBLATA.

Propitiare, quaesumus, Domine, animabus famulorum tuorum / pro quibus hostias placationis offerimus : et quia in hac luce in fide manserunt catholica / in futura vita eis retributio condonetur aeterna : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Sumptis, Domine, redemptionis sacramentis, praesta, quaesumus : ut animas famulorum tuorum ab An-

gelis lucis susceptas / in præparata habitacula deduci
facias Beatórum : Per Dóminum.

B

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cui soli cómpetit vitam post mortem præstare
/ libera fámulos tuos ab omnibus peccátis : ut, qui
Christi tui resurrectiónem credidérunt / témpore
resurrectiónis gloriósi tibi iungántur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Sacrificium tibi, Dómine, pro fámulis tuis suppliciter
offérimus : ut, qui te iam dono tuæ illuminatiónis
agnoverunt / tibi adhærere perpétuo læténtur : Per
Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Prosit, quaesumus, Dómine, fámulis tuis sacrificium
Ecclésiæ tuæ : ut, cum Sanctis, Christi consórtium
invéniant / cuius misericórdiæ consecúti síint
sacraméntum : Per Dóminum.

4. PRO PAPA

COLLECTA.

Orémus.

DEus, immortalis pastor animárum, respice pópulum
supplicántem et præsta : ut fámulus tuus Papa
noster N., qui Ecclésiæ tuæ in caritate præfuit /
fidélis dispensatóris remuneratiónem cum grege sibi
crédito misericórditer consequátur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

MUnera tua, Dómine, oblata sanctífica : ut Papa
noster N., qui tuæ caritátis et pacis fuit
instruméntum / eárum fructu perpétuo lætári' mereátur
: Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

AD mensam ætérni accedéntes convívii,
misericórdiam tuam, Dómine, pro fámulo tuo
Papa nostro N. suppliciter imploramus / ut veritátis
possessióne tandem congáudeat, in qua pópulum tuum
fidélitér confirmávit : Per Dóminum.

5. PRO EPISCOPO VEL SACERDOTE

COLLECTA.

Orémus.

PRæsta, quaésumus, omnípotens Déus / ut fámulus
tuus epíscopus (vel sacérdos), qui pro Christi amóre
ministérium fidéle depéndit : in advéntu glóriæ tuæ
lætétur / et cum frátribus suis de regni tui beatitúdine
gáudeat sempitérna : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

NOstris, Dómine, propitiare munéribus : ut fámulus
tuus N. assumátur in glóriam cum Fílio tuo / cuius
magno pietátis iúngimur sacraméto : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

SUmptis salutáribus sacraméntis imploramus, Deus,
cleméntiam tuam : ut fámulum tuum N. epíscopum
(vel sacerdotem) quem fecisti mysteriórum tuórum
dispensatórem in terris / eórum fácias in caelis apérta
veritate nutriri : Per Dóminum.

6. PRO LAICO, SIVE VIRO, SIVE MULIERE

COLLECTA.

Orémus.

Scrutátor córdium, Deus, et piíssime consolátor, qui sapiéntia tua posuísti præsentis vitæ términum / quo æternitátis reséráres áditum : præsta, ut quem (vel quam) éadem fides in hac vita nobíscum sociavit / in æténa tuæ caritátis plenitúdo coniúngat : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

OMnípotens sempitérne Deus, cuius Fílius panem vitæ nobis præbuit semetípsum / et sánguinem suum in póculum salutis effúdit : miserére fámuli tui (vel fámulæ tuæ) N. / ut quod tibi offérimus, sit illi cáusa salútis : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Mensæ cæléstis alimónia refécti, te, Dómine, supplicítér exorámus : ut huius virtúte sacrificii, fámulus tuus (vel fámula tua) N. ante conspéctum tuum semper exsultans / de visióne tua iúgiter pérfruí' mereátur : Per Dóminum.

7. PRO MONACHO VEL MONIALI

COLLECTA.

Orémus.

ORiátur, quaésumus, Dómine, super fratrem nostrum (vel sorórem nostram) dies síne occásu : ut qui (vel quæ) in abscóndito faciéi tuæ fidéliter tibi adhaesit / nunc reveláta fácie te incessanter conspíciat : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Propitiare, Dómine, fratri nostro (vel soróri nostræ) pro cuius salúte hoc tibi sacrificium offérimus : ut qui (vel quæ) Christo vitam suam devovit / cum fidélibus servis exurgat in glóriam : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Recreáti sacri múnere alimónia, quaesumus, Dómine : ut frater noster (vel soror nostra) N. mortis vínculis absolutus (vel absoluta) / resurrectiόνis Fílii tui participatione lætétur : Per Dóminum.

8. PRO FRATRIBUS NOSTRAE CONGREGATIONIS

COLLECTA.

Orémus.

Deus, vénia largitor, et humánæ salútis áuctor / quaesumus clementiam tuam : ut nostræ societátis Fratres et Soróres qui ex hoc saéculo transierunt / beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Deus, cuius misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius oblatiões nostras : et animábus fratrum nostrórum et sorórum quibus tui nóminis dedísti confessionem / dona et resurrectiόνis lætítiam : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Præsta, miséricors Deus / ut ánimæ famulórum tuórum pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtúlimus maiestáti : per huius virtútem sacraménti a peccátis

ómnibus expiãtæ / lucis perpétuæ te miserãnte recípiant
beatitúdinem : Per Dóminum.

9. PRO HIS QUI IN COEMETERIO NOSTRO REQUIESCUNT

COLLECTA.

Orémus.

DEus, cuius miseratióne ánimæ fidélium requiescunt /
fámulis tuis ómnibus hic et ubíque in Christo
quiescéntibus da propítius véniam peccatórum : ut a
cunctis reátibus absoluti / tecum sine fíne læténtur : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

PRO animábus hic et ubíque in Christo dormiéntium
hóstiam, Dómine, súscipe benígnus oblátam / ut
hoc sacrificio vínculis mortis exútæ vitam mereantur
ætérrnam : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

MEménto, Dómine, famulórum tuórum quorum
córpora híc custodímus : ut semen immortalitátis
quod per hunc Cibum receperunt / in fructum ætérrnæ
glóriæ flóreat : Per Dóminum.

10. PRO PATRE ET MATRE

COLLECTA.

Orémus.

DEus qui nos patrem et matrem honoráre
præcepísti / miserére cleménter animábus patris et
matris meæ : eorúmque peccáta dimítte / meque cum
illis in ætérrna claritáte gaudio constítue : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Suscipe, quaesumus, Domine, sacrificium quod tibi pro animabus patris et matris meae offero : eisque gaudium sempiternum in regione vivorum concede / meque cum illis felicitati Sanctorum coniunge : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Ælestis participatio, Domine, sacramenti animabus patris et matris meae requiem et lucem obtine perpetuam / meque cum illis gratia tua coronet æterna : Per Dominum.

11. PRO CUNCTIS FIDELIBUS DEFUNCTIS

COLLECTA.

Orémus.

T7 Idelium, Deus, omnium conditor et redemptor / :L animabus famulorum tuorum, remissionem cunctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt / piis supplicationibus consequantur : Qui vivis et regnas.

SUPER OBLATA.

Hostias, quaesumus, Domine, quas tibi pro animabus famulorum tuorum offerimus, propitiatus intende : ut quibus fidei christianae meritum contulisti / dones et praemium : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

A Nimabus, quaesumus, Domine, famulorum tuorum 2\oratio proficiat supplicantium : ut eas et a peccatis exuas / et tuae redemptionis facias esse participes : Qui vivis et regnas.

12. PRO VIVIS ET DEFUNCTIS

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum : omniúmque miseréris quos tuos fide et ópere futúros esse prænoscis / te suppliciter exorámus : ut pro quibus effúndere preces decrevimus / pietátis tuæ cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

DEus cui soli cógnitus est númerus electórum in supérna felicitáte locándus / tríbue, quaésumus, per hęc sancta mystéria : ut fidélium nómina quos in oratióne commendátos suscepimus / liber vitæ ascripta retíneat : Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

PUríficet nos, quaésumus, Dómine, sacraménta quæ sumpsimus / et praesta ut hęc sancta mystérii participátio sit fortitudo fragílium : sit contra mundi perícula firmamentum / sit vivórum atque mortuórum remíssio ómnium peccatórum : Per Dóminum.

LAUS DEO VIRGINIQUE MATRI

APPENDICES

NONNULLA FESTA PARTICULARIA

ET QUAEDAM BENEDICTIONES

Die 15 ianuarii

S. IOANNES DE RIVERA, PASTOR

Memoria, in Domo Portae Caeli

Missa A de Pastoribus, p. 815.

COLLECTA.

Orémus.

D Eus, qui beátum Ioannem, confessórem atque pontíficem, pastoráli sollicitú-dine et divíni sacraménti Córporis et Sánguini tui dilectióne admirábilém effecí-sti : quaesumus / ut eius intercessióne, redemptiónis tuae fructus nos iú-giter fácias ésse partícipes : Qui vivis.

SUPER OBLATA.

I Llo nos igne, Dómine, altári tuo interveniéntes accendantur / quo beátus Ioannes, conféssor tuus et pón-tifex, hæc peragéndo æstuábat : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

S Umpto, Dómine, salutari mystério : quaesumus / ut exémplo beáti Ioannis, confessoris tui atque pontíficis, in perpétua tantae dignatiónis recordatióne maneámus : Per Dóminum.

Die 5 aprilis

Feria II post dominicam in Albis, pro Domo Portæ Caeli

S. VINCENTIUS FERRERI, PASTOR

12 lectionum, in Domo Portæ Cæli.

INTROITUS.

S Alus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos:

et ero illorum Dóminus in perpétuum.

Ps 77,1: Atténdite, pópule meus, legem meam:
inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Glória Patri.

Salus pópuli ego sum.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis, extra Quadragesimam.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui infidélium multitudinem, mira beáti Vincentii confessóris tui prædicatióne, ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti / præsta, quaésumus : ut quem ventúrum iúdicem nunciávit in terris / remuneratórem habére mereámur in cælis, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

LECTIO.

!Petr5,1-4

Pascite gregem Dei.

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli.

Aríssimi: Senióres qui in vobis sunt óbsecro, con-sénior et testis Christi passiónum, qui et eius quæ in futúro revelánda est glóriæ communicátor: páscite qui est in vobis gregem Dei, providéntes non coácto sed spontáneè secúndum Deum, neque turpis lucri grátia sed voluntárie, neque ut dominántes in cleris sed formæ facti gregis; et cum apparúerit Princeps pastórum percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam.

In Quadragesima:

RESPONSORIUM.

Ps 44,8ab

Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem.

y. Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ.

TRACTUS.

Ps 111,1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

y. Potens in terra erit semen eius: generátió rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítiæ in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Tempore Paschali:

ALLELUIA 1.

Ps 104,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

ALLELUIA 2.

1 Cor 5,8a.d

Allelúia. T. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Me 6,30-37a

Erant sicut oves non habentes pastorem.

**fr* Lécio sancti Evangélii secúndum Marcum.

IN illo témpore: Conveniéntes apóstoli ad Iesum renuntiavérunt illi ómnia quæ égerant et docúerant.

Et ait illis: “Veníte vos ipsi seórsum in desértum locum, et requiéscite pusillum”. Erant enim qui veniébant et redíbant multí, et nec manducáandi spátium habébant.

Et abiérunt in navi in desértum locum seórsum. Et vidérunt eos abeúntes et cognovérunt multi, et pedestre de ómnibus civitátibus concurrérunt illuc et prævenérunt eos.

Et éxiens vidit multam turbam, et misértus est super eos quia erant sicut oves non habéntes pastórem, et coepit docére illos multa.

Et cum iam hora multa facta esset, accessérunt discípuli eius dicéntes: “Desértus est locus hic, et hora iam

est multa; dimítte illos, ut eúntes in villas et vicos in circúitu emant sibi quod mandúcent”.

Respóndens autem ait illis: “Date illis vos manducáre”.

SUPER OBLATA.

Accépta sit tibi, quaésumus, Dómine, humilitátis nostræ oblatio / et sancti Vincéntii patrocínio, sempitérnam nobis salutem concíliet : Per Christum.

COMMUNIO.

Mt 28,18b-19

In Quadragesima amittuntur Allelúia.

Data est mihi omnis potéstas in caelo et in terra, allelúia; eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, allelúia, allelúia.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Sumptis, Dómine, sacris mystériis, quaésumus : ut intercedénte beáto Vincéntio confessóri tuo / et pura tibi mente serviámus, et ad vitam perveniamus aetérnam : Per Dóminum.

Die 27 aprilis

S. ZITA, VIRGO

Memoria, in Domo Lucae

INTROITUS.

Ps 104,3b-4

Lætétur cor quæréntium Dóminum: quaérite Dóminum, et confirmámini: quaérite fáciem eius semper. Ps 104,1: Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius. Glória Pátri. Lætétur cor quæréntium.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátam Zitam vírginem ex húmili ancíllæ statu ad regnum ætérnùm transtulísti : eius nobis intercessióne concede / ut tibi fidéliter serviétes in terris sublimári cum ipsa mereámur in caelis : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 6,5-9

Oboedite sicut Domino et non hominibus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

Servi, obædíte dómínis carnálibus cum timóre et tremóre, in simplicitáte cordis vestri sicut Christo, non ad óculum serviétes quasi homínibus placétes, sed ut servi Christi faciétes voluntátem Dei ex ánimo, cum bona voluntáte serviétes, sicut Dómino et non homínibus, sciétes quóniam unusquísque si quid fécerit bonum, hoc percípiet a Dómino, sive servus sive liber.

Et dómíni, éadem fácite illis, remittétes minas, sciétes quia et illórum et vester Dóminus est in caelis, et personárum accéptio non est apud eum.

ALLELUIA 1.

Ps 121,1

Allelúia. T. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus.

ALLELUIA 2.

Ps 44,5bc

Allelúia. T. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirábiliter délixtera tua. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 10,38-42

Unum est necessarium.

& Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Intrávit Iesus in quoddam castéllum, et múlter quædam Martha nómine excépit illum. Et

huic erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini audiébat verbum álius.

Martha autem satagébat circa frequens ministérium; quæ stetit et ait: “Dómine, non est tibi curæ quod soror mea relíquit me solam ministráre? Dic ergo illi ut me ádiuuet”.

Et respóndens dixit illi Dóminus: “Martha, Martha, sollícita es et turbáris erga plúrima, porro unum est necessárium: María enim óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea”.

SUPER OBLATA.

Sacrificia tua, Dómine, nos ad tuæ Maiestátis
Sculum et salúbri timóre disponant / et sancto
amore perdúcant : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Mt 25,4.6

Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis
suis cum lampádibus; média autem nocte clamor factus
est: Ecce sponsus venit, exíte óbviám Christo Dómino.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Cibo cælésti refécti, quaésumus, Dómine, ut exémplo
beátæ ancillæ tuæ Zitæ, panem Verbi tui
quaerámus / a quo mentes lumen accípiunt et corda
quiétem : Per Dóminum.

Die 16 maii

S. GEMMA GALGANI, VIRGO

3 lectionum, in Domo Lucae

INTROITUS.

Cf. Gai 6,14a

NOs autem gloriári opórtet in cruce Dómini nostri
Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurréctio

nostra: per quem salváti et liberáti sumus. (T. P. Allelúia, allelúia.)

Ps 66,2: Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Glória Patri.

Nos autem gloriári.

Kýrie, eléison.

COLLECTA.

Orémus.

DEus, qui beátam Gemmam, vírginem, Fílii tui pa-tiéntis imáginem effecísti : da nobis, ipsa intercedénte, ut, communicántes Christi passionibus / eius quoque glóriæ partícipes fieri mereámur : Qui tecum vivit.

LECTIO.

Heb 12,1-6

Tamquam filios vos tractat Deus.

Léctio Epístolæ ad Hebraeos.

FRatres: Nos, tantam habéntes circumpósitam nobis nubem téstium, deponétes omne pondus et circúmstans nos peccátum, per paciéntiam currámus propósitum nobis certámen, aspiciétes in auctórem fidei et consummatórem Iesum, qui pro gáudio sibi propósito sustínuit crucem, confusióne contémpta, atque in délixtera throni Dei sedet.

Recogítate enim eum qui talem sustínuit a peccatóribus advérsus semetípsum contradictiόνem, ut ne fatigémini ánimis vestris deficientes. Nondum usque ad sánguinem restitístis advérsus peccátum repugnántes, et oblíti estis exhortatiónis, quæ vobis tamquam fíliis lóquitur: “Fili mi, noli negligere disciplínam Dómini, neque defícias dum ab eo argúeris; quem enim díligit Dóminus castígat, flagéllat autem omnem fílium quem récipit”.

RESPONSORIUM.

Ps 45,6b.6a.5

Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius, non commovébitur.

y. Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

ALLELUIA.

Ps 17,2b-3a

Allelúia, y. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 17,2b-3a

Allelúia, y. Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 44,5bc

Allelúia, y. Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirabíliter délixtera tua. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia, y. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 11,25-30

Abscondisti haec a sapientibus et revelasti ea parvulis.

<fc Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

IN illo témpore respóndens Iesus dixit: “Confíteor tibi, Pater, Dómine caeli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus et revelásti ea párvulis. Ita, Pater, quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trá dita sunt a Patre meo; et nemo novit Fílium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Fílius et cui volúerit Fílius reveláre.

Veníte ad me omnes qui laborátis et oneráti estis, et

ego reficiam vos. Tóllite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et húmilis corde, et inveniétis réquiem animábus vestris; iugum enim meum suave et onus meum leve est”.

SUPER OBLATA.

IMmaculátam hóstiam, quam tibi, Dómine, in honórem beátæ Gemmæ vírginis immolamus / fac nos puris méntibus tractáre, et iugi veneratíone prósequi : Per Christum.

COMMUNIO.

Cf. Mt 13,45-46

Símile est Regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas; invénta una pretiósá margaríta, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

TRíbue nobis, Dómine, cælésti dape nutrítis, ut, beátæ Gemmæ vestígia sectantes / mundo mórtui, Chrísto vivámus : Qui tecum vivit.

Die 24 maii

DEFENSIO B. V. MARIAE

Sollemnitas, in Domo Defensionis

INTROITUS.

Ps 44,13b.15b-16a

TCultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis:
V adducéntur Regi vírgines: post eam próximæ eius adducéntur tibi, in lætítia et exsultatíone. (T. P. Allelúia, allelúia.)

Ps 44,2ab: Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

Glória Patri.

Vultum tuum.

*Kýrie, eléison.
Glória in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

OMnípotens et miséricors Deus, qui ad defensionem pópuli Christiáni in beatíssima Vírgine María perpétuum auxiliúm mirábiliter constituísti / concede propítius : ut tali præsidio muníti certántes in víta / victóriam de hoste maligno cónsequi valeámus in morte : Per Dóminum.

LECTIO.

Apoc 12,1-6a

Signum magnum apparuit in caelo.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Ioannis apóstoli.

Signum magnum appáruit in caelo: Múlier amícta sole, et luna sub pédibus eius, et super caput eius coróna stellárum duódecim, et in útero habens, et clamat partúriens et cruciáta ut páriat.

Et visum est áliud signum in caelo, et ecce Draco rufus magnus, habens cápita septem et córnua decem et super cápita sua septem diadémata, et cauda eius trahit tértiam partem stellárum caeli et misit eas in terram. Et Draco stetit ante Mulierem quae erat parítura, ut cum peperísset Fílium eius devoráret.

Et péperit Fílium, másculum, qui rectúrus est omnes gentes in virga férrea; et raptus est Fílius eius ad Deum et ad thronum eius. Et Múlier fugit in desértum, ubi habet locum parátum a Deo.

RESPONSORIUM.

Ps 44,3bc.5bc

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

V/. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirábiliter délixtera tua.

ALLELUIA.

Ps 44,4b-5a

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde:
prósperere procéde, et regna. Allelúia.

Tempore Paschali, omissio Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 44,4b-5a

Allelúia. V/. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde:
prósperere procéde, et regna.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 117,1

Allelúia. V/. Confitémini Dómino quóniam bonus:
quóniam in saéculum misericórdia eius. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Cf. Io 14,18; 16,17c.22b

Allelúia. V/. Non vos relínquam órphanos: vado et
vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

In Missis votivis in Quadragesima, post Responsorium,
omisso Alleluia, dici potest sequens Tractus:

TRACTUS.

Lc 1,28b.42bc.31a; Is 7,14c; Lc 1,34b-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

V/. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus
ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur
nomen eius Emmánuel.

V/. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non
cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

T. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus
Altíssimi obumbrábit tibi.

y. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur
Fílius Dei.

EVANGELIUM.

Lc 1,46-55

Fecit mihi magna qui potens est.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Ait María: “Magníficat ánima
mea Dóminum, et exultávit spíritus meus in
Deo Salvatóri meo,
quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ. Ecce enim ex
hoc beátam me dicent omnes generatiónes: quia fecit
mihi magna qui potens est,
et sanctum Nomen eius, et misericórdia
eius in progénies et progénies
timéntibus eum. Fecit
poténtiam in brácchio suo,
dispérsit supérbos mente cordis sui; depósuit potétes
de sede et exaltávit húmiles, esuriéntes implévit bonis et
dívites dimísit inánes. Suscépit Israel púerum suum,
memorári misericórdiæ, sicut locútus est ad patres
nostros,
Abraham et sémini eius in sæculá”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

' 1¹ Ua, Dómine, propitiatióne, et beatae Mariae semper
.L Vírginis intercessiõe / ad perpétuam atque
præséntem hæc oblátio nobis profíciat prosperitatem
et pacem : Per Christum.

*Cum Praefatione I de B. V. Maria, dicitur: Et te in Defensiõe
beatae Mariæ.*

COMMUNIO.

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portavérunt æténi
Patris Fílium. (T. P. Allelúia.)

POST COMMUNIONEM.

Orémus

Sumptis, Dómine, salútis nostræ subsidiis : da,
quaesumus, beátæ Mariae semper Vírginis nos ubique
patrocíniis protegi / in cuius veneratióne hæc tuæ
obtúlimus maiestáti : Per Dóminum.

Die 30 maii

S. FERDINANDUS

12 lectionum, in Domo Defensionis

INTROITUS.

Mt 25,34b

Veníte, benedícti Patris mei, percípíte regnum,
allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi,
allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117,1: Confitémini Dómino quóniam bonus:
quóniam in saéculum misericórdia eius. Glória Patri.
Veníte, benedícti.

Kýrie, eléison.

Glória in excélsis.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui per beátum Ferdinándum libertátem et
pacem communitáti nostræ misericórditer donasti /
da ut eius patrocínio suffulti in accépta fide fortiter
stemus : Per Dóminum.

LECTIO.

Eph 6,10-18 (LE: 10-13.18)

Est nobis colluctatio contra spiritualia nequitiæ.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios.

Fratres: Confortámini in Dómino et in poténtia
virtútis eius, induíte armatúram Dei ut possítis stare

advérsus insídias diáboli; quia non est nobis colluctátio advérsus sánguinem et carnem sed advérsus Principátus, advérsus Potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spiritália nequítiae in cæléstibus.

Proptérea accípíte armatúram Dei, ut possítis resístere in die malo et, ómnibus perféctis, stare.

State ergo succínti lumbos vestros in veritáte et indúti lorícam iustítiae, et calceáti pedes in præparatióne Evangélii pacis, in ómnibus suméntes scutum fidei, in quo possítis ómnia tela Malígni ígnea exstíngere; et gáleam salútis assúmíte, et gládium Spíritus, quod est verbum Dei,

Per omnem oratiónem et obsecratiónem orántes omni témpore in Spíritu, et in ipso vigilántes in omni instántia et obsecratióne pro ómnibus sanctis.

RESPONSORIUM.

Ps 40,5.2

Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quóniam peccávi tibi.

T. Beátus qui intéllegit super egénium et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

ALLELUIA.

Ps 146,3

Allelúia. V/. Qui sanat contrítos corde, et álligit contritiónes eórum. Allelúia.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1.

Ps 146,3

Allelúia. T. Qui sanat contrítos corde, et álligit contritiónes eórum.

ALLELUIA 2. (ANTE ASCENSIONEM) Ps 110,9a

Allelúia. V/. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

ALLELUIA 2. (POST ASCENSIONEM) Ps 67,18b-19a

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

EVANGELIUM.

Lc 12,30-34

Facite thesaurum non deficientem in caelis.

& Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: “Bona temporália gentes mundi quærunt; Pater autem vester scit quóniam his indigétis. Verúmtamen quaérite Regnum eius, et hæc adiciéntur vobis.

Noli timére, pusíllus grex, quia complácuít Patri vestro dare vobis Regnum. Véndite quæ possidétis et date eleemósynam: fácite vobis sácculos, qui non veteréscunt, thesáurum non deficientem in caelis, quo fur non apprópiat neque tínea corrúmpit: ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit”.

SUPER OBLATA.

MUnera, quæ offérimus tibi, Domine, sint plácita : et beáti Ferdinándi intercessióne concede / ut nobis proficiant ad salutem ætérnam : Per Christum.

COMMUNIO.

Io 13,34a

Mandátum novum do vobis, ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos, dicit Dóminus.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

éstis mensæ Córporis et Sánguinis Fílii tui pabuli lo recreáti : quaesumus, Dómine, cleméntiam tuam / ut beáti Ferdinándi précibus et méritis, ætérnæ retributionis dona capiámus : Per Dóminum.

Die 25 iulii

S. IACOBUS, APOSTOLUS

Sollemnitas, in Domibus Hispaniae

INTROITUS.

Sap 10,20b-21

Victricem manum tuam, Dómine, laudavérunt
 páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum,
 et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.
 Ps 97,1: Cantáte Dómino cánticum novum: quia
 mirábilia fecit. Glória Patri. Victricem manum tuam.

*Kýrie, eléison. Glória
 in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui apostolorum
 tuórum primítias beáti Iacobi sángine dedicásti :
 da, quaésumus, Ecclésiæ tuæ ipsíus confessióne firmari
 / et eius patrocíniis Hispánia in fide Christi usque in
 finem sæculi consístere : Per Dóminum.

LECTIO.

Act 4,33a; 5,12b.27-33; 12,2

Herodes occidit Iacobum gladio.

Léctio Actuum Apostolorum.

T N diébus illis: Virtúte magna reddébant Apóstoli testi--
 JLmónium resurrectionis Dómini Iesu et fiébant signa et
 prodígia multa in plebe.

Cum adduxíssent illos statuérunt in concílio. Et
 interrogávit eos princeps sacerdotum dicens: “Nonne
 præcipiéndó præcépimus vobis ne docerétis in nómine
 isto? Et ecce replevístis Ierusalem doctrína vestra, et
 vultis indúcere super nos sánginem hóminis istíus”.

Respóndens autem Petrus et Apóstoli dixerunt: “Obœdíre opórtet Deo magis quam homínibus. Deus patrum nostrórum suscitávit Iesum, quem vos interemístis suspendéntes in ligno; hunc Deus Príncipem et Salvatórem exaltávit dèxtera sua, ad dandam pæniténtiam Israel et remissiónem peccatórum. Et nos sumus testes horum verr horum, et Spíritus Sanctus quem dedit Deus obœdiéntibus sibi”.

Hæc cum audíssent dissecabántur et volébant interficere illos. Heródes autem rex occídít Iacobum fratrem Ioannis gládio.

RESPONSORIUM.

Ps 44,17b-18a.17a.18c

Constítues eos príncipes super omnem terram; mémores erunt nóminis tui, Dómine.

V/. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii; proptérea pópuli confitebúntur tibi.

ALLELUIA.

1 Cor 5,8a.c

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

EVANGELIUM.

Mt 20,20-28

Calicem quidem meum bibetis.

<& Lécitio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

IN illo témpore: Accéssit ad Iesum mater filiórum Zebedaí cum filiis suis adórans et petens áliquid ab eo.

Qui dixit ei: “Quid vis?”

Ait illi: “Dic ut sédeant hi duo filii mei unus ad dèxteram tuam et unus ad sinístram in Regno tuo”.

Respóndens autem Iesus dixit: “Nescítis quid petátis; potéstis bíbere cálicem quem ego bibitúrus sum?”

Dicunt ei: “Póssumus”. Ait illis: “Cálicem quidem meum bibétis, sedére au-

tem ad dexteram meam et sinistram non est meum dare illud, sed quibus paratum est a Patre meo”.

Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.

Iesus autem vocavit eos ad se et ait: “Scitis quia principes gentium dominantur eorum et qui magni sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos magnus fieri erit vester minister, et quicumque voluerit inter vos primus esse erit vester servus; sicut Filius hominis non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Munda nos, Domine, passionis Filii tui baptisate salutari : ut in festo sancti Iacobi, quem primum inter apostolos calicis eius participem esse voluisti / beneplacitum tibi sacrificium offeramus : Per Christum.

Praefatio de Apostolis.

COMMUNIO.

Mt 20,23

Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

Reiecti participatióne múnieris sacris, quaesumus, Domine Deus noster : ut cuius exsequimur cultum / intercedente beato Iacobo, Hispaniae custode, sentiamus effectum : Per Dóminum.

Die 28 iulii

S. CATHARÍNA TOMAS, VIRGO

Memoria, in Domo Portae Caeli

Missa C de Virginibus, p. 832, cum Communionem 2.

COLLECTA.

Orémus.

O Upernórum múnerum donátor Deus, qui beátam
O Catharínám vírginem insídias diáboli superáre fe-
císti / concéde, quaésumus : ut eius méritis et précibus
nos quoque hóstiúm ímpetus vincere / et aetérnam pal-
mam ássequí valeámus : Per Dóminum.

SUPER OBLATA.

Æléstem hóstiam offeréntes, te quaésumus, miseri-
cors Deus : ut eum nobis caritátis ardórem infun-
das / quo beáta Catharína ad sacram mensam incénsa ac-
cedebat : Per Christum.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Deus, qui beátam Catharínám vírginem tuam cælésti
glória sublimásti : da nobis sacris munéribus
refectis / ut eius intercessióne ad aetérna gáudia
perveniamus : Per Dóminum.

Die 9 octobris

S. LUDOVICUS BERTRAND, PASTOR

Memoria, in Domo Portae Caeli

Missa C de Pastoribus, p. 822, cum Communionem 1.

COLLECTA.

Orémus.

Deus, qui beátum Ludovicum, confessórem tuum,
per córporis mortificatióne et fidei præcónium,

sanctorum glóriæ coæquásti : praesta / ut quod fide
profitémur, pietátis opéribus iúgiter impleámus : Per
Dóminum.

SUPER OBLATA.

C Lementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto,
novum secúndum te in beáto Ludovíeo créare
dignátus es : concéde propítius, ut nos páriter renovati
/ hanc placatiónis hóstiam tibi acceptábilem offerámus
: Per Christum.

POST COMMUNIONEM.

Orémus.

A Uge super nos, Dómine, grátiam quam dedísti : ut
renováta his mystériis ánimæ iuventúte / crescámus
in omnem plenitudinem Dei : Per Dóminum.

Die 12 octobris

COMMEMORATIO B. V. MARIAE DE COLUMNA

Sollemnitas, in quibusdam Domibus Hispaniae

INTROITUS.

Cf. Sap 18,3; Ex 13,22

C olúmnam ducem habémus, quæ numquam défuit
per diem nec per noctem coram pópulo. Ps 98,6b-7a:
Invocábant Dóminum, et ipse exaudiébat eos: in
colúmnâ nubis loquebátur ad eos. Glória Patri.
Colúmnam ducem habémus.

*Kýrie, eléison. Glória
in excélsis.*

COLLECTA.

Orémus.

O Mnípotens sempitérne Deus, qui per
gloriosíssimam Fílii tui Matrem cæléste præsidium
nobis mi-

rabíliter præparásti / concede propítius : ut quam pecu-
liári título de Colúmna pia devotióne veneramur / eius
perpétuo pro tegamur auxílio : Per Dóminum.

LECTIO.

Sir 24,5-13

Thronus meus in columna nubis.

Léctio libri Sirácidæ.

E Go ex ore Altíssimi pr o di vi, primogénita ante
omnem creatúram. Ego feci in caelis, ut
orirétur lumen indeficiens,
et sicut nébula t exi omnem terram.
Ego in altíssimis habitávi,
et thronus meus in colúmna nubis.
Gyrum cæli circuívi sola
et in profúndum abýssi ambulávi, in
flúctibus maris et in omni terra steti
et in omni pópulo et in omni gente primátum hábui et
ómniū excelléntium et humílium corda virtúte calcávi
et in his ómnibus réquiem quæsívi
et in hereditáte Dómini morábor. Tunc
præcépit et dixit mihi Créátor ómnium,
et qui creávit me quiétem dedit tabernáculo meo
et dixit mihi: "In Iacob inhábita
et in Israel hereditáre
et in eléctis meis mitte radíces".

RESPONSORIUM.

Ps 26,5c-6a; 39,3b

In petra exaltávit me: et nunc exaltávit caput meum
super inimícos meos.

V/. Státuit super petram pedes meos: et diréxit gressus
meos.

ALLELUIA.

Ex 17,6a

Allelúia. V/. En ego stabo ibi coram te super petram.
Allelúia.

IN MISSIS VOTIVIS

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest Tractus:
TRACTUS. Prov 9, 1; Ps 86,1-2

Sapiéntia ædificávit sibi domum, éxcidit columnas septem.

V/. Fundaménta eius in móntibus sanctis.

V/. Díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Iacob.

Tempore Paschali, omisso Responsorio, dicitur:

ALLELUIA 1. Gen 28,22a

Allelúia. V/. Lapis iste, quem eréxi in título, vocábitur Domus Dei.

ALLELUIA 2. Ps 83,2-3a

Allelúia. V/* Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. Allelúia.

EVANGELIUM. Lc 11,27-28

Beatus venter qui te portavit.

ty Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore: Loquente Iesu ad turbas, extóllens vocem quaedam múlier de turba dixit illi: “Beátus venter qui te portávit, et úbera quæ suxísti”.

At ille dixit: “Quinímmo beáti qui áudiunt verbum Dei et custódiunt”.

Credo in unum Deum. SUPER OBLATA.

Eus, qui protegénte Genetríce Fílii tui, fidei lumen
Dnobis splendéscere fecísti / =præsta, quaésumus : ut

eius méritis et précibus in eádem fide stábiles
inveniamur / et in caritate fervéntes : Per Christum.

*Cum Praefatione I de B. V. Maria, dicitur: Et te in
Commemoratióne.*

COMMUNIO.

Is22,16b

Excidísti in excélsio memoriále diligénter, in petra
tabernáculum tibi.

POSTCOMMUNIONEM.

Orémus.

Æléstibus pasti delíciis te súplices deprecámur, Dómine
Deus noster : ut beatíssimæ Genetrícis Fílii tui título de
Colúmna sollémnia celebrantes / ipsa intercedénte, ad
gáudia æténa feliciter perveníre valeámus : Per
Dóminum.

ORDO BENEDICENDI CALICIS ET PATENAE

Haec benedictio laudabiliter fit intra Missam, quamquam etiam extra Missam fieri possit. Si calix tantum aut patena benedicenda est, textus opportune aptentur. Quilibet sacerdos calicem et patenam benedicere potest.

In Missa conventuali, loco Antiphonae ad Offertorium, ad Ubi tum cantari potest sequens:

ANTIPHONA.

Ps 115,13a.17a

Cálicem salutáris accípiam, et sacrificábo hóstiam laudis.

(Videatur Vesperale, p. 124.)

Cantata Antiphona ad Offertorium vel Antiphona praedicta, vel, in Missa lecta, lecto Evangelio, calix et patena a ministro in altare deponuntur. Tunc sacerdos dicit:

ORATIO.

Oremus /

Et omnes per aliquod temporis spatium silentio orant. Deinde sacerdos prosequitur:

IN altári tuo, Dómine Deus, hunc cálicem et hanc patenam ad novi foéderis sacrificium celebrándum cum gaudio depónimus : Filii tui Corpus et Sanguis, quæ in eis offerúntur et sumúntur, vasa hæc sanctá efficiant. Præsta, quaésumus, Dómine, ut, sacrificia illibáta celebrántes : tuis in terra reficiámur sacraméntis tuóque im-buámur Spíritu / donec in regno cælórum tuo cum Sanctis fruamur convívio : Tibi glória et honor in sæculá.

Omnes: "Amen.

Postea minister ponit panem in patenam, et vinum in calicem infundit. Deinde sacerdos ritum Offertorii prosequitur more solito, dicens:

De látere...

nostrum. #.

"Amen.

Deinde ad medium sanctuarium accedit, ubi incipit sequentem Antiphonam:

ANTIPHONA.

Ps 50,9

Aspérges me, Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Ps 50,3: Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Sacerdos aspergit sanctuarium, ante faciem altaris, ad cornu dextrum et ad cornu sinistrum. Facta inclinatione profunda, aspergendo circuit altare a parte sinistra.

Rediens ad gradum sanctuarii, aspergit: Priorem, Conventum et seipsum.

Donec aspersione finiatur, secundus etiam versus psalmi Miserére cantari potest, in cuius fine Aspérges me repetitur. Tradito aspensorio, sacerdos redit ad cathedram.